Opuscula diui Augustini longe prestantissima cum duplici indicio rursus parrhysiis coimpressa.



Venūdātur parrhysiis a Johanne petit sub lilio aureo commorante.

Liber ad lectorem.

Barbara quid prodest vel quid romana trophea.
Nosse? quid ethereas solis adire vias?
Quid leges?quid iura iuuat quid cuncta tenere?
Si tibi nulla anime cura salutis erit.
Num facit ex istis ad veram crede salutem.
Nec sapiunt anime noxia verba deo.
Quere igitur virtutis opus:quod ad ethera ducat.
Quod doceat maneant gaudia quanta piis.
Ipse ego sum qui te superas comitabor ab arces.
Me lege qui rectum dirigo qua sit iter.

¶ Jodocus Badius Ascensius dño Anselmo de brieuere Juris vtriusq; consultissimo et pietatis christiane obseruantissimo. S. dicit.

Vare optimo vir iuris diuini atq; humani peritissime: tantopere efflagitasti hec diui Aurelij Augustini prestantissimi nimirum scdm apostolum in ecclesia luminis diuina mere opuscula: que si ad ceterorum ꝛ sanctorum et antique doctorum opera conferantur: Glauci dixeris ad diomedis arma collata aut certe gemmas auro compositas: tantus est horum splendor. tanta diuini ingenij relucentia: tanta illustrium sententiarum copia: nec minor tum in singulis pene verbis religio: vsqueadeo vt adamantinum merito cor dixeris quod huius in libris confessionum lachrymis hircino sanguine longe penetrantioribus non queat permolliri. Et faciem meduse passos animos qui nequeant tot sacris admonitionibus conuerti: tot compunctionibꝰ moueri: tot fraterne correptionis ardoribus liquefieri. Quinadeo maxime omnium vecordes et teterrimo furore percitos: qui in peccatorum venena: tam presens refugerint antidotum: horum dico opusculorum diligentē lectiōem. At vero id genus non dico homines sed monstra missa faciam: tu decus nostrum amplissimum anselme his opusculis que nusq; indipisci poteramus: tuo nomini rursus impendio optimi Bibliopole Johānis parui impressis ꝛ a nob recognitis atq; idicio alphabetico ornatis: noctes scio ꝛ dies vl totos īperties. Quod vt ceteri quoq; faciāt admonitos veli. Hec summa est. Vale. Raptius ex officina nr̄a litteraria ad quartum calendas octobris, anni huius millesimi quingentesimi secundi.

Tabula librorum prime partis.

Aurelii Augustini hypponensis episcopi librorum et tractatuum in hoc volumine comprehensorum tituli.

Tabula in librum meditationū diui augustini epī hypponē.

Tabula in librum soliloquiorū diui Augustini episcopi hypponensis.

Tabula in manuale

diui Augustini epī hypponēsis de vbo dei quo sopita celestis desiderij memoria renouetur.

Tabula capitū i Enchiridion

diui Augustini epī hypponensis ⁊ doctoris eminētissimi.

Tabula capitulorum.

Diui augustini episcopi hypponensis scale paradisi tabula.

Tabula in gradus duodecim abusionum sancti Augustini episcopi hypponensis

Tabula in librum de vera et falsa penitentia ad christi deuotam

Tabula ĩ librū de differentia spiritus et anime

Tabula in librū de diffinitionibus orthodoxe fidei et ecclesiasticis dogmatibus

¶ Finis tabule librorum et capitulorum.

¶ Index alphabeticus in hac pria parte opusculorum diui augustini precipue annotādorum.

Primo de littera A

¶Incipientia ab. E

¶ Incepta per G

¶ Incepta per H.

¶ Incipientia per L

¶ Incipientia per M

¶ Incipiens a. Q.

¶ Incepta per. R.

Sacre scripture i sensibꝰ fecūditas. fo.lxxvi. A

14

¶ De incipientibus a k x y ⁊ z quoniā aut barbari sunt aut propria que hic non sectamur nulla annotauimus. Christus autem nō per x sed per ch scribēdū est.

¶ Finis tabule alphabetice prime partis opusculorum diui patris Augustini.

Meditatiões diui augustini epi Hippon.

¶ Inuocatio dei oipotētis ad morum ꝛ vite reparationē. B Capitulū pmum.

Omine de⁹ me⁹ da cordi meo te desiderare: desiderādo qrere: qrēdo iuenire: iueniendo amare: amādo mala mea redimere: redēpta non iterare. Da dñe de⁹ me⁹ cordi meo penitētiā: spiritui cōtritionē: oculis lachrymaꝝ fontē: manib⁹ elemosyne largitatē. Rex me⁹ extigue in me desideria carnis: ꝛ accēde ig nē tui amoris. Redēptor me⁹ expelle a me spiritū supbie: ꝛ cōcede propicius thesaurum humilitatis tue. Saluator meus amoue a me furorem ire: ꝛ indulge mihi benign⁹ scutum patiētie. Creator meus euelle a me animi rancorem: ꝛ largire mihi mitis mentis dulcedinem. Da clementissime pater mihi solidam fidem: spem cōgruā: charitatem continuam. Rector meus auerte a me vanitatem: mentis incōstantiā: cordis vagationem: oris scurrilitatē: oculoꝝ elatiōem: ventris ingluuiem: opprobria proximorum: scelera detractionū: curiositatis pruriginem: diuitiaꝝ cupidinē: potentatuum rapinā: inanis glie appetitū hypocrisis malum: adulationis venenū: contēptū inopū: oppssionē debiliū: auaricie ardorem. inuidie rubiginē: blasphemie mortem. B Reseca in me factor meus temeritatem iniquā: ptinaciā inquietudinē: ociositatē: somnolentiam pigritiā: mentis hebetudinem: cordis cecitatem: sensus obstinationem: moꝝ truculentiam: boni inobedientiam: consiliꝭ repugnantiam: lingue effrenationē: pauperum predā: impotentū violentiam: innocentum calūniam: subditoꝝ negligentiam. Circa domesticos seueritatem: aduersus familiares impietatē: erga primos duriciam. Deus meus misericordia mea oro per dilectū filium tuum da mihi misericordie opera: pietatis studia compati afflictis: consulere erroneis: succurrere miseris: subuenire egenis: consolari mestos: releuare oppressos: pauperes recreare: flebiles refouere: dimittere debitoribus: parcere in me peccantibus: odientes me diligere: pro malis bona reddere: neminem despicere: sed honorare. bonos imitari: malos cauere: virtutes amplecti: vicia reiꝭcere: in aduersis patientiam: in prosperis continentiā: custodiam oris: et ostium circunstantie labiꝭs meis: terrena calcare: celestia sitire.

¶ Hois accusatio: et cōmendatio misericordie diuine. C Capitulū.ij.

Ecce plasmator meus: multa rogaui cuꝫ nec pauca promerui. Fateor heu fateor: non solum que postulo nō debentur dona sed multa ꝛ inexquisita supplicia. Ammant tñ me publicani: meretrices et latrones: qui a faucib⁹ hostis momenta nec eruti: sinib⁹ excipiunt pastoris. Tu enim factor oim deus licet in cūctis operib⁹ tuis sis mirabilis: mirabilior tamē crederis esse in opibus pietatis. Vñ de temetipso p quendā tuū seruum dixisti. Miserationes ei⁹ sup omnia opa ei⁹. Et quasi de singulo loquentem de vniuerso populo tuo te dixisse confidimus. misericordiam autē meaꝫ non dispergā ab eo. Nullum enim spernis: neminem abꝭcis neminem perhorrescis: nisi forte q amēs te exhorruerit. Ergo modo iratus non percutis: sed te irritantibus dona si quierint tribuis. Deus meus cornu salutis mee ꝛ susceptor meus ego infelix ego te irritaui. ego malum coram te feci furorē tuū puocaui: iram pmerui. peccaui et passus es. deliqui ꝛ adhuc sustines. D Si peniteo parcis. si reuertor / suscipis. insuper dum differo prestolaris. Reuocas errantem. inuitas repugnantem. expectas torpentem. amplexaris redeuntem. Doces ignorantem. merētem mulces. a ruina suscitas. post lapsum reparas. petenti largiris. querenti inueniris: pulsanti aperis. E Ecce dñe de⁹

salutis mee quid opponam nescio. quo modo respondeam ignoro. nullū abs te confugium. nullum a te patet latibulum ostendisti mihi bene viuendi viam: et gradiendi scientiam dedisti. minatus es mihi gehennam: et pollicit⁹ es mihi paradisi gloriam. Nunc pater misericordiarū et deus totius consolationis: confige timore tuo carnes meas: quaten⁹ que minaris metuendo euadam. et redde mihi leticiam salutaris tui: vt que spondes diligendo percipiam. Fortitudo mea dñe: firmamentum meū: deus me⁹: refugiū meū et liberator meus. F Suggere quid de te cogitem. doce quib⁹ te sermonibus inuocem da quibus operibus tibi placeam. scio namq; scio vnū quo tu placaris et aliud quod non spernis. Est vtiq; tibi spirit⁹ cōtribulatus sacrificiū: et acceptas cor cōtritum et humiliatum. His me de⁹ me⁹ adiutor me⁹ dita munerib⁹. his cōtra inimicum muni protectionibus hoc dz flāmis viciorum p̄sta refrigeriū hoc autē desideriorum passionib⁹ pande piū refugiū. Fac dñe virtus salutis mee ne sim de numero eorū q̄ ad tempus credūt et in tpe tentationis recedunt. Obumbra caput meum in die belli. spes mea in die afflictionis. et salus in tēpore tribulatiōis. G En dñe illumiatio mea et salus mea rogaui q̄b⁹ egeo. ītimaui q̄ timeo sed remordet conscientia. reprehēdunt me cordis secreta: et quod amor ministrat timor dissipat: zelus incitat: met⁹ increpat. Acta mea formidinem sed tua ingerit pietas fiduciam. tua hortatur benignitas: mea tardat malignitas. Et vt verius fatear occurrunt memorie phantasmata viciorum que reuerberāt audaciam presumentium animorum.

¶ Hōis cōquestio qui propter inobedientiā a dño non auditur. H Cap. iij

Iam enim quis odio dign⁹ sit qua frōte gratiam requirit? cui pena debet qua temeritate gloriā deposcit? lacessit iudicē qui postposita satisfactiōe delicti q̄rit premijs honorari. regi insultat obnoxius supplicio qui donari flagitat idebito brauio: et dulcē affectū patris stultus exacerbat filius: qui post illatas contumelias ante penitudinē hereditatis vsurpat celsitudinem. Quid mi pater me gessisse recolo: merui mortem et peto vitā. Commoui regem meum cuius impudens inuoco presidium. Contempsi iudicē quem temere postulo adiutorē. Insolens renui audire patrem quem demum presumo habere tutorē. I Heu mihi q̄ sero venio: heu heu q̄ tarde festino heu me qz curro post vulnera dedignās incolumis precauere iacula. Neglexi prospicere tela: modo vero sollicitor de morte vicina. vulnera vulneribus inflixi: qz scelera sceleribus addere non timui. Recenti cicatrices labe respersi: quia prisca flagitia modernis iniquitatib⁹ reciprocaui. et que diuina solidauerat medicina mea resoluit prurigo frenetica. Cutis que superducta vulneribus morbum celauerat: sanie erumpēte putruit. quia iteraria liquitas concessam misericordiā exinaniuit. Noui quippe scriptū. in quacunq; hora iustus peccauerit omnes iusticie eius obliuiscentur. Si iusticia aboletur iusti ruentis: quanto magis penitentia peccatoris in idipsum reuertentis Quotiens canis redij ad vomitum: et quasi sus repetij volutabrum? Fateor quia mihi recordari est impossibile. K Quot mortalium ignorātes peccare docui: volentes delinquere persuasi: resistētes coegi: volentibus consensi. Quot sane gradientibus laqueum induxi. viam querentibus foueam reteri: vt patrare non horrerem. obliuisci non metui. Sed tu iustus iudex signans peccata quasi in sacculo obseruasti omnes semitas meas et cunctos gressus meos dinumerasti. tacuisti: semper siluisti: patiens fuisti. Ve mihi demum loqueris quasi parturiens

¶ Judicis timor. L

Capitulum. iiij.

Deus deorum domine prestabilis super malicia. Noui qz manifestus venies. noui quia non semper silebis: cum in cōspectu tuo ignis exardescet. et in circuitu tuo tēpestas valida ingruerit: cū aduocaueris celū desursū et terrā discernere po

pulum tuum. M Et ec-
ce coram tot milibus populorum nuda-
būtur omnes iniquitates mee. tot agmi
nibus angelorum patebunt vniuersa sce
lera mea. non solum actuū sed etiā cogi-
tationū simulq; locutionū. Tot iudicibꝰ
inops astabo: quot me p̄cesserunt in ope
re bono. tot arguentibꝰ confundar: quot
mihi prebuerūt bene viuendi exēpla. tot
cōuincar testibus: quot me monuerūt ꝓ-
ficuis sermonibus: seq; imitādos iustis
dederunt actionibus. Dñe mi non suppe
tit quid dicam. non occurrit q̄d rñdeam.
N Et cū iā intersim seuo illi di-
scrimini: torquet me ꝯsciētia. cruciāt cor
dis arcana. coartat auaricia. accusat su-
perbia. cōsumit inuidia. inflāmat concu-
piscentia. infestat luxuria. dehonestat gu
la. ebrietas confutat. detractio lacerat.
ambitio supplantat. rapacitas obiurgat
discordia dissipat. ira perturbat. leuitas
dissoluit. torpor opprimit. hypocrisis fal
lit. adulatio frangit. fauor attollit. calū-
nia pungit. Ecce liberator meus de gen-
tibus iracundis. ecce cum quibus vixi a
die natiuitatis mee: quibus ꝛ studui: qui
bus ꝛ fidem seruaui. Ipsa me que dilexe
ram studia damnant: que laudaueram
vituperant. Hi sunt quibus acquieui: a-
mici: quibus parui magistri: et quibus
seruiui domini: consules quibus credi-
di: ciues quibus cohabitaui: domestici
quibus consensi. Heu mihi rex meus et
deus meus: quia incolatus meus prolō-
gatus est. Ve mihi illumiatio mea quia
habitaui cum habitantibus cedar. Et
cum Dauid sanctus dixerit multum: quā
to magis infelix dicere possum. nimis in
cola fuit anima mea: firmamentū meū
deus non iustificabitur in conspectu tuo
omnis viuens. Spes mea nō est in filijs
hominum. Quem si remota pietate iu-
dicaueris iustum inuenies? et nisi preue-
neris miserando impium nō est q̄d glori
ficet pium. O Credo nāq; sa
lus mea qđ audiui: q̄m benignitas tua
ad penitentiam me adducit. tui oris mi-
hi sonuerūt nectarea labia. Nemo potest
venire ad me nisi pater meus qui misit
me traxerit eum. Enimuero quia me istru
xisti tanq̄ propicius instructione forma-
sti: totis medullis cordis. toto nisu men-
tis. te omnipotens pater cum dilectissi-
mo filio tuo teq; dulcissima proles cum
serenissimo inuoco paraclito. trahe me
quatenus post te curram in odorem vn-
guentorum tuorum dulciter.

¶ Inuocat̄ pater ꝑ filiū. P Ca. v.

Inuoco te deꝰ meꝰ: inuoco te
q̄ ꝓpe es oībus inuocātibꝰ
te in veritate Tu enī veritas
es: doce me q̄so ꝑ clemētiā
tuā. scā veritas doce me inuo
care in veritate: quia hoc fieri quō opor
teat nescio: sed a te doceri beata veritas
humiliter iploro. Abs te eī sapere est de-
sipere. te vero nosse est ꝑfecte scire. Erudi
me diuia sapiētia ꝛ doce me legem tuā
Credo nāq; quē tu erudieris beatꝰ erit ꝛ
de lege tua docueris eū. Desidero inuoca
re te: quod queso fiat in veritate. Q
Quid est i veritate inuocare veritatē: ni
si i filio patrē? Ergo scē pr̄ sermo tuꝰ ve-
ritas est: principiūq; verborū tuorum ve-
ritas. Hoc q̄ppe est verboꝝ tuoꝝ princi-
piū qđ in principio erat verbum. In ipso
ꝑncipio te summum adoro principium.
In ipso veritatis verbo te perfecta inuo
co veritas: in quo ipsa eadem veritas di
rigas me in veritate ꝛ doceas. R
Quid enī est dulciꝰ q̄ genitorē i nomine
vnigeniti inuocare: p̄rem in recordatione
filij ad pietatem inflectere: regem charis
sime sobolis denominatione mitigare?
Sic enim solent rei carceribus eripi: sic
commancipati vinculis liberari. sic tri-
stem accipientes sententiam capitis non
solum absolui sed insuꝑ nancisci insolitā
gratiam: dūmodo iratis principibꝰ dile-
cte prolis intimauerint charitatem. Sic
delinquētes seruuli euadūt supplicia do
minorum: dum pro eis interuenit dulce-
do filioꝝ. Sic te oīpotēs pater per omni
potentis filij charitatē postulo: educ de
carcere ad cōfitendum nomini tuo aīam
meā. libera me a vinculis peccatorum.
per coeternum flagito vnicū tibi natum
meq; cui ꝓpria merita letalem minātur
sentētiā: preciosissime ad dexteram tuā
cōsedentis ꝓlis interpellatione restaura

placatus ad vitam. Quem enim aliū dirigā intercessorē tibi nescio nisi hūc qui est ꝓpiciatio pro peccatis nostris qui sedet ad dexterā tuam interpellās pro nobis. Ecce aduocat⁹ meus apud te deum patrem. Ecce pontifex summus qui non alieno eget expiari sanguine: quia proprio refulget ꝑfusus cruore. Ecce hostia sancta bene placens ꝛ perfecta in odorē suauitatis oblata ꝛ accepta. Ecce agn⁹ sine macula: qui coram se tondentibus obmutuit. qui alapis cesus: sputis illit⁹ opprobrijs affectus: os suum non aperuit. en qui peccatum non fecit: peccata nostra pertulit et languores nostros suo liuore sanauit.

¶ Hic representat homo patri passionē filij. S Capitulum. vi.

ASpice pater pie pijssimū filiū pro me tam impia passuꝫ Respice clementissime rex qs patit: ꝛ remiscere benign⁹ ꝓ quo patit. Nōne hic ē mi dn̄e innocens ille: quem vt seruum redimeres filiuꝫ tradidisti? Nunquid nō auctor vite hic est qui vt ouis ad occisionē duct⁹: tibiqꝫ vsqꝫ ad mortem obediēs factus: atrocissime nō timuit necis genus subire? Recole totius salutis dispēsator: qꝛ hic est ipse quem ꝛ si ex tua virtute genuisti: mee tamen infirmitatis participē fieri voluisti. Vere hec ē tua deitas que meaꝫ induit naturā. crucis ascendit patibulum: que in assumpta carne triste tulit supplicium. Reduc dn̄e deus me⁹ oculos tue maiestatis super opus ineffabilis pietatis. T Intuere dulceꝫ natum toto corpore extensum. cerne manus innocias pio manantes sanguine: ꝛ remitte placatus scelera q̄ patrarūt manus mee. Considera inerme latus crudeli perfossum cuspide. ꝛ renoua me sacro fonte quem inde credo fluxisse. Vide immaculata vestigia q̄ non steterunt in via peccatorum: sed semper ambulauerunt in lege tua diris confixa clauis. ꝛ perfice gressus meos in semitis tuis. et fac me odio habere benignus omnes vias iniqtatis: viam iniquitatis amoue a me: et fac me propicius viam veritatis eligere

Oro te rex sanctorum per hunc sanctum sanctorum: per hūc redemptorem meuꝫ: fac me currere viā mandatorum tuoruꝫ: vt ei valeā spiritu vniri: q̄ mea non horruit carne vestiri. Nunquid nō attendis pie pater adolescentis filij charissimi caput niuea ceruice deflexa ꝑciosissimam resolutum in mortē? Aspice mitissime cōditor dilecte sobolis humanitatem: ꝛ miserere super infirmi plasmatis debilitatem. Candet nudatum pectus: rubet cruentum latus: tensa arent viscera: decora languent lumina: regia pallent ora: procera rigēt brachia: crura pendēt marmorea: rigat terebratos pedes beatis sanguinis vnda. Specta gloriose genitor gratissime prolis lacerata membra ꝛ memorare benignus que mea est substantia. conspicare dei hominis penam: ꝛ relaxa conditi hominis miseriam. Vide redemptoris supplicium: ꝛ redempti dimitte delictum. Hic est dn̄e mi quem propter pctā ppli tui ꝑcussisti: licꝫ ipse sit dilect⁹ i quo tibi bene placuisti. hic est ille innocens in quo dolus nō est inuentus: ꝛ tamē inter iniquos deputatus est.

¶ Hic recognoscit homo se causam esse passionis. V Capitulum. vij.

QUid cōmisisti dulcissime puer vt sic iudicareris? Quid ꝯmisisti amātissime iuuenis vt adeo tractareris? Quod scelus tuū: q̄ noxa tua: q̄ causa mortis: q̄ occasio tue dānatiōis? Ego enī sū tui plaga doloris tue culpa occisionis. Ego tue mortis meritū: tue vīdicte flagitiū. Ego tue passiōis liuor: tui cruciatus labor. O mirabilis censure conditio: ꝛ ineffabil' misterij dispositio. Peccat iniquus ꝛ punit iustus. delinquit reus ꝛ vapulat innocens. offendit impius ꝛ dānatur pius. quod meretur mal⁹ patitur bonus. qd̄ perpetrat seruus exoluit dn̄s. qd̄ cōmittit hō: sustinet deus. X Quo nate dei quo tua descēdit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo ꝓcessit pietas? quo excreuit benignitas? quo tuus attigit amor: quo peruenit cōpassio? Ego enī inique egi. tu pena mulctaris. Ego facinus admisi: tu vltione

plecteris. ego crimen edidi: tu torture subijceris. ego superbiui: tu humiliaris ego tumui: tu attenuaris. ego inobediens extiti: tu obediens scelus inobedientie luis. ego gule parui: tu inedia afficeris. me ad illicitam rapuit concupiscentia arborem: te perfecta charitas durit ad crucem. ego presumpsi vetitum: tu sub isti eculeum. ego delector cibo: tu laboras patibulo. ego fruor delicijs: tu laniaris clauis. ego pomi dulcedinem tu felis gustas amaritudinem. mihi ridens congaudet eua. tibi plorans compatitur maria. ecce rex glorie: ecce mea impietas & tua claret pietas. En mea iniusticia: & tua liquet iusticia. Quid rex meus & deus meus: quid retribuam tibi pro omnibus que retribuisti mihi? Non enim inueniri potest in corde hominis quod condigne talibus referatur premijs. Nunquid sagacitas machinari potest humana cui comparetur miseratio diuina? Nec est creature moliri officium quo iuste creatoris recompenset presidium. Est autem nate dei in hac tua admirabili dispensatione: est cui fragilitas mea in aliquo suppetit si tua visitatione compuncta mens carnem suam crucifigat cum vicijs et concupiscentijs: & hoc cum a te conceditur quasi iam tibi incipit compati: quia & tu pro peccato meo dignatus es mori. Sicque per interioris hominis victoriam te duce armabitur ad exteriorem palmam. quatenus deuicta persecutione spirituali non vereatur pro amore tuo subijci gladio materiali. Ita exiguitas conditionis si tue complaceat pietati: magnitudini valebit respondere creatoris. Et hec celestis medicina bone iesu: hoc tui antidotum amoris. Oro te per antiquas misericordias tuas: in munde vulneribus meis quo reiecta viperee contagionis bile reintegret me icolumitati pristine. quo gustatum tue nectar suauitatis faciat me illecebrosa mundi toto affectu despicere: & nulla eius aduersa pro te formidare. memorque perpetue nobilitatis semper fastidiam ventos huius transitorij tumoris. Nihil queso sine te mihi dulcescat: nihil complaceat: nil preciosum: nil preter te mihi arrideat speciosum: vilescant obsecro abs te mihi omnia: sordeant vniuersa. Quod tibi aduersum est sit mihi molestum. & tuum beneplacitum mihi indeficiens desiderium. Tedeat me gaudere sine te: & delectet contristari pro te. Sit mihi nomen tuum refocillatio: & memoria tua consolatio: fiant mihi lachrime mee panes die ac nocte inuestigando iustificationes tuas. sit bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti. Sit obedire tibi mihi amabile & resistere tibi execrabile. Rogo te spes mea per omnes pietates tuas vt propicieris impietatibus meis. Ad aperi aures meas mandatis tuis: & ne declines flagito per nomen sanctum tuum in verba malicie cor meum ad excusandas excusationes in peccatis. Peto etiam per admirabilem humilitatem tuam ne veniat mihi pes superbie. & manus peccatoris non moueat me

Hic exponit homo deo patri passionem filij in suam reconciliationem. Ca. viij.

Ecce omnipotens deus pater domini mei dispone benignus: queso misefaris mei: quoniam quicquid preciosius inueni deuote obtuli: quicquid charius reperi supplex prestaui. Nihil mihi reliqui quod tue exposuerim maiestati. nihil iam superest quod adijciam: quia totam tibi delegaui spem meam. Direxi tibi aduocatum meum dilectum filium tuum: misi glorio sam progeniem inter me & te mediatorem. misi inquam intercessorem per quem confido veniam. misi verbum quod pro meis dixi missum factis & numeraui tibi sanctissime sobolis passionem quam pro me credo fuisse perpessam. Credo a te missam deitatem: meam suscepisse humanitatem: in qua dignum duxit alapas vincula: sputa: irrisiones perferre: necnon crucem clauos telumque suscipere. Hanc olim infantie vagitibus demolitam: pueritie pannis constrictam: iuuentutis sudoribus vexatam: ieiunijs maceratam: vigilijs afflictam: itineribus fessam: postea affectam flagris: laceratam supplicijs: deputatam cum mortuis: dotatam gloria resurrectionis: celorum gaudio indutam: & in dexteram tue celsitudinis collocauit. Hec placatio mea & propiciatio tua. Hic attende pius quem genueris filium. et quem rede-

meris seruū. Hic aspice factorem: ne de
spicias facturam. ¶ Amplectere
serenū pastorē: et respice misericors alla=
tam ꝓpriis humeris ouem. Hic est fide
lissim⁹ pastor ille q̄ dudū errabundam p
abrupta mōtium: p precipitia valliū: mł
tis variisq; q̄sierat laboribus. Quiq; iā
morienti: iam per longa exilia deficienti
tā inuente: gaudens se supposuit: et miro
sibi amisu charitatis annectande confu=
sionis abysso leuauit: psis. ꝑ astrictam cō
plexib⁹ ad nonagintanouem vnā que pe
rierat reportauit. Ecce dn̄e mi rex deus
omnipotens: ecce pastor bonus: refert ti
bi quod commisisti ei. Suscepit te dispo
nente ad saluandum hominē: quē tibi re
stituit omni labe immunem. Ecce tuum
tibi charissimus natus plasma recōcilia
uit quod a te procul deuiauit. En gregi
tuo pastor mitis reformat: quod p̄do vio
lentus abegerat. Reddit tuis cōspectib⁹
seruū: quē sua fecerat conscientia fugiti=
uum. vt qui per se meruit penam: per fa
ctionem huius mereatur veniā. Quiq;
ꝑ culpis sperabat gehennam: tanto du=
ce iā confidat reuocari ad patriam. D
Potui ꝑ me te sancte pater offendere s3
non valui ꝑ me placare. Factus est adiu
tor meus deus meus tuus dilectus fili=
us. meam participans humanitatem vt
curaret infirmitatem. quaten⁹ vnde cau_
sa emerserat offensionis: inde tibi immo
laret sacrificiū laudis: neq; per hoc red
deret tue pietati placabilem. quo sedēs
ad dexteram tuā sq mee substātie se ostē
deret esse consortem. Ecce spes mea: ecce
tota fiducia mea. Si me pro mea vt di=
gnum despicis iniquitate: respice me sal=
tē misericors ꝑ dilecte sobolis charitate
Attēde in filio quo propicieris tuo vide
carnis sacrm̄ et remitte carnis reatum:
quotiēs beate prolis tibi patent vulnera
delitescant obsecro scelera mea. Quo=
tiens rubet preciosus pio de latere san=
guis: diluatur obsecro labes mee pollu=
tiōis. Et q2 caro te lacessiuit ad iram: ca
ro te flectat imploro ad miā: et vt sicut ca
ro seduxit ad culpam: caro deducat ad
veniam. Multum nāq; est qd̄ mea meret
impietas: longe aūt maius qd̄ redēptoris
mei reposcit iure pietas. E Ma
gna enim est in ea iniusticia: satis ma
ior redemptoris iusticia. Quāto namq;
est superior deus homie: tāto mea malicia
est inferior eius bonitate in qualitate et
quantitate. Quid enī deliquit hō: quod
non redemerit fili⁹ dei factus hō? Que
tanta superbia tumeret: quā non tanta hu=
militas sterneret? Quodnam tantū mor
tis imperium: qd̄ nati dei non destrueret
crucis suppliciū? Nimirum deus meus
si equa lance delicta peccātis hois et re=
dimētis gratia librent auctoris: non tm̄
oriens ab occidente seu inferior separa=
tur infernus a summo celi cardine. Jam
lucis optime creator: iam culpis ignosce
meis: pro dilecti filii tui laborib⁹ immē=
sis. Jam eius queso pietati mea impie=
tas: eius modestie mea puersitas: et man
suetudini donetur ferocitas. Jā sua hu=
militas meam superbiam: patiētia ipati
entiā: benignitas duriciā: obedientia ino
bediētiā. tranquillitas inquietudinē dul
cedo amaritudinem: suauitas iram: cha
ritas lucrifaciat crudelitatem.

¶ De inuocatiōe spūsscti. F Ca. ix.

O Jam diuini amor nominis.
patris omnipotentis prolisq; ꝑ
beatissime sancta communica
tio oīpotēs paraclite spūs: me
rētiū ꝯsolator clementissime. iam cordis
mei penetralibus potenti illabere virtu
te: et tenebrosa queq; laris neglecti late=
bula: corusci luminis fulgore pius habi
tator letifica: tuiq; roris abundantia lon
go ariditatis marcentia squalore visi=
tando fecunda. Saucia interioris homi
nis arcana tui amoris iaculo: et torpētis
medullas iecoris flammis salutaribus
penetrando succende: sanctiq; feruoris
igne illustrando intima mentis et corpo=
ris vniuersa depasce: pota me torrente
voluptatis tue: vt nil iam mundanorum
degustare libeat venenate dulcedinis.
Judica me domie et discerne causam me
am de gente nō sancta: doce me facere vo
lūtatē tuā q2 de⁹ me⁹ es tu. G
Credo q̄ quemcūq; habitaueris patris
ac pariter filii domicilium condis. Bea=
tus qui te merebit hospitari: quoniā ꝑte

pater ꝛ filius apud eum faciunt mansionem. Ueni iam veni benignissime dolentis anime consolator protegens in opportunitatibus in tribulatione adiutor. Ueni mundator scelerum ꝛ curator vulnerum. Ueni fortitudo fragilium ꝛ reuelator labentium: veni humilium doctor superborum destructor. Ueni orphanorum pius pater: viduarum dulcis iudex. Ueni spes pauperum: refocillator deficientium. Ueni nauigantium sidus: naufragij portus. Ueni omnium viuentium singulare decus morientium vnica salus. Ueni sanctissime spiritus: veni ꝛ miserere mei: apta me tibi: ꝛ condescende propitius mihi vt mea tue magnitudini exiguitas: robori tuo mea imbecillitas secundum multitudinem tuarum complaceat miserationum per iesum xpm saluatorem meum: qui cū patre in tua vnitate viuit ꝛ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Oratio serui dei de se humiliter sentiētis. D Capitulum.x.

Scio dñe scio ꝛ fateor: quia nō sum dign⁹ quē tu diligas: sed certe tu non es indignus quem ego diligā. Indignus quidem sum tibi seruire: sed tu non es indignus seruitio creature tue. da ergo mihi domine vnde tu es dignus: ꝛ ego ero dignus vnde sum indignus. Fac me quo modo vis a peccatis cessare: vt quo modo debeo possim tibi seruire. Concede mihi sic custodire ꝛ regere ꝛ finire vitam meam: vt in pace dormiam ꝛ in te requiescam. Presta mihi in finem vt me excipiat somnus cum requie requies cum securitate securitas in eternitate. Amen.

¶ Oratio ad sanctam trinitatem.

Te deum patrem ingenitum te filium vnigenitum: te spiritum sanctum paraclitum. sanctam ꝛ indiuiduam trinitatem toto corde ꝛ ore confitemur laudamus atq3 benedicim⁹: tibi gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Confessio omnipotētis dei ꝛ maiestatis eiusdem. I Cap.xi.

O Summa trinitas virtus vna ꝛ indiscreta maiestas. de⁹ noster deus oipotens: confiteor tibi ego vltimus seruorum tuorum ꝛ exiguum mēbrum ecclesie tue. cōfiteor tibi ꝛ honorifico te debito sacrificio laudis ꝓ scire ꝛ posse qđ mihi tātillo donare dignat⁹ es. Et quia exteriora mihi munera desūt q̄ possim offerre: ea q̄ in me sunt vota laudationis ex dono misericordie tue: ecce libēs atq3 ouans offero tibi de fide non ficta ꝛ conscientia pura. Credo igitur te toto corde rex celi ꝛ terre domine: ꝛ ore te cōfiteor patrē ꝛ filium ꝛ spiritū sanctum in psonis trinum: ꝛ in substantia vnum: verum deum omnipotētē vni⁹ simplicis incorporee inuisibilis ꝛ incircunscripte nature. nil in te maius aut inferius habētem: sed per omnē modum sine deformitate pfectū: sine quantitate magnum. sine qualitate bonum. sine tpe sempiternum. sine morte vitam. sine infirmitate fortem. sine mendacio verum. sine situ vbiq3 presentem. sine loco vbiq3 totum. sine extēsione omnia implētē. sine contradictione vbiq3 occurrentem. sine motu omnia transcēdentē. sine statu intra omnia manētē. sine indigētia omnia creantem. sine labore omnia regētē. sine tui initio omnibus initia dantē. sine tui mutatione omnia mutabilia facientem. in magnitudine infinitum. in virtute oipotentem. in bonitate summum. i sapientia inestimabilem in consilijs terribilem in iudicijs iustum: in cogitationibus secretissimum. in verbis veracē. in operib⁹ sanctum. i misericordijs copiosum. erga delinquentes patientissimū. erga penitētes pijssimum. sp idipm eternū ac sempiternum: imortalē atq3 imutabilem. quē nec spacia dilatant. nec breuitas locorum angustat. nec receptacula vlla coartant: nec voluntas variat: nec necessitudo corrumpit: nec mesta perturbant nec leta demulcent. Cui nec obliuio tollit nec memoria reddit: nec preterita transeunt: nec futura recedunt. Cui nec origo initium: nec tempora incrementum: nec casus finem dabit: sed ante secula ꝛ in seculis ꝛ per secula i eternū viuis. ꝛ est tibi

perēnis laus ⁊ eterna gloria: summa potestas ⁊ singularis honor: ppetuū regnū ⁊ sine fine imperiū p infinita ⁊ indefessa ⁊ immortalia secula seculorum. Amen.

¶ Qualiter generi humano dignatus ē subuenire deus pater: ⁊ de verbi incarnatione ⁊ grāꝝ actiōe. K Ca. xij.

Reatus ꝯ oīpotēs deus cordis mei inspector ⁊ scrutator: confessus sum oīpotētiā maiestatis tue: ⁊ maiestatē oīpotētie tue. nūc autem qualiter humano generi subuenire dignatus es in fine seculorū. sicut corde credo ad iustitiā ita ore corā te cōfiteor ad salutem. Tu quidem deus pater solus nūq̄ legeris missus: de filio autē tuo ita scribit aplus. Cum aūt venit plenitudo tpis: misit de⁹ filium suum. Cū dicit misit: satis ostēdit quia in hunc mundum missus aduenit: cū de btā maria semper virgine natus: verus ⁊ perfectus hō in carne apparuit. Sed quid est quod de illo ille euangelistaꝝ pcipuus ait In mūdo erat ⁊ mūdus p ipm fact⁹ est? L Illuc vero missus ēst p humanitatē vbi semp fuit ⁊ est p diuinitatē. Quā videlicꝫ missionē opus esse totius sancte trinitatis toto corde credo ⁊ ore cōfiteor. Quō autem nos amasti pater sancte ⁊ bone: quantum nos dilexisti pie conditor: q̄ etiā pprio filio non pepcisti: sed pro nobis impijs tradidisti illū. subditus tibi ille fuit vsq ad mortē: mortem autem crucis. tollens cyrographum peccatorum nostrorum. ⁊ affigens illud cruci: crucifixit peccatum ⁊ occidit mortem vnus ille inter mortuos liber: potestatem habens ponendi animam suam p nobis ⁊ iterum sumēdi eam pro nobis. Igitur victor et victima: ⁊ ideo victor q: victima pro nobis tibi: sacerdos et sacrificium. ⁊ ideo sacerdos q: sacrificium. Merito mihi spes valida in illo est: quia sanabis oēs languores meos p eum qui sedet ad dexteram tuā ⁊ interpellat pro nobis. Langores quippe mei dñe magni sūt ⁊ multi. multi sunt ⁊ magni. habet enim multa in me princeps mundi huius: scio ⁊ fateor: sed rogo te libera me per sedētem ad dexteram tuam redēptorē nostrū i quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ipm me iustifica q̄ pctm nō fecit: nec inuētus ē dolus in ore eius. p ipꝫ caput nrm in quo nulla ē macula libera mēbrum eius licꝫ exiguum ⁊ infirmum: libera q̄so me a pctis: vicijs: culpis ⁊ negligētijs meis. Reple me tuis sanctis virtutibus: ⁊ fac me bonis pollere morib⁹: fac me in sanctis operibus tuis propter nomē sanctum tuum pseuerare vsq in finē scdm tuam voluntatē.

¶ De fiducia quā hr̄e dꝫ aīa i dño iesu atq ei⁹ passione. M Ca. xiij

Esperare vtiq potuissē p pter nimia pctā mea ⁊ infinitas neglīgētias meas: nisi vbū tuū deus caro fieret ⁊ habitaret in nobis. Sed desperare iā nō audeo: q: cū inimici essemus recōciliati sum⁹ p mortē filij tui. q̄to magis recōciliati salui facti sum⁹ p eum. Ois nāq spes ⁊ toti⁹ fiducie certitudo mihi est in pcioso sanguine ei⁹: q̄ effusus ē ppt nos ⁊ propt nostrā salutē. In ipso respiro ⁊ i ipo cōfisus ad te puenire desidero nō hñs meaꝫ iustitiā sꝫ eā q̄ est ex filio tuo nr̄o iesu xpo Unde clemētissime ⁊ benignissime amator hominum deus: qui p iesum xpm filium tuū dñm nr̄m: cū pditi fuissem⁹ culpa nostra mirabiliter liberasti ⁊ recupasti nos. gratias ago pietati tue. ⁊ multas tibi laudes refero ex totis pcordijs meis qui propt tuam inenarrabilem dilectionem qua nos miseros ⁊ indignos mirabili bonitate amare dignatus es. misisti eundē vnigenitum tuum de sinu tuo ad publicuꝫ nr̄m: saluare nos peccatores tunc filios pditionis. N. Grās ago tibi pro sancta incarnatione ⁊ natiuitate eius: ⁊ pro gloriosa genitrice sua: de qua ipse carnē assumere dignat⁹ est propt nos ⁊ propter nostram salutem vt sicut verus deus de deo: ita verus homo ex hoīe eēt. Gratias tibi ago pro passione ⁊ cruce eius. pro morte ⁊ resurrectione eius. pro ascēsione eius in celū ⁊ sede maiestatis eius ad dexteram tuā. Ipse enim quadragesimo die post resurrectionē suam ascēdens videntib⁹ disci-

pulis super omnes celos:sedensq̄ ad de
xteram tuam:spiritū sanctum sm̄ ꝓmissi
onem suā in filios adoptionis effudit.
Gratias tibi ago pro sacratissima illa ef
fusione preciosi sanguis ei⁹ quo sumus
redempti simul.⁊ pro sacrosancto ⁊ viui
fico mysterio corporis et sanguinis eius
quo quotidie in ecclesia tua pascimur et
potamur:abluimur⁊ sāctificamur ⁊ vni⁹
summe diuinitatis participes efficimur
Gratias tibi ago pro tua mira ⁊ inenar
rabili charitate : qua nos indignos sic
amasti ⁊ saluasti per vnicum ⁊ dilectum
filium tuum.Sic enim dilexisti mundū
vt vnigenitum tuum dares:vt omnis q̄
credit in eum nō pereat:sed habeat vitā
eternam.Hec est aūt vita eťna vt cogno
scam⁹ te verū deū.⁊ quem misisti iesum
xp̄m ꝑ fidem rectā ⁊ cōdigna fidei opa.
¶ De immēsa charitate patris eterni ad
genus humanum. ✿ Capi.xiiij.

O immensa pietas.o inestima-
bilis charitas : vt liberares
seruum filium tradidisti. De⁹
factus est hō vt ꝑditus hō de
potestate demonum erueret. Quā beni-
gnissimus amator hominum fili⁹ tu⁹ de
us noster cuius piis visceribus nō satis
visum est vt se inclinaret fact⁹ homo de
virgine maria nisi etiam subiret crucis
suppliciū effuso sanguine ꝓpter nos ⁊ ꝓ
pter nostrā salutē. Uenit pius deus:ve-
nit pro pietate ⁊ bonitate sua.venit que
rere ⁊ saluum facere qđ perierat.Quesi
uit ouem perditā.quesiuit⁊ inuenit:⁊hu
meris suis reportauit ad caulas gregis.
Pius ⁊ vere multū pius.O charitas:o
pietas quis audiuit talia. q̄s sup tanta
misericordie viscera non obstupescat:q̄s
non miretur:q̄s non colletetur propēni-
miam charitatē tuam qua nos dilexisti:
misisti filium tuum in similitudinem car
nis pcti:vt de pctō dānaret peccatum:vt
nos efficeremur iusticia tua in ipso.Ip̄e
enī verus est agnus imaculatus:qui ab
stulit pctā mundi.qui mortē nostrā mo-
riendo destruxit ⁊ vitam resurgendo re-
parauit.Sed quid tibi retribuere possu
m⁹ deus noster ꝓ tantis bn̄ficiis miseri-
cordie tue:quas laudes:quas ve gratia
rum actiones?Etiam si illa btōrū ange-
lorū scientia ⁊ potētia nobis foret :nihil
tm̄ dignum tāte pietati ⁊ bonitati tue re-
compensare valerem⁹. Si certe oīa mem
bra nr̄a ỽterentur in linguas ad repen-
dendum tibi debitas laudes nequaq̄ suf
ficeret exiguitas nr̄a. Supereminet enī
oēm sciētiā tua inestimabilis charitas:
quam ostēdisti nobis indignis bonitate
⁊ pietate tua. Fili⁹ namq̄ tuus deus nr̄
non angelos sed semen abrahe apphēdit
assimilatus nobis ꝑ omia absq̄ pctō.hu
manam itaq̄ non angelicā suscipiēs na-
turā:⁊ eam stola sctē resurrectiōis ⁊ im-
mortalitatis glificās:vexit super omnes
celos.sup oēs choros angelorū:sup che-
rubin ⁊ seraphin:collocans ad dexterā
tuā.hanc aūt laudāt angeli:adorant do-
minationes:⁊ oēs ỽtutes celorū tremūt
sup se hominē deū.Hec nēpe mihi tota ē
spes oisq̄ fiducia. R Est enī in
ipso iesu xp̄o domino nostro vniuscuius-
q̄ nostrorum portio caro⁊ sanguis.Ubi
ergo portio mea regnat ibi me regna-
re credo. Ubi caro mea glorificatur:
ibi gloriosum me esse cognosco. Ubi san
guis me⁹ dominat:ibi dominari me sen
tio.Quamuis peccator sim:de hac com
muniōe gratie nō diffido.Et si pctā mea
ꝓhibēt:substātia mea requirit.Et si deli
cta mea me excludunt : nature commu-
nio non repellit.Nō enī tā imitis ē deus
vt obliuiscat hois ⁊ nō meminerit ipsi⁹
quē ipse gestat:⁊ quē mei cā suscepit: ei⁹
quē mei causa requirit.Mitis ỽo ⁊ val
de benign⁹ ē dn̄s de⁹ nr̄:⁊ diligit carnem
suam:mēbra sua ⁊ viscera sua in ip̄o deo
⁊ dn̄o nostro iesu christo dulcissimo beni
gnissimo atq̄ clemētissimo:in quo resur
reximus ⁊ iam celos ascēdimus : ⁊ iā in
celestibus considemus.Caro nostra nos
diligit.Habem⁹ aūt sanguis nr̄i ꝓroga-
tiuam in ipso.Sum⁹ autē mēbra eius ⁊
caro eius:ipse deniq̄ ē caput nostrū. ex
quo totum corpus.sicut scriptū ē. os ex
ossibus meis⁊ caro de carne mea. ⁊ erūt
duo in carne vna.Et nemo vnq̄ carnem
suam odio habet sed fouet ⁊ diligit eam
Mysterium hoc magnum est ego dico
in christo et in ecclesia:ait apostolus.

¶ De duplici christi natura: qui pro nobis miseretur et pro nobis interpellat. Q Capitulum.xv.

Gratias itaque ago tibi labiis et corde: et omni qua valeo virtute: infinite misericordie tue domine deus noster: pro omnibus miserationibus tuis quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es. per eundem filium tuum: saluatorem et recuperatorem nostrum: qui mortuus est propter peccata nostra: et resurrexit propter iustificationem nostram. et nunc viuens sine fine sedet ad dexteram tuam et interpellat pro nobis. et simul tecum miseretur. quia deus est ex te patre coeternus et consubstantialis tibi per omnia. vnde potest in perpetuum nos saluare. Sed secundum id quod homo est ex qua parte minor te est: data est ei omnis potestas in celo et in terra: vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur quia dominus noster iesus christus in gloria est tua deus pater omnipotens. Ipse quidem constitutus est a te iudex viuorum et mortuorum. tu vero non iudicas quenquam: sed omne iudicium tuum dedisti filio tuo. in cuius pectore reconditi sunt omnes thesauri sapientie et scientie. Ipse autem testis et iudex est: iudex et testis: quem nulla peccatrix conscientia effugere poterit. Omnia enim nuda et aperta sunt ei. R Ipse sane qui iniuste iudicatus est iudicabit orbem terre in equitate et populos in iusticia. Benedico ergo nomen sanctum tuum in eternum: et glorifico ex toto corde meo omnipotens et misericors domine: pro illa inenarrabili et mirabili coniunctione diuinitatis et humanitatis in vnitate persone vt non alter deus alter homo esset. sed vnus idemque deus et homo: homo et deus. Sed licet mirabili dignatione verbum caro factum sit: neutra tamen ex duabus naturis in aliam mutata est substantiam: trinitatis mysterio quarta non est addita persona: vnita quippe est non confusa verbi dei hominisque substantia. vt in deum quod ex nobis susceptum fuerat perueniret: et illud quod nunquam fuerat idem quod semper fuerat permaneret. O admirabile mysterium O inenarrabile commercium. o mira et perque miranda semperque amanda diuine propiciationis benignitas. serui digni non fuimus: et ecce filii dei facti sumus: heredes quidem dei: coheredes autem christi. Unde hoc nobis: et quis nos ad hoc perduxit? Sed rogo te clementissime pater deus per hanc inestimabilem pietatem bonitatem et charitatem tuam. vt dignos nos facias multis et magnis promissionibus eiusdem filii tui domini nostri iesu christi. Manda virtuti tue et confirma hoc quod operatus es in bonis. perfice quod cepisti vt ad plenam tue pietatis gratiam mereamur peruenire. Fac nos per spiritum sanctum intelligere et mereri et debito semper honore venerari hoc magnum pietatis mysterium. quod manifestum est in carne: apparuit angelis: predicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria.

¶ De gratia quam debet homo deo pro beneficio redemptionis. S Cap.xvi.

Quantum sumus tibi debitores domine deus noster. tanto redemptionis precio. tanto saluati dono: et tam glorioso adiuti beneficio: quantum a nobis miseris es timendus: amandus benedicendus laudandus honorandus et glorificandus. qui nos sic amasti. sic saluasti. Tibi nempe debemus omne quod possumus: omne quod viuimus: omne quod sapimus. Sed quis habet quicquam non tuum. Tu domine deus noster a quo bona cuncta procedunt. propter te et nomen sanctum tuum: da nobis de bonis tuis: vt de bonis ac datis tuis seruiamus tibi: et in veritate placeamus: atque debitas quotidie laudes rependamus tibi pro tantis beneficiis misericordie tue. Non enim aliunde possumus tibi seruire neque placere nisi de tuo munere. Omne enim datum optimum et omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Domine deus noster: deus pie: deus bone: deus omnipotens: deus ineffabilis et circumscripte nature: deus institutor omnium rerum: et domini nostri iesu christi pater. eundem dilectum filium tuum dominum nostrum dulcissimum misisti de sinu tuo ad pu

blicū ꝓficuū nostrum suscipe vitā nostraꝫ vt nobis donaret suam. essetq̄ ꝑfect⁹ de⁹ ex te patre: ⁊ perfectus homo ex matre: totus deus ⁊ totus hō: vnus idēq̄ xp̄s. Eternus ⁊ temporalis: imortalis ⁊ mortalis. creator ⁊ creatus. fortis ⁊ infirm⁹. victor. ⁊ victus. nutritor ⁊ nutritus. pastor ⁊ ouis. temporaliter mortuus et tecum viuens ineternum. suis dilectorib⁹ vite municipium promittens dedit ⁊ nobis dixit. Quodcunq̄ petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Per ipsum summū sacerdotem ⁊ verū pontificem ⁊ bonum pastorē q̄ se tibi obtulit in sacrificium: pponens aīam suā pro grege suo te rogo ꝑ ipm q̄ sedet ad dexteraꝫ tuam ⁊ īterpellat pro nobis: redēptorē ⁊ aduocatum nostruꝫ. pietati ⁊ bonitati tue supplico clemētissime ⁊ amantissime ⁊ benignissime amator hoīum deus deꝫ michi cum eodem filio tuo ⁊ spūsctō te in oīb⁹ benedicere ⁊ glorificare: cum multa cordis ꝯtritiōe ⁊ lachrimarū fonte: cū mlta reuerentia ⁊ tremore. ¶ Cor quoꝝ vna est substantia: vnū est et datum. Sed qm̄ corpus qd̄ corrūpit aggrauat aīam. excita queso torporeꝫ meū tuis stimulis ⁊ fac me strenue perseuerare in preceptis ⁊ laudibus tuis die ac nocte. Tribue vt concaleat cor meum intra me ⁊ in meditatione mea exardescat ignis. Et quia ipse tuus vnicus natus dixit. nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eū et nemo venit ad patrem nisi per me: obsecro et suppliciter rogo: trahe me semper ad ipsum vt ipse me tandem perducat ad te illuc vbi ipse est in dextera tua sedens. Ubi est sempiterna vita. sempiterne beata. vbi est amor perfectus ⁊ timor nullus. vbi est dies eternus ⁊ vnus omnium spūs. vbi summa et certa securitas et secura tranquillitas: ⁊ tranquilla iocūditas: ⁊ iocunda felicitas: ⁊ felix eternitas. ⁊ etna beatitudo: ⁊ btā tui sine fine visio ⁊ laudatio. Ubi tu cuꝫ illo ⁊ ille tecū in cōione scti spūs eternaliter ac sempiternaliter viuis ⁊ regnaꝫ deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Oratio deuotissima ad christum.

Capitulum. xvij.

Spes mea xp̄e de⁹: hominū tu dulcis amator. Lux: via: vita salus decor ⁊ decus oē tuorūꝫ. Omnia ꝓ q̄rū voluisti ferre salute. Cernito victa. crucē. vuln⁹. mortem atq̄ sepulcrū Post tres īde dies deuicta morte resurgēs. D. scipul' vis⁹ nutātia corda reformās. Luce q̄terdena celorū summa petisti. Uiuis in eternuꝫ nūc ⁊ ꝑ secula regnās. Tu es deus me⁹ viu⁹ ⁊ ver⁹ pat me⁹ sctūs: dn̄s me⁹ pi⁹: rex me⁹ magnus: pastor meus bonus: magister me⁹ vnus: adiutor meus optimus: dilect⁹ meus pulcherrimus. panis meus viuus: sacerdos meus in etnū: dux me⁹ ad patriā lux mea vera: dulcedo mea sctā: via mea recta sapientia mea p̄clara: simplicitas mea pura: concordia mea pacifica. custodia mea tuta: portio mea bona: sal⁹ mea sempiterna misericordia mea magna: patientia mea robustissima: victima mea īmaclata: redemptio mea sctā: spes mea firma: charitas mea ꝑfecta. resurrectio mea vera: vita mea eterna. exultatio et visio mea beatissima ⁊ sine fine mansura Te deprecor supplico et rogo vt per te ābulem: ad te perueniam: in te requiescā: qui es via veritas ⁊ vita: sine qua nemo venit ad patrem. Te enī desidero dulcissimum ⁊ pulcherrimum dn̄m. o splendor paterne glorie: qui sedes super cherubin et intueris abyssos: lumen veridicum: lumen illuminans: lumē indeficiens: ī quē desiderant āgeli prospicere. Ecce cor meum coram te est: discute tenebras eius vt amoris tui claritate plenius perfundatur. Da michi deus meus te: redde mihi te. en amo te: et si parum est amem validius ¶ Non possum metiri vt sciam q̄tum desit michi amoris tui ad id quod satis est vt currat vita mea in amplexus tuos: nec auertatur donec abscondatur ī abscondito vultus tui. ¶ Hoc tamen scio quia male michi est preter te dn̄e. non solū extra me sed ī me ipso. Omnis eniꝫ copia que deus meus nō est egestas mihi est. Bonum namq̄ quod neq̄ in melius neq̄ in deterius cōmutari potest tu solus es. qui simpliciter solus es: cui nō est aliud viuere ⁊ beate viuere: qa

tua beatitudo tu es. Creatura vero tua cui est aliud viuere et aliud beate viuere. omne quod viuit & beate viuit non debet nisi gratie tue attribuere. Et ideo nos egemus tui non tu nostri: quia si omnino non essemus nihil tibi deesset ad bonum quod tu es. Tibi itaque domino deo nostro semper adherere necesse habemus vt per continuum auxiliū tuum sancte & pie & recte viuere valeamus. pōdere siquidem fragilitatis nostre deorsum trahimur dono aūt tuo accendimur & sursū ferimur. inardescimus & imus: ascēdimus: ascensiones in corde facimus: & cātamus canticum graduum: igne tuo bono inardescimus et imus: quo iam sursum imus ad pacem hierusalem: quoniam iocūdatus sum in his que dicta sunt michi: in domum dñi ibimus. Illic collocauit nos voluntas bona: vt nihil velimus aliud q̄ permanere illic ineternum. Sed quia dum sumus in corpore peregrinamur a te domine. Non habemus hic ciuitatem manētē: sed futuram inquirimus. Noster municipatus in celis est. Ideo duce gratia tua ingredior in cubile cordis mei: & cāto tibi amatoria rex meus et deus meus: gemens inenarrabiles gemitus in loco peregrinationis mee. Ubi cantabiles michi facte sunt iustificationes tue. Et recordans hierusalem extendo in eam sensum cordis. hierusalem patriam meam. hierusalem matrem meam. teque super eam regnatorem illustratorem patrem tutorem patronum rectorem pastorem: castas & fortes delicias: solidum gaudium & omnia bona ieffabilia. simul omnia q: vnū summum & verum bonum & non auertar donec in eius pacem matris charissime vbi sunt primitie spiritus mei colligas totum quod sum a dispersione et deformitate hac: & conformes atque confirmes ineternum deus meus misericordia mea.

¶ Hic distinguit inter sapientiam que domus dei est: et sapientiam que diuina ē.

Capitu. xviij.

Hec est domus tua deus non terrena: neque vlla celesti mole corporea: sed spiritualis et particeps eternitatis tue: quia sine labe manet ineternum. Statuisti enim eam in seculum & in seculum seculi: preceptū posuisti & non preteribit. Nō tamē tibi deo coeterna: quia nō sine initio: facta est enim. Prior quippe oīm creata est sapientia sed vtique illa sapientia patri deo plane coeterna & coequalis: per quam creata sūt omnia: & in quo principio factum est celum & terra: sed profecto sapientia que creata est spiritualis natura scilicet que cōtēplatione luminis lumen est. Dicitur enim & ipsa (quis creata) sapientia. Sed quātum distat inter lumen illuminans: & lumen quod illuminatur: tantū differt inter summā sapientiā q̄ est creans: & istam q̄ creata est. sicut inter iustitiam iustificantem: que tu deus noster es: et iustitiam q̄ iustificatione nostra facta est. Nam & nos sumus dicti iustitia dei patris in te filio eius domino nostro: testante apostolo. Ergo quia prior oīm creata est quedam sapientia. que creata est mens ratiōalis et itellectualis caste scilicet ciuitatis tue matris noster que sursum est & libera est et eterna in celis. Quibus celis? Nisi qui te laudant celi celorum. Quia hoc est et celum celi domino. Et si non inuenimus tempus ante illam que creaturā tēporis antecedit: quia prior omniū creata est: ante illā tamen es tu deus eternus creator omnium. a quo faca sumpsit exordiū: quis non tpis: q: nondum erat tēpus: ipsius: tamē conditionis sue. Unde ita est abs te domino deo nostro: vt aliud sit plane q̄ tu. Licet nec ante illam nec in illa inueniamus tempus. est enim idonea faciem tuam semper videre: nec vspiam deflectitur ab ea quo fit vt nulla mutatione varietur. Inest tamen ipsi mutabilitas qua tenebresceret et frigesceret: nisi amore grandi coherens tibi tanquam super meridiem luceret et ferueret ex te. Denique tam casto amore coheret tibi deo vero et vere eterno: vt quis tibi non sit coeterna. per nullius tamen temporis varietates et vicissitudines a te resoluatur et defluat: sed in tui solius verissima contemplatione requiescat.

3 Quoniā tu deus diligenti te quātum

precipis ostendis te et sufficit ei. Unde nō declinat a te nec a se:sed semper in eo dem statu manet:te indesinenter videndo:te indeficienter amando: verū lumē ꝛ castum amorem. O beata ista ꝛ sublimis creatura creaturarū:maxime beata inherendo semper beatitudini tue. felix et nimium felix te sempiterno inhabitatore atqꝫ illustratore suo. Nec inuenio quid licentius appellandum existimem⁹ celum celi domino ꝙ domum tuam contemplantem delectationem tuā sine defectu ꝛ absqꝫ affectu egrediendi in aliud mentem puram concordissime vnam:stabilimentum pacis beatorum spirituum: in celestibus sunt ista celestia. Unde intelligat anima cuius peregrinatio longinqua facta est si iam sit ibi. si iā facte sint ei lachryme sue panes sui. si iam petat vnam ꝛ hanc requirat vt inhabitet in domo tua per omnes dies vite sue. Et que vita eius nisi tu? Et qui dies sui nisi eternitas tua? Sicut anni tui qui non deficiunt. Hic ergo intelligat anima que potest ꝙ longe super omnia tēpora sis eternus:quando domus tua que peregrinata non est:quis tibi non sit coeterna: indesinenter tamen et indeficienter coherē do tibi nullam temporis patitur varietatem. teqꝫ semper perseuerantissima castitate hauriens mutabilitatem suam nusꝙ et nunꝙ exierit ex te sibi presente. ad quem toto affectu se tenens non habens futurum quod expectet. nec in preteritum transiens quod meminerit: per nullas vices variatur ꝛ in nulla tempora extenditur.

¶ Hic orat homo vt ipsa quoqꝫ domus dei oret pro eo. A

Capitulum. xix.

O Domus dei luminosa et speciosa dilexi decorem tuum:ꝛ locum habitatiōis glorie domini dei mei fabricatoris et possessoris tui tibi suspiret pegrinatio mea. nocte ac die tibi inhiet cor meum. tibi intendat mens mea. ad societatem beatitudinis tue puenire desideret anima mea. dico ei qui fecit te vt possideat me in te: quia ipse fecit me et te:immo tu dic; tu roga eum vt dignum me faciat participatione glorie tue. Sanctam enim societatem tuam ꝛ mirabilem pulchritudinē tuam non per meritum requiro: sed per sanguinem eius quo redemptus sū adipisci non despero. tantum adiuuent me merita tua. subueniant prauitati mee sācte ꝛ purissime orationes tue:que inefficaces apud deum nullatenus esse possūt Erraui fateor sicut ouis perdita:et incolatus meus prolongatus est atqꝫ procul proiectus sum a facie domini dei mei in hanc exiliī cecitatem. Ubi expulsus a paradisi gaudiis deploro quotidie mecum super miserias captiuitatis mee: lugubre carmen ingentesqꝫ lamentationes. cū recordor tui mater hierusalem. dum stāt pedes mei in atriis tuis:sancta ꝛ decora syon:nec dum interiora tua conspicere in propatulo valens:sed in humeris pastoris mei structoris tui spero me reportari tibi vt tripudiem tecum illo inenarrabili gaudio quo letantur illi qui tecum sunt coram ipso deo ꝛ saluatore nostro:q dissoluit inimicitias in carne sua. ꝛ pacificauit omnia que in celis sunt et que in terra sanguine suo. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnum. Qui duos ex aduerso venientes parietes coniungens in se:beatitudinis tue permanentem felicitatem pari modo ꝛ eadem mensura se nobis daturum promisit dicens. Erunt equales angelis dei i celis. O hirlm domus dei eterna post xp̄i dilectionem tu esto leticia ꝛ consolatio mea. dulcis memoria tui beati nomis sit releuatio merroris tediorumqꝫ meorum.

¶ Quantis amaritudinibus vita ista sit respersa. B Capitulū. xx.

T Edet enim me dn̄e valde vite huius:ꝛ istius erumnose peregrinatiōis. Uita hec vita misera:vita caduca: vita incerta vita laboriosa:vita immunda: vita dn̄a malorum:regina superborum:plena miseriis ꝛ erroribus. q̄ non est vita dicenda sed mors:in qua momentis singulis morimur:per varios mutabilitatis defect⁹ diuersisqꝫ generibus mortium. Nunquid ergo hoc ꝙ viuimus in hoc mundo di-

cere possumus vitam: quam humores tumidant: dolores extenuant: et ardores exiccant: aera morbidant esce instant: ieiunia macerant. ioci dissoluunt: tristicie consumunt: sollicitudo coartat securitas hebetat: diuicie inflant et iactant: paupertas deiicit: iuuentus extollit: senect⁹ incuruat: infirmitas frangit meror deprimit. C Et his malis omnibus mors furibunda succedit: simul cunctis gaudiis istius misere vite ita finem imponit vt cum esse desierit non fuisse putetur. Mors ista vitalis ⁊ vita mortalis. licz his aliisq; sit respersa amaritudinibus: prohdolor q̄ plurimos suis capit illecebris. ⁊ q̄ multos suis falsis promissionibus decipit. Et cum ita per se sit falsa ⁊ amara vt etiam suos cecos amatores latere non valeat. tamen infinitam stultorum multitudinē aureo calice quem in manu habet potat ⁊ prorsus inebriat. Felices illi ⁊ ipsi rari qui familiaritatem eius recusant: perfunctoria gaudia spernunt: societatem abiiciūt ne cū pereūte deceptrice et ipsi perire cogantur.

¶ De felicitate vite quam preparauit deus diligentib⁹ se. D Ca. xxi.

O Tu vita quam p̄parauit de⁹ his qui diligūt cum vita vitalis: vita beata: vita secura vita tranquilla: vita pulchra vita munda: vita casta: vita sancta: vita ignara mortis: nescia tristicie: vita sine labe: sine dolore: sine anxietate: sine corruptione: sine perturbatione: sine varietate ⁊ mutatione: vita totius elegantie et dignitatis plenissima. vbi non est aduersarius impugnans. vbi nulla peccati illecebra. vbi est amor perfectus: et timor null⁹ vbi dies eternus: ⁊ vnus omniū spiritus. vbi deus facie ad faciem cernitur: ⁊ hoc vite cibo mens sine defectu saciatur. Libet me tue intendere claritati. delectant me bona tua auido corde. quāto plus valeo mecum considerare tanto plus amore langueo. tuo vehementi desiderio: tuaq; dulci memoria admodum delector. Libet itaq; libet in oculos cordis attollere: statum mentis erigere: affectum animi conformare. Libet sane de te loqui: de te audire de te scribere: de te conferre: de tua beatitudine ⁊ gloria quotidie legere: ⁊ lecta sepius sub corde reuoluere: vt vel sic possim ab huius mortalis peritureq; vite ardoribus periculis ⁊ sudoribus sub tue vitalis aure dulci refrigerio transire: et transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus vel paululum reclinare. E. Huius rei gratia scripturarum sanctarum amena prata ingredior. viridissimas sententiarum herbas exarando carpo. legēdo comedo. frequentando rumino. atq; congregando tandem in alta memorie sede repono: vt tali modo tua dulcedine degustata: minus istius miserrime vite amaritudines sentiam. O tu vita felicissima. o regnum vere beatum: carēs morte: vacans fine: cui nulla tempora succedunt per euum: vbi continuus sine nocte dies nescit habere tēpus: vbi victor miles illis hymnidicis angelorum sociatus choris: cantat deo sine cessatione canticum de canticis syon: nobile perpetua caput amplectente corona. Utinam concessa mihi peccatorum venia: mox q; hac carnis sarcina deposita: in tua gaudia veram requiem habiturus intrarem. Et tue ciuitatis preclara atq; speciosa menia: coronam vite de manu domini accepturus ingrederer: vt illis sanctissimis choris interessem: vt cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assisterem vt presentem christi vultum cernerem: vt illud summum ⁊ ineffabile et incircūscriptum lumen semper aspicerem. sicq; nullo metu mortis affici: sed de incorruptionis perpetue munere letari possem sine fine.

¶ De felicitate anime sancte hinc exeuntis. F. Capi. xxii.

Felix anima que terreno resoluto corpore libera celū petit secura est ⁊ tranquilla: non timet hostē neq; mortē. Habet enim sp presētē: cernitq; indesinēter pulcherrimū dn̄m: cui seruiuit: quē dilexit: ⁊ ad quē tandem leta ⁊ gloriosa peruenit. Hanc vero tante beatitudinis glo-

riam nulla dies minuet: nullus improb⁹ poterit auferre. Viderunt eam filie syon et beatissimam predicauerunt: et regine et concubine laudauerunt eam dicentes.

Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suū? Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens: pulchra vt luna. electa vt sol. terribilis vt castrorum acies ordinata? Quam leta erit: festinat: currit: cum dilectum suum sibi dicētem attonitis auribus audit. Surge propera amica mea speciosa mea et veni. iam enim hyems trāsiit: imber abiit et recessit: flores apparuerunt in terra nostra. tempus putationis aduenit. vox turturis audita est in terra nostra. ficus protulit grossos suos. florētes vinee dederunt odorem suum. Surge propera amica mea: formosa mea: columba mea in foraminibus petre: in cauernis macerie: ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: et facies tua decora. Veni electa mea: speciosa mea: colūba mea: immaculata mea: sponsa mea. veni et ponam in te thronum meum: quia concupiui speciem tuam. Veni vt leteris in conspectu meo cū angelis meis: quorū societas tibi a me repromissa est. Veni post multa pericula et labores. intra in gaudium dñi tui: qđ nemo tollet a te.

¶ Oratio ad sanctos vt nobis succurrāt in periculis. H Capitulū. xxiij.

Felices sancti dei oēs qui iam transistis hui⁹ mortalitatis pelagus: et peruenire meruistis ad portū ꝑpetue quietis securitatis et pacis. securi et tranquilli sempꝭ festiui atꝭ gaudētes estis Obsecro vos per patris charitatem qui securi estis de vobis: solliciti estote de nobis. Securi estis de vestra immarcescibili gloria: solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo qui vos elegit: qui vos tales fecit: de cui⁹ pulchritudine iam satiamini. de cuius immortalitate iā immortales facti estis. de cuius beatissima visione semper gaudetis. estote iugiter memores nostri: subuenite nobis miseris qui adhuc in salo huius vite circunstantibus agitamur procellis. Vos porte pulcherrime que in magnam surrexistis altitudinem. adiuuate nos vile pauimentum longe inferius iacentes. Date manum et erigite iacentes super pedes. vt conualescentes de infirmitate fortes efficiamur in bello. Intercedite et orate constanter atꝭ indesinenter pro nobis miseris multumꝭ negligentibus peccatoribus: vt per vestras orationes vestro sancto consortio coniungamur. quia aliter salui esse non possumus. Sumus nāꝭ valde fragiles et nullius virtutis homunciones: animalia ventris: et carnis mancipia: in quibus vix aliquod virtutis apparet. D Et tamen sub christi confessione positi ligno crucis ferimur. nauigātes per hoc mare magnū et spaciosum. vbi sunt reptilia quorum nō est numerus: vbi sunt animalia pusilla cum magnis vbi est draco seuissimus semper paratus ad deuorandum. Ubi sunt loca periculosa scilla et charybdis et alia innumerabilia: in quibus naufragātur incauti et in fide dubij. Orate dominum orate piissimi: orate omnia agmina sanctorum et vniuersi cetus beatorum. vt vestris precibus meritisꝭ adiuti salua naue et integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetue salutis et quietis et continue pacis et nunꝙ finiende securitatis.

¶ Anime desiderium ad ciuitatem superne hierusalem. I Capitu. xxiiij

Mater hierusalem ciuitas sancta dei charissima sponsa xpī te amat cor meū. pulchritudinē tuā nimium desiderat mens mea. o ꝙ decora: ꝙ gloriosa: ꝙ generosa tu es. Tota pulchra es et macula non est in te. Exulta et letare formosa filia principis. quia concupiuit rex speciem tuam: et amauit decorem tuum: speciosus forma filia principis. quia concupiuit rex speciem tuam: et amauit decorem tuum: speciosus forma pre filijs hominum. Sed qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima? Dilectus meus candidus et rubicundus: electus ex milibus. Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus

meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraui ecce leta sedeo. et fructus eius dulcis gutturi meo. Dilectus meus misit manum suã per foramen. et venter meus intremuit ad tactum eius. In lectulo meo per noctem quesiui quē diligit anima mea. quesiui et inueni. teneo nec dimittam illum: donec introducat me in domum suam et in cubiculum suum. gloriosa genitrix mea. R Ibi enim dabis mihi vbera tua abundantiꝰ ⁊ perfectius. ⁊ satiabis me satietate mirifica. ita vt nec esuriam nec sitiā in eternum. Felix anima mea sempq̧ felix in secula si intueri meruero gloriam tuā beatitudinem tuam. pulcritudinē tuam. portas et muros tuos. et plateas tuas: et mansiones tuas multas. nobilissimos ciues tuos: ⁊ fortissimum regem tuum in decore suo. Muri namq̧ tui ex lapidibꝰ preciosis: porte tue ex margaritis optimis. platee tue ex auro purissimo in quibus iocundum alleluya sine intermissione concinitur. mansiones tue multe quadris lapidibus fundate: saphyris cōstructe: laterculis cooperte aureis. in quibꝰ nullus ingreditur nisi mundus. nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es et suauis: in delicijs tuis mater hierusalem. Nihil in te tale quale hic patimur. qualia in hac misera vita cernimus. Non sunt in te tenebre aut nox aut quelibet diuersitas temporum. Non lucet in te lux lucerne aut splendor lune: vel iubar stellarum. sed deus de deo: lux de luce. sol iusticie semper illuminat te. agnus candidus et immaculatus. lucidum et pulcherrimum est lumen tuum. Sol tuꝰ ⁊ claritas tua ⁊ omne bonum tuum. huius pulcherrimi regis indeficiens contemplatio. Ipse rex regum in medio tui et pueri eius in circuitu eius. Ibi hymnidici angelorum chori: ibi societas supernorū ciuium. Ibi dulcis solemnitas omnium ab hac tristi peregrinatione ad tua gaudia redeuntium. Ibi prophetarum prouidus chorus. ibi duodenꝰ apostolorum numerus. ibi innumerabilium martyrum victor exercitus. ibi sanctorum confessorū sacer conuentus. ibi veri ⁊ perfecti monachi. ibi sancte mulieres que voluptates seculi et sexus infirmitatem vicerūt. ibi pueri ⁊ puelle q̄ annos suos sctis moribus transcenderunt ibi suos oues ⁊ agni q̄ iam huius voluptatis laqueos euaserūt. exultāt omnes in proprijs mansionibus. dispar est gloria singulorum. sed communis est leticia oīm. Plena ⁊ perfecta ibi regnat charitas. quia deus est ibi omnia in omnibꝰ quem sine fine vident: ⁊ semper videndo in eius amore ardent. amāt ⁊ laudant. laudāt ⁊ amant. omne opus eorum laus dei sine fine. sine defectione. sine labore. Felix ergo ⁊ vere imperpetuum felix. si post resolutionem huius corpusculi audire meruero illa cantica celestis melodie que cantantur ad laudem regis eterni: ab illis superne patrie ciuibus. beatorumq̧ spirituum agminibus. Fortunatus ego nimiūq̧ beatus si et egoipse meruero cantare ea. et assistere regi meo deo meo et duci meo: et cernere eum in gloria sua. sicut ipse polliceri dignatꝰ est dicens. Pater volo vt quos dedisti mihi sint mecum: vt videant claritatē meam quam habui apud te ante constitutionē mundi. Et alibi. Qui mihi ministrat me sequatur. et vbi sum ego illic et minister meus erit. Et iterum. Qui diligit me diligetur a patre meo: et ego diligam eū. et manifestabo ei meipsum.

¶ Hymnus de gloria paradisi.

Capitulum. L xxv.

Ad perennis vite fontem mēs sitiuit arida.
Claustra carnis presto frangi clausa querit anima.
Glíscit: ambit. eluctatur exul frui patria
Dum pressuris ac erumnis se gemit ob noxiam.
Quam amisit cum deliquit contemplatur gloriam.
Presens malum auget boni perditi memoriam.
Nam quis promat summe pacis quanta sit leticia?
Vbi viuis margaritis surgunt edificia.
Auro celsa micant tecta: radiant triclinia.

Solis gemmis preciosis hec structura nectitur.
Auro mundo tanquam vitro: vrbis via sternitur.
Abest limus deest fimus: lues nulla cernitur.
Hyems horrens: estas torrens illic nunquam seuiunt.
Flos perpetuus rosarum: ver agit perpetuum
Candent lilia: rubescit crocus: sudat balsamum.
Virent prata: vernant sata: riui mellis influunt.
Pigmentorum spirat odor: liquor et aromatum.
Pendent poma floridorum non lapsura nemorum.
Non alternat luna vices sol vel cursus siderum.
Agnus est felicis vrbis lumen in occiduum.
Nox et tempus desunt ei diem fert continuum.
Nam et sancti quique velut sol preclarus rutilant.
Post triumphum coronati mutuo conjubilant.
Et prostrati pugnas hostis iam securi numerant.
Omni labe defecati: carnis bella neciunt.
Caro facta spiritalis et mens vnum sentiunt.
Pace multa perfruentes scandala non perferunt.
Mutabilibus exuti: repetunt originem.
Et presentem veritatis contemplantur speciem.
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinem.
Inde statum semper idem exuentes capiunt.
Clari viuidi iocundi nullis petant casibus.
Absunt morbi semper sanis senectus iuuenibus.
Hinc perenne tenent esse nam transire transiit.
Inde virent vigent florent corruptela corruit.
Immortalitatis vigor mortis ius absorbuit.
Qui scientem cuncta sciunt quid nescire nequeunt.
Nam et pectoris arcana penetrant alterutrum.
Unum volunt. vnum nolunt. vnitas est mentium.
Licet cuique sit diuersum pro labore meritum.
Charitas hec suum facit quod dum amat alterum.
Proprium sic singulorum commune fit omnium.
Ubi corpus illic iure congregantur et aquile.
Quo cum angelis et sancte recreentur anime.
Uno pane viuunt ciues vtriusque patrie.
Auidi et semper pleni quod habent desiderant.
Non satietas fastidit neque fames cruciat.
Inhiantes semper edunt et edentes inhiant.
Nouas semper armonias vox meloda concrepat.
Et in iubilum prolata mulcens aures organa.
Digna per quem sunt victores regi dant preconia.
Felix celi que presentem regem cernit ala
Et sub sede spectat alta orbis volui machina.
Solem lunam et globosa cum planetis sidera.
Christe palma bellatorum hoc in municipium.
Introduc me solutum militare cingulum.
Fac consortem donatiui beatorum ciuium.
Probes vires inexhausto laboranti prelio.
Ut quietem post precinctum debeas emerito.
Teque merear potiri sine fine premio.
Amen.

¶ Laus continua quam facit anima ex contemplatione superne diuinitatis.

M . Capitulum. xxvi.

Benedic anima mea domino ⁊ omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino. ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius. Benedicite dn̄o omnia opera eiꝰ in omni loco dominationis eius: benedic anima mea domino. Laudemꝰ deum quem laudant angeli. adorāt dn̄ationes. tremunt potestates. cui cherubin et seraphin incessabili voce proclamant. Sanctus sanctus sanctus. Jungamus voces nostras vocibus angelorum sanctorum. ⁊ communem dominum laudemus pro modulo nostro. Illi enim laudant dn̄m purissime ⁊ incessanter qui semper inherent cōtemplationi diuine: non per speculum ⁊ in enigmate: sed facie ad faciem. N Sed quis dicere vel cogitare sufficiat qualis sit in conspectu dn̄i dei omnipotētis illa beatorum spirituum celestiumq̧ virtutum innumerabilis multitudo. Que sit in eis sine fine festiuitas visiōis dei. que leticia sine defectu. quis amoris ardor. non crucians: sed delectans. O Quod sit in eis desiderium visionis dei cum satietate: ⁊ satietas cum desiderio. in quibus nec desiderium penam generat: nec satietas fastidium parit. Quomodo inherendo summe beatitudini sint beati. Quomodo coniuncti vero lumini facti sunt lux. Quomodo semp aspicientes incōmutabilē trinitatem: mutati sunt in incommutabilitatē. Sz quādo illam angelice dignitatis celsitudinē comprehēdere poterimus qn̄ nec ipsius aīe nostre naturam inuestigare valemus. Qualis ē ista que carnem viuificare potest. se autem in sanctis cogitationibus vt volet constringere non pōt. Qualis est ista tam fortis tam infirma tam parua tam magna. q̄ rimatur secreta dei ⁊ celestia contēplatur. atq̧ humanis commodis multaꝝ artiū peritiam perspicaci ingenio adinuenisse probatur. Qualis ergo est ista que tam multa de ceteris nouit. et se qualiter facta sit prorsus ignorat? Licet enim nonnulla ambigua a quibusdam super eius origine proferantur: inuenimus tamen eam esse quendam intellectualem spiritum: per creatoris potentiam factum immortalē iuxta modū suum viuētē: mortale corpus quod sustinet viuificantē: mutabilitati subiectum: obliuioni deditum. quem timor sepe afficit leticia extollit. O res mira omniq̧ stupore dignissima. De deo quidem creatore omnium qui ē incomprehensibilis ⁊ ineffabilis: excelsa ⁊ mirabilia nimis omni remota ambiguitate legimus loquimur ⁊ scribimus. De angelis autem et animabus quicq̄d dicimus non tam euidenter approbare possumus. Sed transeat ab his animus: ⁊ transcendat omne qđ creat uz est. currat ⁊ ascendat ⁊ volitet ⁊ pertranseat. ⁊ in eum q̄ creauit omnia quātuz potest oculos fidei dirigat. O Faciā ergo gradus ascensiōis in corde meo. et per ipsos ascendam aīam meam. ⁊ ꝑ ipsā mentē meā ascēdā ad dn̄m meum qui capiti meo desuper manet. quicq̄d visibiliter cernit. quicq̄d spūaliter imaginatur forti manu ab intuitu cordis et mētis ꝓcul remoueatur. Solus intellectus purꝰ et simplex incedens: rapido volatu ad ipsum perueniat conditorem angelorum ⁊ animarum ⁊ omnium rerum. Mēs illa btā q̄ ima deserit summa petit: q̄ ponit ī arduis sedem habitationis sue. ⁊ de summis rupibus cōtemplat solē iustitie aciq̧ limis obtutibus. P Nihil enim tam pulchrum atq̧ iocundum: q̄ ipm̄ solū mentis intuitu ⁊ cordis auiditate ꝯtēplari deū. ⁊ miro mō inuisibilit̄ cernere ī uisibilē. sicq̧ aliā non istā gustare dulcedinē. ⁊ inspicere aliā nō istam lucez. Lux enim ista que loco clauditur: tempore finit: noctiū interruptiōe variat: ⁊ quā cōmunē cuz vermibꝰ ⁊ pecoribꝰ habemus in comparatione illius summe lucis nō est lux dicenda sed nox.

¶ Quid sit quodammodo deū cernere ⁊ tenē. ⁊ q̄lr sit de deo setiedū.

Q . Capitulū. xxvij.

Uanq̄ autem illa summa ⁊ incōmutabilis essentia: lux vera. lux indeficiēs. lux āge

lorum a nemine conspici valeat in hac vita: quod solū premiū sanctis reseruatur in celesti gloria. illud tñ credere ⁊ intelligere ⁊ sentire ardenter inhiere: quedam modo illum cernere est atq; tenere. Sonet itaq; vox sup angelos ⁊ homo intēta mēte cōtempletur deū. verbisquibus potest: suas illi dicat laudes. Iustum nāq; est, vt creatura suum laudet creatorem. Ipse enim ad laudandum se nos creauit qui nostris non indiget laudibus. Et asit virtus incomprehensibilis nullius indigens: ipse sibi sufficiens: magnus dominus deus noster ⁊ magna virtus eius. et sapientie eius nō est numerus. magnus dñs deus noster ⁊ laudabilis valde. Hūc itaq; mens diligat. lingua canat. manus scribat: atq; in his sanctis studijs fidelis animus se totum exerceat. Huius videlicet celestis theorice. suauissimis dapibus vir desideriorum: ⁊ celestium cōtemplator assidue reficiatur. vt hoc celesti pabulo saginatus clamet clamore magno: clamet totis medulis cordis. clamet in iubilo ⁊ ardentissimo mētis desiderio dicat.

¶ Oratio explicans plurimas deitatis proprietates. B Ca. xxviij.

O Summe optime omnipotētissime: misericordissime: iustissime: secretissime: p̄sentissime: pulcherrime: ⁊ fortissime. stabilis ⁊ incōprehēsibilis: inuisibilis: omnia videns: immutabilis: omnia mutans: immortalis: illocalis interminus: incircunscriptus: nusq̄ finitus: inestimabilis: ineffabilis: inscrutabilis: immotus: omnia mouens. inuestigabilis: indicibilis. metuendus atq; terribilis: honorandus: atq; timendus. venerandus atq; reuerendus. Nunq̄ nouus: nunq̄ vetus. innouans omnia et in vetustatem perducens superbos ⁊ nesciunt.

S Semper agens: semp quiet⁹. colligēs ⁊ non egēs. omnia portans sine onere. oīa implens sine inclusione: omia creans: protegens nutriens ⁊ proficiens querens cum nihil desit tibi: amans nec estuas. zelās ⁊ securus es. penitet te ⁊ nō doles. irasceris et tranquillus es. opera mutas sed non consilium. Recipis quod inuenis et nunq̄ amisisti. Nunq̄ inops ⁊ gaudes lucris: nūq̄ auarus ⁊ vsuras exigis. supererogatur tibi vt debeas. ⁊ quis habet quicq̄ non tuum? T

Reddis debita nulli debens. donas debita nihil perdens. Qui solus viuificas omnia. qui creasti omnia. qui vbiq; es ⁊ vbiq; totus. qui sentiri potes: videri non potes. qui nusq̄ dees. ⁊ tamen ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees vbi longe es. quia vbi non es p gratiam ades per vindictam.

V Qui omnia tangis: nec tamē omnia tangis equaliter. Quedam enim tangis vt sint: non tamen vt viuant sentiant et discernant quedam vero tangis vt sint et viuant non tamen vt sentiant ⁊ discernant. Quedam vero tangis vt sint viuant ⁊ sentiant: non tamen vt discernant Quedam vero tangis vt sint viuant sentiant et discernant. Et cum tibimetipsi nunq̄ dissimilis sis: dissimiliter tamen tangis dissimilia. qui vbiq; semper presens es et inueniri vix potes. quem stantem sequimur et apprehendere non valemus qui tenes omnia. imples omnia. circumplecteris omnia: superexcedis omnia: sustines omnia. Neq; ex alia parte sustines atq; ex alia parte superaris. neq; ex alia parte imples ⁊ ex alia circumplecteris. sed circumplectendo imples et implendo circūplecteris. sustinendo superexcedis. ⁊ superexcedendo sustines. Qui doces corda fidelium sine strepitu verborum. Qui attendis a fine vsq; ad finem fortiter ⁊ disponis omnia suauiter. Qui locis non distenderis: nec temporibus variaris. Neq; habes accessus ⁊ recessus: sed habitas lucem inaccessibilem quam nullus hominum videre potest. X

In te manens quietus. vbiq; circuis totum: vbiq; prorsus totus. Non enim scindi vel diuidi poteris: q2 vere vnus es. nec in partes efficeris. quia totus totum tenes: totum imples: totum illustras ⁊ possides. Huius videlicet mysterij immensam profūditatem mens humana concipere non potest. nec oratoria lingua enarrare. neq; diffusi sermones nec biblio-

thecarum volumina queunt explicare. Si totum mūdum libri repleant:tua sci entia inenarrabilis explicari nō pōt quo niam vere indicibilis es:nullo modo scri bi potes neqꝫ concludi: quia es fons lu cis diuine et sol claritatis eterne. Ma gnus enim es sine quantitate:ꝛ iō immē sus.bonus es sine qualitate: ꝛ ideo vere ꝛ summe bonus.ꝛ nemo bonus nisi tu so lus.cuius voluntas ē opus. cuius velle posse ē.Qui omnia de nihilo creasti:que sola voluntate tua fecisti.Qui omnē cre aturam tuam absqꝫ indigētia aliqua pos sides:ꝛ sine labore gubernas:ꝛ absqꝫ te dio regis. Y Et nihil est quod ꝑturbet ordinē imperij tui vel in summis vel in imis.Qui in omnibus lo cis sine loco haberis.ꝛ omnia contines si ne ambitu:ꝛ vbiqꝫ es p̄ns sine situ ꝛ mo tu.Qui nec mali auctor es.quodqꝫ face re nō potes qui nihil nō potes.neqꝫ vnq̄ te aliquid fecisse penituit. nec vllius cō motionis animi tui tempestate turbaris nec totius terre pericula damnum tuum est.Nulla flagitia vel scelera probas aut imperas. Nunq̄ mentiris :quia eterna veritas es.Cuius vnius bonitate facti sumus:ꝛ iusticia penas luimus:ꝛ demē tia liberamur. Z Nam nihil celeste:nihil igneum:nihil terrenū nihilqꝫ qđ corporis sensus attingat ꝓ te colēdum est.qui vere es quod es ꝛ nō mu taris.Cui maxime conuenit illud qđ gre ci dicūt on.ꝛc.latine est.quod semꝑ idem ipse es ꝛ anni tui non deficient. Hec ꝛ a lia multa docuit me sancta mater eccle sia:cuius factus sum mēbrum ꝑ gratiaꝫ tuam.Docuit me sane te solum ꝛ vnum ꝛ verū deū nō esse corporeū ꝛ passibilem. Nihilqꝫ de substantia tua vel natura vl lo modo esse violabile aut commutabi le aut cōpositū vel factū. Et iō certum ē corporeis oculis te non posse sentiri. sed nec ab vllo mortalium in propria essētia aliqñ potuisse videri.Hinc etenim patē ter datur intelligi q̄ vnde angeli te intu entur : inde ꝛ nos post hanc vitam te vi debimus.Sed nec ipsi profecto te vide re possunt sicuti es. Nulli deniqꝫ alij to ta nisi tibi soli nota est omnipotens trini tas.

¶ De vnitate ꝛ personarum pluraritate in deo. A Capitu. xix.

Tua vero vnitas es diuinitatis. personarum pluralitate multi plex.numerabiliter es inume rabilis.ac idcirco mensurabi liter immēsurabilis.ꝛ ponde rabiliter imponderabilis.non enim sum me bonitatis que tuipse es profitemur originē:ex qua oīa:ꝑ quā oīa:in qua om nia sed eius participatione dicimus om nia bona.Nam tua diuina essentia semꝑ caruit ac caret materia:licet non careat forma:forma scꝫ iformata:forma forma rum:forma formosissima.quam dum in primis quasi sigillū rebus singulis eas sine tui augmenti aut tui detrimenti mu tabilitate proculdubio a te facis differri Quicquid autem in natura creaturarū est creatura tua est.O vna trinitas ꝛ tri na vnitas deus.cuius omnipotentia om nia possidet ꝛ regit ꝛ implet que creauit Nec ideo te implere omnia dicimus vt te contineant:sed vt ipsa potius a te con tineantur.nec particulatim imples om nia:nec vllatenus ita putandum est vt vnaqueqꝫ creatura pro magnitudine por tionis sue capiat te. id est maxima ma ius ꝛ minima minus.dum sis potius ip se in omnibus siue omnia in te. Cui om nipotentia condudit vniuersa. nec eua dendi potentiam tuam quis aditum in uenire poterit. Qui enim te non habet placatum nequaq̄ euadet iratum. sicut scriptum est.Neqꝫ ab oriente neqꝫ ab oc cidente neqꝫ a desertis montibus.quoni am deꝰ iudex est.Et alibi.Quo ibo a spū tuo:ꝛ quo a facie tua fugiam.Immensi tas diuine magnitudinis tue ista est : vt intelligamus te intra omnia :sed non in clusum.extra omnia sed non exclusum. B Et ideo interior es vt omnia contineas:ꝛ ideo exterior es vt incircum scripte magnitudinis tue immensitate omnia concludas. Per id ergo quod exterior es ostenderis esse creator. per id vero quod interior es: gubernator omnium demonstraris. ac ne omnia que creata sunt sine te essent:interior es.

exterioꝛ vero vt omnia includantur a te:
non locali magnitudine sed potentiali p̄
sentia. qui vbiq̈ presens es: ⁊ omnia tibi
presentia. Quis quidam intelligant qui=
dam vero non intelligāt. Inseparabilis
ergo nature tue vnitas separabiles non
potest habere personas: quia sicut es tri
nitas in vnitate ⁊ vnitas in trinitate: sic
separationem non potes habere perso=
narum. Nominantur quidem ille perso=
ne aliquando singule: sed ita te voluisti
deus trinitas inseparabilem ostendere ī
personis: vt nullu; tibi nomen sit in qua=
libet persona quod non ad aliam secun=
dum relationis regulam referatur sicut
pater ad filium: ⁊ filius ad patrem sic spi
ritussanctus ad patrem ⁊ filiū verissime
refertur. Ea vero noīa q̄ substantia; vel
personā vel potentiā vel essentiam tuam
significant: vel quicq̄d ꝓprie dicitur de⁹
omnib⁹ personis equaliter conueniunt.
vt deus magnus omnipotens eternus. ⁊
omnia que naturaliter de deo dicuntur.
Non est ergo aliquod nature nomen: qđ
sic tibi deo patri cōuenire valeat. vt aut
filio tuo aut spirituisancto conuenire ne=
queat. Dicimus te patrem naturaliter
esse deum. sed naturaliter est filius deus
us. naturaliter ⁊ spiritussanctus. non ta=
men tres dij sed vnus naturaliter de⁹: pr̄
⁊ filius ⁊ spiritussctūs. Idcirco insepara
bilis es sancta trinitas in personis sen=
su intelligēda. Quis voce separabilia ha
beas nomina: qua pluralē numerum in
nature nominibus nullatenus recipis.
In hoc enī ostēditur personas non posse
diuidi in sancta trinitate que vnus deus
verus est. q: cuislibet persone nomen sem
per ad alterā respicit personā. Si patre;
dico filium ostēdo: si filium nomio patrē
predico. si spūscm̄ appello alicuius esse
spiritum necesse est intelligi. s. patris ⁊ fi
lij. Hec est enim fides vera veniens de sa
cra doctrina. hec certe est fides catholica
⁊ orthodoxa: quā me docuit deus in sinu
matris ecclesie gratia sua.

¶ Oro ad sctām trinitatē. C
Capitulū. xx.

Inuocat itaq̈ domine te fides
mea quam dedisti mihi pro=
pter bonitatem tuam ad salutationem
meam. Fidelis autem anima ex fide vi=
uit: tenet in spe quod videbit in re. In=
uocat te deus meus casta conscientia
mea et suauis amoꝛ fidei mee: quam ex
cussis ignorantie tenebris ad veritatis
intelligentiam perduxisti: et quam a stul
ta seculi amaritudine eruisti: atq̈ adhi=
bita tue dulcedinis charitate iocundam
mihi et mellifluam reddidisti. Inuocat
te trinitas beata. vox clara. et sincerus
amoꝛ fidei mee. quam ab ipsis enutri=
ens cunabulis illuminasti semper per il=
lustrationem gratie tue. ⁊ quam adau=
gens confirmasti in me per documenta
matris ecclesie. Te inuoco beata ⁊ bene
dicta et gloriosa vna trinitas: pater ⁊ fi
lius ⁊ spiritussanctus: deus dn̄s. paracli
tus: charitas: grā: cōicatio: genitoꝛ: ge=
nitus: regenerans: verū lumen ex lumie
vero. vera illuminatio: fons: flumē: irri=
gatio: ab vno omnia. ꝑ vnum oīa. in vno
oīa a quo: ꝑ quē: in quo oīa: viuens vita
vita a viuente: viuentiū viuificatoꝛ. vn⁹
a se: vnus ab vno: vnus ab ambobus on
a se: on ab altero: on ab vtroq̈. verax pr̄:
veritas filius: veritas spiritussāctus vna
ergo pater logos paraclitusq̈ essentia:
vna virtus: vna bonitas: vna beatitudo
a quo: per quem ⁊ in quo beata sunt om
nia quecunq̈ beata sunt.

¶ Quod deus vera et summa vita est.
D Capitulum. xxi.

Deus vera ⁊ sūma vita: a quo
per quem: et in quo viuunt
omnia quecunq̈ vere et bea=
te viuunt. Deus bonu; ⁊ pul=
chrū a q̄ ꝑ que; ⁊ in q̄ bona et
pulchra sūt omnia quecunq̈ bona et pul
chra sunt. Deus cuius nos fides excitat.
spes erigit: charitas iūgit. De⁹ q̄ peti te
iubes ⁊ īueniri te facis: ⁊ pulsanti apis.
Deus a q̄ auerti cadere est. ad quē ꝯuer
ti surgere est: in quo manere consistere
est. Deus quem nemo amitti t nisi de
ceptus: nemo querit nisi admonitus.
nemo inuenit nisi purgatus. Deus
quem nosse viuere est: cui seruire regna
re est. quem laudare salus et gaudium
anime est. Te labijs et corde omniq̈

qua valeo virtute laudo benedico atq3 adoro: tueq3 clemētie ꝛ bonitati pro vniuersis beneficijs tuis gratias refero: et hymnum glorie tue cano. Sanctus sanct⁹ sanctus. Te inuoco o beata trinitas vt venias in me. ꝛ templum me facias dignum glorie tue. Rogo patrem per filiū. Rogo filium per patrem. Rogo spiritū sanctum per patrem et filium: vt omnia vicia elongentur a me: et omnes sancte virtutes plantentur in me. Deus immēse a quo omnia: per quam omnia: in quo omnia facta sunt: visibilia et inuisibilia. Qui opera tua extra circundas: ꝛ intra reples: supra tegis: ꝛ infra fers. Custodi me opus manuum tuarum in te sperārantem: ꝛ in tua solummodo misericordia cōfidentem. Custodi me queso hic ꝛ vbiq3: nunc et semper: intus ꝛ foris. ante ꝛ retro. supra ꝛ infra: circumcirca: ita vt in me nullus pateat locus insidijs inimicorum. Tu es deus omnipotens custos ꝛ protector omnium in te sperantium. sine quo nemo est tutus: nemo de periculis liberatus. Tu es deus ꝛ non est alius deus preter te. neq3 in celo sursum: neq3 i terra deorsum. qui facis magnalia ꝛ mirabilia ꝛ inscrutabilia quorū non est numerus. Te decet laus: te decet honor. te decet hymnus. tibi omnes angeli: tibi celi et vniuerse potestates hymnos dicunt ꝛ laudes indesinenter concinunt: vt pote creatori creature. domino serui: regi milites: te sanctam et indiuiduam trinitatē omnis creatura magnificat: omnis spiritus laudat.

¶ Laus angelor ꝛ hoim. C.
Capitulum. xxxij

Te sancti ꝛ humiles corde: tibi spiritus et anime iustorum tibi omnes superni ciues ꝛ cūcti beatorum spirituum ordines: gloriam et honorem suppliciter adorantes concinunt sine fine. Laudant te dn̄e illi superni ciues magnifice ꝛ honorabiliter. Laudat te homo magna portio creature tue. Sed ego peccator homuncio: desiderio magno cupio te laudare: amare te opto amore precipuo Deus meus vita mea fortitudo mea: et laudatio mea. dignare me laudare te. Da mihi lumen in corde: verbum in ore: vt cor meum meditetur gloriam tuam. et lingua mea tota die cantet laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris: et quia vir pollutus labijs ego sum. munda obsecro cor meum ab omni inquinamento sanctifica me: sctificator oīpotēs interi⁹ ꝛ exteri⁹: ꝛ fac me dignum laudibus tuis. Suscipe benigne ꝛ acceptabiliter de manu cordis ꝛ de mētis amore. suscipe sacrificium labiorum meorum. fiatq3 acceptabile in conspectu tuo: ꝛ ascendat ad te in odorem suauitatis. ¶ Memoria tua scta ꝛ dulcedo tua beatissima possideat totam animam meam. atq3 in inuisibilium amorē rapiat eam. Transeat de visibilibus ad inuisibilia. de terrenis ad celestia: de tēporalibus ad eterna. transeat et videat visionem mirabilem. O eterna veritas: et vera charitas: et chara eternitas tu es deus meus. ad te suspiro nocte ac die tibi inhio. tibi intendo. ad te peruenīre desidero. qui nouit te nouit veritatē: nouit eternitatem. Tu veritas super omnia presides. quem videbimus sicuti es cum pertransierit hec vita ceca et mortalis in qua dicitur nobis: vbi est deus tuus? Et ego dico. deus meus vbi es: respiro in te paululum cum effundo super te animam meam: in voce exultationis ꝛ confessionis soni epulantis et festiuitatē celebrantis. ꝛ adhuc tristis est. quia relabitur ꝛ fit abyssus. vel qui poti⁹ sentit se adhuc esse abyssū: dicit ei fides mea quā accēdisti in nocte āñ pedes meos. Quare tristis es aīa mea: ꝛ quare conturbas me: spera in deo: lucerna pedibus meis verbum eius. Spera et persevera donec pertranseat nox mater iniquorum: donec pertrāseat ira dei: cuius fuimus aliquando filij. Fuimus enim aliquando tenebre: donec transeant iste penitus quarum residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo. donec aspiret dies et inclinentur vmbre. spera in domino: mane astabo et contem=

plabor: semperq; confitebor ei. Mane astabo et videbo salutare vultus mei deum meum: qui viuificat mortalia corpora nostra: propter inhabitantem spiritū eius in nobis: vt iam scimus lux: tum adhuc spe salui facti sumus et filij lucis et filij diei: non noctis neq; tenebrarum. Fuimus enim aliquando tenebre. nunc autem lux in te deus noster. ⁊ tamen adhuc per fidem necdum per speciē. Spes que videtur non est spes. G

Laudant te domine illi populi angelorum tuorum immortales: ⁊ glorificant nomen tuum celestes virtutes: que non habent opus legere hanc scripturam nostram: ⁊ cognoscere te sanctam ⁊ indiuiduam trinitatem. Vident enī faciem tuam semper: et ibi legunt sine syllabis temporum: quid velit eterna voluntas tua: legunt: eligunt ⁊ diligunt. semperq; legūt ⁊ nunq̄ preterit id quod legunt eligendo et diligendo: legunt ipsam immutabilitatem consilij tui. et non clauditur codex eorum. nec plicabitur liber eorum. quoniam tuipse illis hoc es ⁊ eris in eternū. O beate nimium ille celorum virtutes q̄ laudare te possunt sancte ⁊ purissime: cū nimia dulcedine et ineffabili exultatione. inde laudant vnde gaudent: quia semper vident vnde gaudere valeant ⁊ laudare. Nos vero mole carnis pressi. ⁊ procul a vultu tuo in hac peregrinatione positi. atq; per mundanas varietates distēti: digne laudare nequimus. laudamus tamen per fidem non per speciem. illi vero angelici spiritus per speciem non per fidem. Hoc enim caro facit vt multo aliter laudemus q̄ illi. Sed l3 diuersis modis laudes dicamus: tu vnus es deus creator omnium. cui sacrificium laudis ī celo ⁊ in terra offertur. peruenturi tamen sumus mīa tua ad eorum consortium: cū quibus te sēp videbimus. ⁊ sine fine laudabimus. H Tribue domine vt donec in hoc fragili corpore positus sum laudet te cor meum. laudet te lingua mea. ⁊ omnia ossa mea dicant. domine quis similis tui. Tu es deus omnipotens quē trinum in personis ⁊ vnum in substantia deitatis colimus ⁊ adoramus patrem ingenitum: filium de patre vnigenitum. spiritum sanctum de vtroq; procedentem et in vtroq; permanentem: sanctam et indiuiduam trinitatem. vnum deum omnipotentem. qui cum non essemus potenter fecisti nos. et cum perditi fuissemus culpa nostra: pietate ⁊ bonitate tua mirabiliter recuperasti nos: ne sinas nos esse ingratos obsecro tantis beneficijs ⁊ indignos tam multis miserationibus. Te deprecor supplico ⁊ rogo auge fidem. auge spem: auge charitatem. Fac nos per ipsam gratiam tuam semper in fide stabiles ⁊ in opere efficaces: vt per fidem rectam et condigna fidei opera ad vitam te miserante perueniamus eternam: vt ibi videntes gloriam tuam sicuti est adoremus maiestatem tuam: et dicamus pariter quos dignos feceris videre gloriam tuam. Gloria patri qui creauit nos. gloria filio qui redemit nos. gloria spiritui sancto q̄ sanctificauit nos. gloria summe et indiuidue trinitati cuius opera inseparabilia sunt. cuius imperium sine fine manet Te decet laus. te decet hymnus. tibi debetur omnis honor. tibi benedictio ⁊ claritas. tibi gratiarum actio. tibi honor virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum. Amen.

¶ Hic conqueritur homo q̄ non cōpungitur in cōtemplatione: ex quo angeli quoq; tremunt deum videntes. I

Capitulum. xxiij

Ignosce domine ignosce pie: ignosce ⁊ miserere: parce ignorantie mee: ⁊ multe imperfectioni mee. Noli me tanq̄ temerariū reprobare: q2 audiā seruus vtinā vel bonus ⁊ non etiā inutilis ⁊ malus. ⁊ ideo valde malus. q2 te oīpotentē deū nostrū: terribilē ⁊ nimis metuendū sine cordis contritione ⁊ lachrimarū fonte: sine reuerentia debita et tremore laudo benedico atq; adoro. Si enim angeli te adorantes ⁊ laudantes tremunt mira exultatione repleti: ego peccator dum tibi assisto laudes dico: sacrificium offero: cur non corde pa-

ueo: vultu palleo. labijs tremo: toto cor
pore inhorresco. sicqȝ abortis lachrymis
coram te indesinenter lugeo. Uolo sed
non valeo. quia nequeo quod desidero.
Hinc enim mecum vehementer admiror
dum te nimis terribilem oculis fidei cer
no. Sȝ quis hoc sine ope gratie tue? vni
uersa enim salus nostra magna miseri
cordia tua. Miserum me: quomodo sic
insensata facta est anima mea. vt non ter
reatur terrore nimio: dum stat ante de
um: ⁊ suas illi laudes decantat. miserū
me quomodo sic indurauit cor meum: vt
oculi mei indesinēter non producant flu
mina lachrymarum: dum conseruus ser
mocinatur coram domino suo. homo cū
deo. creatura cum creatore. qui factus
est ex limo cum eo qui omnia fecit ex ni
hilo. K Ecce domine po
ne me ante te: ⁊ quid in secretis de me sē
tio fraternis auribus non taceo. tu di
ues in misericordia: ⁊ largus in premijs
da mihi de bonis tuis vt ex eis seruiam
tibi. Non enim aliunde possumus serui
re neqȝ tibi placere nisi de tuo munere:
confige queso timore tuo carnes meas.
letetur cor meum vt timeat nomen tuū:
vtinam sic te timeret peccatrix anima:
quomodo ille vir sanctus qui dixit. Sem
per enim quasi tumentes super me flu
ctus timui deum. Dator esto omniū bono
rum deus. da mihi inter laudes tuas fon
tem lachrymarum. simul cum cordis pu
ritate ⁊ mentis iubilatione: vt perfecte
te diligens ⁊ digne te laudans: ipso cor
dis palato sentiam gustem ⁊ sapiam:
ꝙ dulcis ⁊ suauis es domine. sicut scri
ptum est. gustate ⁊ videte quoniam sua
uis est dominus. beatus vir qui sperat in
eo. beatus populus qui scit iubilationē.
beatus vir cuius est auxilium abs te. a
scensiones in corde suo disposuit in valle
lachrymarum: in loco quem posuit. bea
ti mundo corde quoniam ipsi deum vide
bunt: beati qui habitant in domo tua do
mine: in secula seculoꝝ laudabunt te.

¶ Oratio cor multum mouens ad deuo
tionem ⁊ diuinum amorem. L
Capitulum. xxxiiij.

Iesu nostra redēptio: amor
⁊ desiderium: deus de deo
adesto mihi famulo tuo Te
inuoco ad te clamo clamo
re magno i toto corde meo.
Te inuoco in animam meam: intra in eā
⁊ coapta eam tibi: vt possideas eam sine
ruga ⁊ sine macula. Mundissimo namqȝ
dn̄o munda debetur habitatio. Sanctifi
ca ergo me vas tuum quod fecisti. de ma
licia euacua imple de gratia: ⁊ plenum
conserua. ita vt dignum habitatiōis tue
efficiar templum hic ⁊ in perpetuū. Dul
cissime: benignissime: amantissime: cha
rissime: potentissime: desiderantissime:
preciosissime: amabilissime: pulcherrime:
tu melle dulcior. lacte ⁊ niue candidior.
nectare suauior. gemmis ⁊ auro precio
sior: cunctisqȝ terrarum diuitijs ⁊ hono
ribus mihi charior. Quid dico deus me
us. vna spes mea. tam grandis miseri
cordia mea. Quid dico dulcedo felix et
secura? quid dico dum talia dico?
Dico quod valeo: sed non dico quod de
beo: vtinam possem talia dicere qua
lia illi hymnidici angelorum chori. O
ꝙ libenter me in tuis laudibus totum ef
funderem. O ꝙ deuotissime illa cele
stis melodie cantica ad laudem et glo
riam nominis tui in medio ecclesie infa
tigabilis perorarem. M.
Sed quia talia non possum: nunquid ta
cebo? Ue tacentibus de te: qui oram u
torum resoluis: et linguas infantium fa
cis disertas. Ue tacentibus de te: quoni
am ipsi loquaces muti sunt: cum non
tuas laudes dicunt. Quis digne te lau
dare potest? O ineffabilis virtus ⁊ sapi
entia patris. Et quoniam nulla inue
nio verba quibus te sufficienter vale
am explanare cunctipotens et omnisci
um verbum. dicam interim quod va
leo: donec iubeas me venire ad te vbi
possim dicere quod te decet: et me opor
tet. Et ideo suppliciter rogo vt non re
spicias tantum ad id quod modo dico:
sed ad id quod dicere opto. Cupio esi de
siderio magno de te eloqui quod oportz
⁊ decet. quia te decet laus: te decet hym
nus. tibiqȝ debetur omnis honor. Scis

ergo occultorum incognitor deus: qui celo terra et omnibus que in ea sunt tu mihi accepcior: tu mihi amabilior es. diligo enim te super celum et terram: et cetera omnia que in eis sunt: immo amore nominis tui quam transitoria sunt proculdubio amanda non sunt. Amo te deus meus amore magno. magis quam te amare cupio. ¶ Da mihi vt amem te semper quantum volo: quantum debeo vt tu solus sis tota intentio mea: et omnis meditatio mea. Te mediter per dies sine cessatione: te sentiam per soporem in nocte te alloquatur spiritus meus: tecum fabuletur mens mea lumine sancte visionis illustretur cor meum: vt te rectore: te duce ambulem de virtute in virtutem: tandemque videam te deum deorum in syon: nunc quidem per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem vbi cognoscam te sicut et cognitus sum. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Rogo itaque te domine per omnes miserationes tuas quibus de morte eterna liberati sumus: mollifica cor meum durum et lapideum saxeum et ferreum: tua sacratissima et potenti vnctione. et fac me per ignem compunctionis coram te omni hora hostiam viuam fieri. Fac me in tuo conspectu cor contritum et humiliatum semper habere cum lachrymarum abundantia. Fac me ex tuo desiderio huic mundo funditus extingui et transeuntium rerum obliuiscique pre magnitudine timoris et amoris tui vsque adeo vt de temporalibus non lugeam: nec gaudeam: nec metuam aliquid temporale: nec diligam: nec blandis corrumpar: nec aduersis concutiar. Et quia tua valida est vt mors dilectio absorbeat queso mentem meam ab omnibus que sub celo sunt ignita et melliflua vis amoris tui: vt tibi soli inhereeam. solaque tue suauitatis memoria pascar. descendat domine descendat precor: descendat in cor meum odor tuus suauissimus: ingrediatur amor tuus mellifluus. Ueniat mihi tui saporis mira et inenarrabilis fragrantia: que sempiternas in me suscitet concupiscentias: et ex corde meo perducat venas salientis aque in vitam eternam. ¶ Immensus es domine et ideo sine mensura debes amari et laudari ab his quos tuo precioso sanguine redemisti. Amator hominum benignissime clementissime domine et equissime iudex cui omne iudicium dedit pater sapientissimo tue equitatis iudicio. Discernis hoc rectum et iustum esse: vt filii huius seculi noctis et tenebrarum prestatiori desiderio virtute atque studio diligant et querant perituras diuitias et fugitiuos honores quam nos serui tui diligamus te deum nostrum per quem facti et redempti sumus. Si enim homo hominem tanta diligit dilectione vt alter alterum vix patiatur abesse Si sponsa sponso tanto conglutinatur mentis ardore: vt pre magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie: chari sui absentiam non sine magno merore ferens. qua ergo dilectione: quo studio: quo feruore aia quam desponsasti tibi fide et miserationibus debet diligere te verum deum et pulcherrimum sponsum: qui nos sic amasti et saluasti: qui pro nobis tot tanta et talia fecisti: Quamque autem hec infima habeant suas delectationes: suosque amores: non tamen tali modo delectant sicut tu deus noster. In te enim delectatur iustus: quia amor tuus suauis est et quietus: nam pectora que possides dulcedine et suauitate et tranquilitate reples. Econtra amor seculi et carnis anxius est et perturbatus: aias certe quas ingreditur quietas esse non patitur. Semper enim suspitionibus et perturbationibus variisque timoribus solicitat eas. Tu itaque es delectatio rectorum. et merito quies enim valida est apud te et imperturbabilis vita. Qui intrat in te bone domine intrat in gaudium domini sui: et non timebit amplius sed habebit se optime in optimo loco dicens. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Et illud. Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Dulcis christe bone iesu: reple semper queso cor meum inextinguibili dilectione tua: continua recordatione tua: adeo vt sicut flamma vrens totus ardeam in tui amoris dulcedine: quem et aque multe in me nunquam possint extinguere. Fac me dulcissime domine amare te: et desiderio tuo deponere pondus omnium carnalium

desideriorū m: ⁊ terrenarū cōcupiscentiarum grauissimā sarcinā: que in: pugnant ⁊ aggrauant miserā aiam meam: vt post te expeditus in odore vnguentorum tuorum: currens vsq; ad tue pulchritudinis visionem efficaciter satiendus q̄ totius: te quoq; duce merear peruenire. . P Duo eni amores: alter bonus: alter malus. alter dulcis: alter amarus: non se simul capiunt in vno pectore. Et ideo si quis preter te aliud diligit: non est charitas tua in eo. amor dulcedinis et dulcedo amoris. amor non crucians sed delectans. amor sincere ⁊ caste permanens in seculum seculi: amor qui semper ardes ⁊ nunq̄ extingueris. Dulcis christe bone iesu: charitas deus meus accende me totū igne tuo: amore tuo: suauitate ⁊ dulcedine tua: iocunditate ⁊ exultatione tua: voluptate et concupiscentia tua: que sancta est ⁊ bona: casta est ⁊ munda: tranquilla est et secura: vt totus dulcedine amoris tui plenus: totus flamma charitatis tue succensus: diligam te deum meum ex toto corde meo totisq; medullis precordiorum meorum. habens te in corde: in ore: ⁊ pre oculis meis semper ⁊ vbiq;: ita vt nullus pateat in me locus adulterinis amoribus. Audi deus meus: audi lumē oculorum meorum: audi que peto et da que petam vt audias. Pie ⁊ misericordissime domine ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea: sed propt bonitatem tuam suscipe preces serui tui ⁊ da mihi effectum petitionis mee ⁊ desiderij mei: intercedente ⁊ orante ⁊ impetrante gloriosa virgine genitrice tua maria: domina mea: cum omnibus sanctis tuis. Amen.

¶ Oratio deuotissima ad laudes habendas. Q Capitulum. xxxv.

Christe dñe verbū patris: qui venisti in hunc mundum peccatores saluos facere: rogo te per indulgentissima misericordie tue viscera: emenda vitā meā meliora act⁹: cōpone mores: tolle de me quod mihi nocet ⁊ tibi displicet. ⁊ da qd̄ nosti tibi placere ⁊ mihi prodesse. Quis pōt facere mūdū de imūdo cōceptū semine nisi tu solus: Tu es deus omīps infinite pietatis: qui iustificas impios ⁊ viuificas mortuos propter peccatū: qui mutas peccatores ⁊ non sunt. Tolle ergo de me quicquid tibi displicet in me. imperfecta eni mea plurima vident oculi tui: mitte queso manum pietatis tue in me ⁊ tolle de me quicquid offēdit oculos pietatis tue in me. Coram te dñe est sanitas ⁊ infirmitas mea. illam precor serua: istā sana. Sana me domine ⁊ sanabor. Saluum me fac ⁊ saluus ero. tu qui infirma sanas ⁊ sanata conseruas. tu qui solo nutu tuo restauras diruta ⁊ collapsa. Si eī dignaris̄ agro tuo cordi meo serere bonum semen necesse est vt manu pietatis tue spinas prius euellas viciorum meorum. Dulcissime | benignissime | amantissime | charissime | desiderantissime | amabilissime | pulcherrime | infunde obsecro multitudinem dulcedinis tue ⁊ charitatis tue pectori meo: vt nihil terrenum: nihil carnale desiderem vel cogitem: sed te solum amem. te solum habeam in corde ⁊ in ore meo. R Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui melliflui nomīs: nulla vnq̄ obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei voluntatem tuam ⁊ iustificationes tuas: vt te immēse dulcedinis dominum ⁊ precepta tua semper ⁊ vbiq; habeam pre oculis meis. Succende mentem meam igne illo tuo quem misisti in terram ⁊ voluisti vehementer accendi: vt sacrificium spūs contribulati ⁊ cordis contriti aborsis lachrymis quotidie offeram tibi. Dulcis xpe bone iesu: sicut desidero sicut tota mente mea peto: da mihi amorem tuum sanctū ⁊ castū qui me repleat teneat totūq; possideat. Et da mihi euidens signum amoris tui: irriguum lachrymarum fontem iugiter emanātem: vt ipse quoq; lachryme tuum in me testētur amo: ē. ip̄e se prodant: ipse loquantur q̄tum te diligit aīa mea: dum pre nimia dulcedie amoris tui neq̄t se a lachrymis continere. Reminiscor pie domine illius bone mulieris Anne: que ad tabernaculū rogatura ꝓ filio venit. de q̄ scriptura refert q̄ vultus eius post lachrymas et

preces non sunt amplius in diuersa mutati. Sed memor tāte v̄tutis tātecꝫ constantie: dolore torqueo: ⁊ verecūdia ꝯfū dor: q: me miserum nimis deorsum iacere intueor. Si enim ita fleuit ⁊ in fletu ꝑseuerauit mulier que querebat filiū: quō plangere ⁊ in plāctu ꝑsistere dꝫ aīa mea q̄ querit ⁊ amat deū ⁊ ad eum peruenire desiderat? Quō gemere ac flere debꝫ talis anima q̄ querit deū die ac nocte: q̄ preter christum nil vult amare? Mirū q̄ppe est: si iā non facte sunt ei lachryme sue panes die ac nocte. Respice ergo ⁊ miserere mei: q: dolores cordis mei mltiplicati sunt. Da michi cōsolationē tuā celestem: ⁊ noli spernere peccatricem aīaꝫ ꝓ qua mortuus es. Da mihi queso lachrymas ex toto affectu internas: q̄ pctōꝛum meoꝛū possint soluere vincula: ⁊ celesti iocunditate sp̄ repleant aīam meā. Si non cum veris ⁊ ꝑfectis monachis quoꝛū vestigia nequeo imitari: saltē cum deuotis mulieribus ꝯtulācunqꝫ portiōeꝫ i regno tuo merear adipisci. ¶ Uenit q̄qꝫ michi in mentem alterius mlīeris deuotio mira. q̄ te in sepulchro iacentem. pio amore q̄rebat: que recedentibus discipulis de sepulchro nō recedebat: q̄ sedebat ibi tristis ⁊ merens: ⁊ diu multūqꝫ flebat ⁊ surgens multis lachrimis iterum iterumqꝫ antra deserti sepulchri vigilantibus oculis exploꝛabat: si forte alicubi te videre posset: quem feruenti desiderio q̄rebat. iam certe semel et iterum ingressa sepulchrum viderat: sed nimium amanti non satis erat. virtus enim boni operis perseuerantia est. Et quia pre ceteris dilexit ⁊ diligendo fleuit: ⁊ flendo q̄siuit: et q̄rēdo ꝑseuerauit: iō prima oīm te īueni re: te videre. te alloq̄ meruit. Et nō soluꝫ hec. sed etiam ipsis discipulis glorīose resurrectionis tue prenuncia extitit: te precipiente ⁊ clementer monente. Uade dic fratribus meis vt eant in galileaꝫ ibi me videbunt. Si ergo ita fleuit et in fletu ꝑseuerauit mulier que viuentem cuꝫ moꝛtuis querebat: q̄ te manu fidei tāgebat: quō plangere et in plantu ꝑsistere debet aīa q̄ te redemptoꝛem suū iam celo presidentem ⁊ vbiqꝫ regnantem: coꝛde credit: oꝛe confitetur? Quō ergo gemere et flere debet talis aīa q̄ te toto coꝛde diligit teqꝫ toto desiderio videre concupiscit: solum confugium ⁊ vnica spes miseroꝛuꝫ: cui nūq̄ sine spe mie supplicatur. presta michi hanc gratiam propter te: ⁊ propter nomē sctm̄ tuū: vt quotiēs de te cogito: de te loquoꝛ: de te scribo: de te lego: de te cōfero: q̄tiens tui reminiscoꝛ tibi assisto laudes preces ⁊ sacrificium offero: totiens aboꝛtis lachrymis in conspectu tuo copiose ⁊ dulciter fleam: ita vt efficiant michi lachryme mee panes die ac nocte. ¶ Tu quidem rex gloꝛie ⁊ omnium v̄tutū magister docuisti nos verbo ⁊ exemplo gemere ⁊ flere dicens. Beati qui lugent q̄m ipsi ꝯsolabūtur. ¶ Tu fleuisti defunctum amicū: ⁊ lachrimatus es valde super perituram ciuitatem. Rogo te bone iesu ꝑ illas preciosissimas lachrimas tuas ⁊ ꝑ oīs miserationes tuas quib' miserabiliter nobis ꝑditis subuenire dignatus es: da michi gr̄am lachrymaruꝫ quā mltum desiderat ⁊ appetit aīa mea quia sine dono tuo non possuꝫ habere eā sed per spiritumsanctum tuū. q̄ dura coꝛda pctōꝛum mollit ⁊ ad fletum conpungit. Da michi gratiam lachrymaꝝ sicut dedisti patribus nostris quoꝛuꝫ vestigia debeo imitari: vt plangam me in omni vita mea. sicut ipi se planxerunt nocte ac die: propter merita et oꝛationes eoꝛum qui tibi placuerunt et deuotissime seruierunt. miserere mei miserrimi et indigni serui tui: ⁊ da michi gratiam lachrymarum. Da michi irriguum superius et irriguum inferius: vt sint michi lachryme mee panes die ac nocte. efficiarqꝫ in conspectu tuo deus meus per ignem compūctionis holocaustum pingue et medullatum. macter totus in ara coꝛdis mei: et tanq̄ pinguissimum holocaustum assumar tibi in odoꝛem suauitatis. Da michi dulcissime fontem irriguum: fontemqꝫ perspicuum in quo lauetur assidue istud inquinatum holocaustum. Licꝫ eī me totum tibi obtulerim optulante gratia tua. in multis tamen quotidie offendo propter nimiam fragilitatem meam. Da ergo michi gratiaꝫ la-

lachrimarum benedicte ⁊ amabilis de⁹
precipue ex multa dulcedine amoris tui
⁊ commemoratione misericordiarũ tua
rum pręprara hanc mensam famulo tuo i
conspectu tuo: et da michi cā in potesta
tem vt quotiens volo satier ex ea. Tri=
bue pro pietate et bonitate tua vt iste ca
lix tuus inebrians et preclarus satiet si=
tim meam: vt inhiet tibi spiritus meus ⁊
ardeat mens mea in amore tuo: oblitus
vanitatis ⁊ miserie. Audi deus meus au
di lumen oculorum meorum: audi q̄ pe=
te ⁊ da vt petam quod audias: pie ⁊ exo=
rabilis dn̄e: ne efficiaris michi iexorabi
lis propter pctā mea: sed ꝓpter bonitatē
tuam suscipe preces serui tui: et da mi=
chi effectum petitionis mee et desiderij
mei precibus ⁊ meritis gloriose virginis
marie domine mee et omnium sanctorũ.
Amen.

¶ In ista oratione mēs humana copiosi
us compungitur si in quiete dicatur.

A Capitulum. xxvi.

Iesu domine: iesu pie: iesu bo
ne: q̄ mori dignatus es ꝓpt
peccata nostra: ⁊ resurrexisti
ꝓpt iustificationē nostrā: ro
go te ꝑ gloriosā resurrectio
nē tuā: resuscita me de seplchro viciorũ ⁊
pctōꝝ meorũ oīm: ⁊ da michi q̄tidie ptēz
in resurrectiōe prima: vt in resurrectiōe
tua merear veraciter ꝑcipere portionez.
Dulcissime | benignissime | amātissime | ca
rissime / preciosissime | desiderantissime |
amabilissime | pulcherrime | ascendisti in
celum cum triumpho glorie tue: et sedes
ad dexteram patris rex potentissime: tra
he me sursum ad te vt curram post te in
odore vnguentorum tuorum. curram et
nō deficiā: te trahente: te ducēte: me cur=
rētem: trahe os sitientis te ale in supna
fluēta eterne satietatis. immo trahe me
ad te fontem viuū: vt inde ꝑ captu meo
bibā vnde semp viuā: deus in e⁹ vita mea
Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedi
cto. si quis sitit veniat ad me et bibat.
Fons vite da sitienti anime semper bibe
re ex te: vt secundum sanctam et veridi=
cam promissionem tuam de ventre meo
fluāt aque viue. Fons vite reple mentez
meam torrente voluptatis tue: ⁊ inebria
cor meū sobria ebrietate amoris tui: vt
obliuiscar que vana sunt et terrena: et te
solum iugiter habeam in memoria mea
sicut scriptum est. Memor fui dei et de=
lectatus sum. Da michi spiritum sanctū
tuum quē significabant ille aque quas
sitientibus daturum te promiseras. Da
queso toto desiderio et omni studio ten=
dere quo te ascendisse post resurrectionē
die quadragesimo creduntur: vt in pre=
senti quidem miseria solo tenear corpo=
pore: tecum autem sim cogitatione sem=
per et auiditate vt ibi sit cor meum vbi
tu es thesaurus meus desiderabilis et i=
comparabilis multumq̄ amabilis.

X In hoc enim magno huius vite
diluuio vbi circunstantibus agitamur ꝓ
cellis: et non inuenitur fida stadio ⁊ lo=
cus eminentior. vbi pes columbe valeat
aliquatenus requiescere. nusq̄ tuta pax.
nusq̄ secura q̄es. vbiq̄ bella et lites vbi=
q̄ hostes: foris pugne: intus timores.
Et quia altera pars sumus celi: altera
terre: corpus quod corrumpitur aggra=
uat animam. Idcirco animus meus so=
cius ⁊ amicus meus fatigatus deuia ve
niens: languet et iacet discussus atq̄ la=
ceratus ab his quas pertransierat vani
tatibus: esurit et sitit valde: et nō habeo
quid ponam ante illum: quia pauper sū
et mendicus. Tu domine deus meus di=
ues omnium bonorum: et dapium super
ne satietatis opulentissime largitor: da las
so cibum: collige dispersum: reintegra
scissum. En stat ad ostium et pulsat: ob=
secro per viscera misericordie tue qui=
bus visitasti nos oriens ex alto: aperi
pulsanti misero manum pietatis tue: et
iube propiciabili dignatione vt ingredia
tur ad te: requiescat in te: reficiatur de te
vino: celestiq̄ pane: quo satiatus resum=
ptisq̄ viribus ad superiora conscendat.
et de hac valle lachrymarum penna san=
cti desiderij raptus: ad celestia regna vo
litet. Assumat domine assumat rogo spi
ritus meus pennas vt aquile: et volitet
et non deficiat. volet et perueniat vsq̄ ad
decorez domus tue: ⁊ locū habitatiōis

glorie tue: vt ibi super mensam refectio-
nis ciuium supernorũ pascatur de occul
tis tuis in loco pascue tue iuxta fluenta
plenissima. requiescat in te deus meus cor
meum: cor mare magnum tumens flucti
bus. Tu qui imperasti vẽtis ⁊ mari ⁊ fa
cta est tranquillitas magna: veni ⁊ gra-
dere super fluctus cordis mei: vt trãquil
la ⁊ serena fiant omnia mea: quatinus
vnum bonum meum amplectar te: ⁊ dul
ce lumen oculorum meorum cõtempler
te sine tumultuantium cogitationum ce
ca caligine. Confugiat dñe mẽs mea sub
vmbra alarum tuarũ ab estibus cogita-
tionum huius scl'i vt in tui refrigerij tẽ-
peramento absconsa: letabunda cantet ⁊
dicat. In pace in idipm dormiã ⁊ requie
scã ℣ Dormiat obsecro dñe de9 me-
us: dormiat memoria mea ab omnibus
malis. iniquitatem odiat: iusticiam dili-
gat. Quid enim pulchrius: quidue dulci
us: ꝙ inter tenebras huius vite: multasꝗ
ꝗ amaritudines: diuine dulcedini inhia
re: ⁊ eterne beatitudini suspirare: illic te-
neri mente vbi vera habere gaudia cer-
tissimum est. Dulcissime / amantissime /
benignissime / charissime / preciosissime /
desiderantissime / amabilissime / pulcher-
rime / quando te videbo? quando appare
bo ante faciem tuam? quando satiabor
de pulchritudine tua? quãdo educes me
de hoc carcere tenebroso: vt confitear no
mini tuo: ita vt deinceps nõ compũgar?
Quando transibo in illam admirabilẽ ⁊
pulcherrimã domum tuã: vbi personat
vox leticie ⁊ exultatiõis in tabernaculis
iustorum. Beati q̃ habitãt in domo tua
dñe: in secula seculorum laudabunt te.
Beati ⁊ vere beati quos elegisti ⁊ assũ-
psisti in illam celestem hereditatem. Ec-
ce sancti tui dñe florent ante te sicut liliũ
Replentur enim ab vbertate domus tue
⁊ torrente voluptatis tue potas eos: q̃m
tu es fons vite. ⁊ in lumine tuo vidẽt lu-
men: vsq; adeo vt ipsi videlicet lumen il-
luminatum per te deum illuminantem si
cut sol effulgeant in conspectu tuo. O ꝙ
mira: ꝙ pulchra: ꝙ acceptabilia sunt do
mus tue habitacula dñe virtutum: con-
cupiscit intrare i ea hec peccatrix anima
mea. Dñe dilexi decorem dom9 tue. ⁊ lo
cum habitationis glorie tue. Unam pe-
tij a dño ⁊ hanc requiram: vt inhabitem
in domo dñi omnibus diebus vite mee.
Quẽadmoduʒ ceruus desiderat ad fon-
tes aquarum: ita desiderat aĩa mea ad
te deus: q̃n veniam ⁊ apparebo ante fa-
ciem tuã? q̃n videbo deũ meum quẽ sitit
aĩa mea? q̃n videbo eum in terra viuen-
tium? In illa enim terra morientiũ vide
ri non põt mortalibus oculis. Quid fa-
ciam miser ego grauedine cõpedis mor
talitatis mee constrictus? quid faciam?
Dum sum9 in corpore peregrinamur ad
deum. Non habemus hic manentem ci-
uitatem sed futuram inquirimus. No-
ster aũt municipatus in celis est. Heu mi
hi q2 incolatus meus prolongatus est:
habitaui cum habitantibus cedar mul-
tum incola fuit aĩa mea. Quis dabit mi
hi pennas sicut columbe: ⁊ volabo ⁊ re-
quiescam. Nihil mihi tam dulce ꝙ cum
dño meo esse. Mihi autẽ adherere deo
bonũ est. Da mihi dñe donec his fragili
bus assisto membris tibi adherere sicut
scriptum est. Qui adheret dño vn9 spiri-
tus est cum eo. Prebe mihi rogo contẽ-
plationis pennas: quibus indutus ad te
volitem sursum. Et q2 omne sinistrum de
orsum iacet: tene mentẽ meã ne ad ima te
nebrose vallis corruat. ne interueniente
vmbra terre: a te vero iusticie sole sepa-
retur: ⁊ obducta tenebris nebule prohi-
beatur alta respicere. Idcirco sursum tẽ-
do ad pacis gaudia: lucisq; delectabiles
⁊ serenissimum statum. Tene cor meum
manu tua: quia sine te ad altiora non ra
pitur. Illuc festino vbi sũma pax regnat
⁊ iugis tranquillitas rutilat. Tene ⁊ re-
ge spiritum meum: ⁊ assume illum secun
dum voluntatẽ tuã: vt te duce ascendat i
illaʒ regionem vbertatis vbi pascis isra
el in eternum pabulo veritatis: vt ibi vl
rapida cogitatione attingat te summaʒ
sapientiam: sup omnia manentẽ: cuncta
transeuntem: ⁊ oĩa gubernantem. 3
Sed volitanti ad te anime multa sunt q̃
obstrepunt. iussu tuo dñe cõticescant mi-
hi omnia. ipsa sibi anima mea sileat: om
nia pertranseat: omnia que creata sunt

transcendat a se: ⁊ perueniat ad te. atq̃ in te solo creatore omnium oculos fidei figat. tibi inhiet. tibi intendat. te meditet. te contempletur. te sibi ante oculos ponat. te sub corde reuoluat verum ⁊ summum bonum: ⁊ gaudium sine fine mansurum. Multe denique sunt cõtẽplatiões: quib⁹ aïa deuota tibi mirabiliter pascit sed in nulla earũ ita delectat ⁊ requiescit aïa mea sicut in te. ⁊ qñ te solũ cogitat ⁊ cõtemplat. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe: quam mirabiliter inspiras cordib⁹ amatorũ tuoꝝ. ꝙ mira suauitas amoris tui: quo perfruuntur illi q̃ nihil preter te diligunt: nihil q̃runt: nihil etiam cogitare concupiscunt. Felices illi q̃bus tu solus spes es: ⁊ omne opus eorum oratio. Beatus q̃ sedet solitarius ⁊ tacet: ⁊ stat sup custodiam suam iugiter die ac nocte: vt adhuc in hoc fragili corpusculo posit⁹: prelibare valeat aliq̃ten⁹ dulcedinẽ tuã. A Rogo te ꝑ illa salutifera vulnera tua q̃ passus es in cruce ꝓ salute nostra: e quib⁹ emanauit ille p̃ciosus sanguis quo sumus redẽpti. vulnera hanc animam meam peccatricem: pro qua etiam mori dignatus es. vulnera eam igneo ⁊ potentissimo telo tue nimie charitatis. Uiuus ẽ enim sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu sagitta electa: ⁊ gladius acutissimus. qui durum scutum humani cordis penetrare tua potentia vales. Confige cor meum iaculo tui amoris: vt dicat tibi anima mea. charitate tua vulnerata sum: ita vt ex ipso vulnere amoris tui vberrime fluant lachryme die ac nocte. Percute dñe percute obsecro hãc durissimam mentem meam pia ⁊ valida cuspide dilectionis tue: ⁊ altius ad intima penetra potenti virtute. Et sic de capite meo educ aquam immensam ⁊ de oculis meis verum fontem lachrymarum iugiter manantem: ex nimio affectu ⁊ desiderio visiõis pulchritudinis tue vt lugeam die ac nocte nullam in presenti vita recipiens consolationem: donec te in celesti thalamo merear videre dilectum ⁊ pulcherrimum sponsum meum: deum ⁊ dominum meum: vt ibi videns gloriosam admirabilem ⁊ pulcherrimam faciem tuam omni dulcedine plenam: cum his q̃s elegisti: maiestatem tuam supplex adorẽ ⁊ illic tandem celesti ⁊ ineffabili replet⁹ iubilo eterne exultationis exclamem cum diligentibus te dicens. Ecce quod concupiui iam video. quod speraui iam teneo quod desideraui iam habeo. Illi namq̃ in celis iunctus sum quem in terris positus tota virtute dilexi: tota charitate amplexus sum: cui toto amore inhesi. ipsum laudo benedico atq̃ adoro: qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. Amen.

¶ Oratio in tribulatione. B
Capitulum. xxvij.

Miserere domine miserere pie miserere mihi miserrimo peccatori indigna agenti ⁊ digna patienti. assidue peccanti: et tua flagella quotidie sustinenti. Si penso malum quotidie quod feci: non est tantum quod patior. grauius est qđ commisi: leui⁹ est qđ tolero. iustus es dñe: ⁊ rectum iudicium tuũ: oïa iudicia tua iusta sunt ⁊ vera. iustus et rectus tu es dñe deus noster: ⁊ non est vlla iniquitas in te. Non enim iniuste neq̃ crudeliter affligis nos ꝑctõres omñs ⁊ misericors dñe: qui cum nõ essemus potẽter fecisti nos: ⁊ cũ ꝑditi fuissemus culpa nostra: pietate et bonitate tua mirabiliter reparasti nos. Scio ⁊ certus sum ꝙ vita nostra non temerarijs motibus agitur: sed a te dño deo nostro disponitur ⁊ gubernatur. Unde tibi cura est de omnib⁹: precipue de seruis tuis: qui totã spem suam posuerunt in sola misericordia tua. Idcirco obsecro ⁊ suppliciter rogo vt nõ facias mihi ſm peccata mea: quib⁹ iram tuam merui. sed secundum magnã misericordiam tuam: que fugat etiã pctã totius mundi. Tu dñe qui exterius flagella irrogas: da semꝑ interius indeficientẽ patientiã: ita vt laus tua non recedat de ore meo. Miserere mei dñe, miserere mei ⁊ adiuua me sicut tu nosti ꝙ mihi necesse est in corpore ⁊ in anima. scis oïa potes omnia qui viuis in secula.

¶ Oratio multum deuota ad filium. C
Capitulum. xxviij.

D Omine iesu xpe fili dei vi ui q̃ expãsis ī cruce mani bus pp mortalium omni um redemptionem hausi sti calicem passionis mi chi hodie prebere digne ris auxiliu;. Ecce pauper venio ad te di uite: miſe ad misericordē: ne recedā vacu⁹ vl conte͞ptus: esuriens incipio: ne desinā; de te ieiunus: famelicu; accedo ne rece dam impastus. Et si anteq̃ comedam su spiro da vel post suspiria vt comedam.

In primis dulcissime iesu coram magni ficentia tue suauitatis confiteor aduersū me iniusticiam mea;. Ecce domine quia in peccatis fui conceptus et natus: ⁊ tu me abluisti et sanctificasti: et ego postea me maioribus sordidaui peccatis. Fui enim in necessariis natus: postea in spon taneis volutatus: sed tue dñe miseratio nis non immemor: tulisti me de domo pr̄is mei carnalis: ⁊ de tabernaculis peccato rū: ⁊ inspirasti michi vt sequerer te cum gn̄atiōe q̃rentiū faciē tuam: ambulantiū semitā rectā: cōmorātiū inter lilia ca stitatis: ⁊ tecum discūbentiū in cenaculo altissime paupertatis. Et ego tot benefi ciorum ingrat⁹ post religionis ingressu; multa commisi illicita: multa perpetra ui nefanda. ⁊ vbi peccata emendare de bui: peccata peccatis addidi. Hec sūt ma la mea domine quibus exhonoraui te et maculaui me: que; ad imaginem ⁊ simi militudine; tuā creasti: supbia: vana glo ria: ⁊ cetera multa alia mala: quibus ve xatur ⁊ affligitur: laceratur ⁊ destruitur infelix aīa mea D Ecce domine iniquitates mee supgresse sūt caput meū et sicut onus graue grauate sunt sup me et nisi tu cui proprium est misereri semp et parcere dexteram tue maiestatis sup ponas: mergi cogor miserabiliter in pro fundum. Attende dñe deus ⁊ vide quo niā sanctus: ⁊ ecce insultat aduersum me inimicus meus dicens. deus dereliquit eum: psequar ⁊ compr̄ehēdā eū: q: non est q̃ eripiat: ⁊ tu domine: vsq̃ quo? cōuerte re ⁊ eripe aiam mea;: saluū me fac ppt misericordiam tuā: mittere filio tuo quē in dolore non modico peperisti. ⁊ noli at tendere malum meu; vt obliuiscaris bo nū tuum. quis est pater qui filium non li beret? aut quis filius quē pater pietatis baculo non corripiat? Ergo pater ⁊ dñe licet peccator sim non possum non esse fi lius tuus: quia tu me fecisti ⁊ refecisti: si cut peccaui emenda me et prius flagel lo emendatum trade me filio tuo. Nun quid obliuisci potest mater infantem vn eri sui? Et certe si illa oblita fuerit: tu pa ter promisisti te non obliuisci. Ecce cla mo ⁊ non exaudis me. dolore crucior et non consolaris me. Quid dicam vel qd faciam miserrimus? Ego tanto destitut⁹ solatio: piectus sum a facie oculorū tuo rū. Heu me de quanto bono in q̃tum ma lum cecidi: quo tendebā: et quo deueni. vbi sum ⁊ vbi non sum. ad quem aspira ui ⁊ nunc in quibus suspiro? Quesiui bo na et ecce turbatio. Ecce iam morior: et iesus non est mecum. Et certe melius est michi non esse q̃ sine iesu esse E Melius est non viuere q̃ viuere sine vi ta. Et tu domine iesu vbi sunt misericor die tue antiq̃? Nūquid irasceris michi i finē? Placare obsecro ⁊ miserere mei: et non auertas faciem tua; a me: q̃ pro me redimendo non auertisti faciem tua; ab increpantibus ⁊ cōspuētibus in te. Fate or q: peccaui: ⁊ cōsciētia mea meret dā nationē: ⁊ penitētia nō sufficit ad satisfa ctionem: sed certum est q̃ misericordia tua superat omnem offensionem. Noli queso pijssime domine scribere aduersu; me amaritudines meas: vt intres in iu dicium cum seruo tuo: sed secundum ml titudinem miserationum tuarum dele in iquitatem meam. Ve michi misero cum venerit dies iudicij: et aperti fuerint li bri conscientiarum: cum dicetur de me. Ecce homo et opera eius. Quid facia; tunc domine deus meus: cum celi reuela bunt iniquitatem meam: et aduersu; me terra consurget. Ecce nichil respondere potero: sed demisso capite pre confusio ne coram te stabo trepidus et confusus. Heu me misū qd dicā clamabo ad te dñe de⁹ me⁹. Quare taces q̃ moror. Verūta mē si locut⁹ fuero nō deficꝫ dolor me⁹. et si tacuero amarissima amaritudine cru

olor interius. Plange aia mea sicut vidua super virū pubertatis tue. vlula misera & plora: qm̄ dimisit te spōsus tuus id est christus. Ira omnipotētis ne irruas super me: q2 nunq̄ capi posses in me. Certe non est i toto me quod posset tolerare te.. Miserere ne desperem: sed desperando respirem. Et si ego commisi vnde me damnare potes: tu non amisisti vnde saluare soles. Tu domine non vis mortem peccatorū: nec letaris in pditione mortētiū: imo vt mortui viuerent tu mortuus es: & mors tua peccatoru3 mortem occidit. Et si ipsi te moriente vixerunt: obsecro domine vt ego te viuente non moriar. Mitte manū tuā de alto et libera me de manu inimicorū meorū: ne supergaudeant mihi & dicāt deuorabimus eum.

Quisvnq̄ bone iesu de tua misericordia diffidat. qui cū inimici tui essemus redemisti nos in sanguine tuo & reconsiliasti nos deo? Ecce sub tue misericordie vmbra protectus ad thronum glorie venia3 postulans: curro clamans et pulsans donec miserearis michi. Si enim ad veniam nos vocasti veniam non querentes: q̄to magis veniam impetrabimus postulantes. Ne memineris dulcissime iesu tue iusticie aduersus peccatorem tuum: sed esto memor benignitatis tue aduersus creaturam tuam. Ne memineris ire aduersus reum: sed memor esto meserationis tue aduersus miserum. Obliuiscere superbum prouocātem: & respice miserum inuocantem. Quid eni3 est iesus nisi saluator? Ergo iesu p temetipsū exurge in adiutorium mihi: & dic anime mee. salus tua ego sum. Multu3 domine de tua bonitate presumo: quoniam tuipe doces petere querere & pulsare: & ideo tua oratione admonitus peto quero & pulso. Et tu dn̄e qui iubes petere: fac accipere. cōsulis querere da & inuenire. doces pulsare aperi pulsanti: & confirma me infirmū restaura me perditum. suscita me mortuum & omnes sensus meos: cogitatus et actus dirigere et gubernare digneris in beneplacito tuo. Jvt de cetero tibi seruiā: tibi viuam: tibiq3 me tradam. Scio domine mi quia ex hoc q̄ me fecisti debeo tibi meipsū. & quia me redemisti: & p me homo factus es: deberem tibi plus q̄ me si haberē: q̄to tu maior es pro quo dedisti teipsum. Ecce nec plus habeo: nec quod habeo dare tibi possum sine te sed accipe me tu: et trahe me ad te vt tuus sim imitatione et dilectione. sicut tuus sum conditione et creatione. Qui viuis et regnas in secula.

¶ Oratio vtilis. Capitu. xxix.

Domine deus oīpotens: qui es trinus et vnus: qui es sp in omnibus: & eras ante oīa & eris semp in oībus de⁹ benedict⁹ in scl'a. tibi cōmendo hodie & oī tpe aiam meā | corp⁹ meū | visū auditū | gustū | odoratū | et tactū. oēs cogitationes meas | afflictiones | locutiones | actiones: oīa exteriora & iteriora sēsum & intellectum: memoriam meam: fidem & crudelitatem meam: & perseuerātiā meā: in manus potentie tue: vt custodias ea diebus & noctib⁹: horis atq3 momentis. Exaudi me trinitas sancta et cōserua me ab omni malo: ab omni scandalo & ab omni mortali peccato: ab omnib⁹ insidijs & infestationibus demonū: & inimicorū visibiliū & inuisibiliū. p orationes patriarcharum: p merita prophetarū p suffragia aplorū: p cōstantiā martyrū p fidem cōfessorū: p castitatē virginū & p intercessionē oīm sctōꝝ qui tibi placuerunt ab initio mūdi. Expelle a me iactātiam mentis: et auge compunctionē cordis. minue superbiam meam: & perfice i me humilitatem veram. suscita in me fletum. mollifica cor meu3 durum & lapideum. libera me domine & aiam meā ob oībus insidijs inimici: & cōserua me in tua voluntate. Doce me domine voluntate3 tuam facere quia deus meus es tu. Da michi domine sensum perfectum & intellectum vt suscipe valeā pfūdā benignitatem tua3. Jllud da mihi petere quod te audire delectet et michi expediat. Da mihi lachrymas ex toto affectu que peccatorū meorum possint dissoluere vicula Audi dn̄s meus & deus meus. Audi lumen oculorum meorū. Audi que peto: & da vt quod peto exaudias. Si despicis

pereo:si respicis viuo. Si iusticiã meã requiris mortuus feteo. si cũ misericordia respexeris fetẽtem resuscitas de sepulchro. Quod odis in me longe fac a me: et castitatis ac continentie spiritum insere in me: vt quodcũqꝫ petiero in ipsa petitione te non offendam. Tolle a me quod nocet: et prebe quod iuuet.
Presta mihi domine medicinam vnde mea possint curari vulnera. Da mihi domine timorem tuum. cordis compũctionem. mentis humilitatem: et conscientiam puraꝫ. Presta mihi domine vt firmam semper tenere valeam charitatem. et mala mea non obliuiscar. aliena non requiram. Parce anime mee. parce malis meis: parce peccatis meis: parce criminibus meis. Uisita me infirmum: cura me egrũ. sana me languẽtem: et suscita me mortuuꝫ. Da mihi domine cor quod te timeat. mentem que te diligat. sensum qui te intelligat. aures que te audiant. oculos qui te videant. Miserere mei deus miserere mei: et respice me de sede sãcta maiestatis tue: et tenebras cordis mei radio splẽdoris tui illumina. Da mihi domine discretionem discernendi inter bonum etmalum: et concede vt sensum habeam peruigilem. Peto a te domine remissionẽ omnium peccatorum meoruꝫ: per quã mihi fiat propiciatio in tempore necessitatis et angustie mee. M
Sancta et immaculata virgo dei genitrix maria et mater domini nostri iesu christi iteruenire pro me digneris apud illum cuius meruisti effici templum. Sancte michael: sancte gabriel: sancte raphael. Sancti chori angelorum atqꝫ archangelorum. patriarcharum atqꝫ prophetarum: apostolorum: euangelistarum: martyrum: confessorum: sacerdotum: leuitarũ: monachorum: virginum: omniumqꝫ iustorum: et per illum qui vos elegit: et de cuius contemplatione gaudetis: vos rogare presumo: vt pro me culpabili ipsi deo supplicare dignimini. quatenus de faucibus diaboli: et de morte perpetua merear liberari. Largiri mihi digneris dñe per petuam vitam scdm clemẽtiã ac benignissimã miam tuam. Da dñe iesu xpe sacerdotibus concordiam: regib⁹ et pricipibus iuste iudicantib⁹ tranquillitatem et pacẽ. Oro dñe pro vniuersa sancta ecclesia catholica pro viris et feminis. pro religiosis et secularib⁹. pro omnibus rectorib⁹ christianorum: cunctisqꝫ in te credẽtibus: qui pro tuo amore sãcto laborant: vt perseuerantiam boni operis obtineant. Presta dñe rex eterne virginibus castitatem: deo dicatis cõtinentiam: cõiugatis sctimoniã: penitentibus indulgẽtiam: viduis et orphanis sustentationẽ. pauperibus protectionẽ: peregrinantibus reditũ. lugentib⁹ consolationem: defunctis fidelibus requiem sempiternam: nauigantibus in portum venire salutis: optimis vt in bonitate semper consistant. bonis et mediocribus vt meliores fiant. praue agentibus et delinquentibus vt ego miser sum vt cito se corrigant. O dulcissime et misericordissime domine iesu xpe fili dei viui redẽptor mundi inter omnes et pre oia me miserum peccatorem confiteor. sed tu clementissime pater et summe qui oim misereris: non me patiaris a tua mia fieri alienũ. Et tu dñe rex regũ qui inducias viuendi prestas: corrigendi michi deuotionem tribue. excita in me mentẽ que te requirat: te desideret. et te qui es vbiqꝫ totus trinus et vnus semper pre oibus amet: te timeat: tuamqꝫ voluntatẽ faciat. Precipue ergo te dñe sctẽ pater deprecor qui es benedict⁹ et gloriosus pre oia scla: vt oẽs qui mei memoriam faciunt in suis orationibus: et qui indignis orationibus meis se cõmẽdauerunt: et qui michi aliquod charitatis officium et pietatis studiũ impenderũt: seu et illos qui cõsãguinitate ac cognatiõis affectu sunt michi propinqui. tam et illos qui nunc consistunt in corpore: quam et illos qui te gunt funere: misericorditer gubernare digneris ne pereant. Omnibus etiam christianis viuis adiutorium prestare digneris: et defunctis fidelibus absolutionem et requiem sempiternã per eterna secula. Necnon et illud magnopere sup

plico dñe qui es alpha ꝛ o: vt cum extrema dies mea finis ꝑ vite mee aduenerit tu mihi sis misericors iudex contra malignum accusatorem diabolum ꝛ sis mihi perpetuus defensor aduersꝰ insidias hostis antiqui: ꝛ in societatem angelorum omniumqꝫ sanctorum in sancto paradiso tuo me perseuerare facias. qui es benedictus in secula seculorum Amen.

¶ Oratio deuota de recordatione passionis christi. J

Capitulum. xl.

Domine iesu christe: redemptio mea. mia mea. salus mea. te laudo: tibi gratias ago. Quis valde impares tuis bñficijs. Quis multuꝫ expertes deuotiõis: quis macras a desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus. tñ qualescũqꝫ grãs: nõ quales scio me debere. sed sicut potest conari tibi ꝑsoluit anima mea. Spes cordis mei: virtus anime mee: compleat tua potentissima dignitas qđ conatur mea tepidissima imbecillitas: vita mea: tu finis intentionis mee. Et si nondũ merui tantum quantum debitor fui amare: vtiqꝫ saltẽ desidero te amare quantuꝫ debeo Illuminatio mea tu vides conscientiã meã. quia dñe ante te est omne desiderium meum. ꝛ tu donas si quid bñ vult conscientia mea. Si bonum est domine quod inspiras. immo quia bonum est vt te velim amare: da quod me facis velle. Da vt quantum iubes tantum te merear amare. laudes et gratias effero ne sit mihi donum tuum infructuosum: quod tua spontanea dedisti voluntate perfice quod incepisti: ꝛ dona quod me benigne preueniendo immeritum desiderare fecisti. Conuertere benignissime meum torporem in feruẽtissimuꝫ tui amorem. Ad hoc clementissime tẽdit hec oratio mea: hec memoria ꝛ meditatio beneficiorum tuorum. vt accendas in mentium amorem. Tua me bonitas creauit. tua misericordia creatuꝫ ab originali peccato mundauit. tua patientia post illam emundationem baptismi in alijs peccatorum sordibus inuolutum hactenus tolerauit nutriuit ꝛ expectauit. Expectas tu bone domine correctionem. expectat anima mea ad penitendum. ad bene viuẽdum: tue gratie inspirationeꝫ. Deus meus creator meus. tolerator et nutritor meus te sitio: te esurio: te desidero: ad te suspiro et concupisco. ꝛ sicut pupillus benignissimus patris orbatus presentia: flens et eiulans incessanter eius dilectam faciem toto corde amplectitur. sic ego non quãtum debeo: sed quantũ queo memor passionis tue. memor alaparum tuarum. memor flagellorũ. memor vulnerum tuorum. memor qualiter pro me occisus es. qualiter conditus: qualiter sepultus. simul memor tue gloriose resurrectionis et admirabilis ascensionis. Hec indubitata fide teneo: exilij mei erũnas defleo: spero tui aduentus solam consolationem. ardenter desidero tui vultus gloriosã cõtẽplationẽ. K Heu michi quia videre non potui dominum angeloruꝫ humiliatum ad conuersatiõnẽ hominũ vt homines exaltaret ad conuersationem angelorũ: cũ deus offensus moriebatur vt peccator viueret. Heu ꝙ tã admirabili: tam inestimabili pietati ꝑsẽs obstupescere non merui. Cur o anima mea te presertim non transfigit gladius doloris acutissimi cuꝫ ferre non posses vulnerari lancea latus tui saluatoris: cum videre nequires violari clauis pedes ꝛ manus tui plasmatoris. cum horrore effundi sanguinem tui redemptoris. cur non es inebriata lachrymarum amaritudine cum ille potaretur amaritudine fellis? Cur nõ est compassa castissime virgini: dignissime matri eius dignissime domine tue. Dña mea misericordissima quos fontes dicam erupisse de tuis pudicissimis oculis: cum attenderes vnicum filium tum innocentem coram te ligari: flagellari et mactari. Quos fletus credam perfudisse pijssimum tuum vultum: cum suspiceres eundẽ filiũ tuũ deũ et dñm tuũ ĩ cruce sine culpa extendi ꝛ carnem de carne

tua ab impijs crudeliter desecari. Qui bus singultibus extimabo purissimum pectus tuum veratū esse cū tu audires. Mulier ecce filius tuus. et discipulus ecce mater tua? Cum acciperes discipulum pro magistro. seruum pro domino Utinam cum felice ioseph dñm meum de cruce deposuissem: aromatibus cō didissem. i sepulchro collocassem: vt saltem prosecutus vel consecut⁹ essem: vt tanto funeri non defuisset aliquid mei obsequij. Utinam cum beatis mulieribus coruscа visione angelorum essem territus: et audissem nuncium dñice resurrectionis. nuncium mee cōsolatiōis nunciū tam expectatum. nuncium tam desideratum. Utinam inq̄ audissem ex ore angeli. Nolite timere: vos iesum q̄ritis crucifixum. Surrexit: non est hic. Benignissime: suauissime: serenissime qn̄ restaurabis mihi: q2 non vidi illam beate tue carnis incorruptionem. quia non fui deosculatus loca vulnerum. fixurarum clauorū. q2 non respersi lachrymis gaudij cicatrices corporis veri. Admirabilis: inestimabilis: incomparabilis: qn̄ consolaberis et cōpesces me a dolore meo. Non enim capit i me dolor meus q̄diu peregrinus sum a dño meo. Heu mihi dñe: heu anime mee: recessisti consolator anime mee: nec vale dixisti. Ingrediēs vias tuas benedixisti tuis nec affui. Eleuatis manibus a nube susceptus es in celum nec vidi. Angeli promiserunt te rediturū: nec audiui. Quid dicam? quid faciā? quo vadā? Ubi eum querā? vel qn̄ inueniam? Quē rogabo? Quis nunciabit dilecto q2 amore lāgueo? defecit gaudium cordis mei. Uersus est in luctu3 risus me⁹ defecit caro mea et cor meum. deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Renuit cōsolari aīa mea nisi de te dulcedo mea. Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram? Te volo te spero: te quero. tibi dixit cor meum quesiuit vultū tuum: vultū tuum dñe requira3. ne auertas faciē tuā a me. Amator hoim benignissime. tibi derelict⁹ est pauper: orphano tu eris adiutor. Ubi aduocate tutissime: miserere mei orphani derelicti. pupill⁹ factus sum absq3 patre: aīa mea quasi vidua. Respice orbitatis et viduitatis mee lachrymas quas tibi offero donec redeas: eya iam domine eya. Appare mihi et consolatus ero. Exhibe presentiam tuam: et consecutus ero desiderium meum. Reuela gloriam tuā et erit perfectum gaudium meum. Sitiuit in te anima mea. q̄ multipliciter tibi caro mea. Sitiuit anima mea ad deum fontē viuum: qn̄ veniam et apparebo añ faciē dñi quādo venies consolator meus. Quem expectabo: o si quādo videbo o gaudium meum qđ desidero. O si satiabor cum apparuerit gloria mea quā esurio. O si inebriabor ab vbertate domus tue ad quam suspiro. Si potabis me torrente voluptatis tue quē sitio. Sint mihi domine interim lachryme mee panes die ac nocte: donec dicat mihi. Ecce deus tuus donec audiat anima mea. Ecce spons⁹ tuus. Pasce interim me singultibus meis: refocilla me doloribus meis venict fortasse redemptor meus quia bonus est: nec tardabit q2 pius ē. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Finis meditationū beati Augustini episcopi hypponensis.

¶ Incipit liber diui Augustini hyppoñ. epi soliloquiorũ aĩe ad deum.

¶ De ineffabili dulcedine dei. A B
Capitulum primum.

COgnoscam te
domine cogni-
tor me⁹ cogno-
scã te virt⁹ anie
mee. Oñde te
mihi cõsolator
me⁹. videã te lu
mẽ oculoꝝ meo
rũ. Ueni gaudi
um spũs mei vi
deã te leticia cordis mei. Diligam te
vita anime mee. Appare mihi delecta
tio mea mag.ia: solaciũ meũ dulce: do-
mine deus me⁹. vita mea: ꝛ gloria tota
anime mee Inueniã te desideriũ cordis
mei: teneã te amor anime mee. Ample-
ctar te sponse celestis. Exultatio mea
sũma intus et extra possideam te beati
tudo sempiterna: possideam te in me-
dio cordis mei: vita beata: dulcedo sũ-
ma anime mee. Diligã te dñe fortitu-
do mea. dñs firmamẽtum meum ꝛ re-
fugiũ meum: ꝛ liberator meus. Amem
te deus meus adiutor me⁹: turris forti
tudinis mihi: ꝛ spes mea dulcis in oĩ
tribulatione mea. Amplectar te bonũ
sine quo nihil bonũ: fruar te optimum
sine quo nihil est optimum. Aperi pe-
netralia auriũ mearum: verbum pene
trabili⁹ oĩ gladio ãticipiti: vt audiã vo
cẽ tuã. Intona dñe desuꝑ voce grandi ꝛ
forti. Tonet mare ꝛ plenitudo ei⁹ com
moueat terra ꝛ oĩa q̃ in eis sũt. Illustra
oclos meos lux incõplehẽsibilis: fulgu
ra corꝰuscationẽ: ꝛ dissipa eos vt nõ vi
deãt vanitatẽ. Fulũia mltiplica ꝛ ɔturba
eos: vt appareãt fõtes aquaꝝ: ꝛ reuelẽ
tur fũdamẽta orbis terraꝝ. Tribue visũ
lux inuisibilis: q̃ te videat. Crea nouum
olfactũ odor vite: q̃ post te currat ĩ odo
rẽ vnguẽtoꝝ tuoꝝ. Gustũ sana q̃ sapiat
ꝛ cognoscat ꝛ discernat q̃ magna mltitu-
do dulcedĩs tue dñe quã abscõdisti his q̃
pleni sũt charitatis tue. A B Da
cor qđ te cogitet: aĩz q̃ te diligat mẽtẽ q̃
te recolat: itellectũ q̃ te intelligat: rõnẽ
q̃ tibi sꝑ sũmo delectabili fortit̃ adhere
at. Te sapiẽter amor sapiẽs diligat. O
vita cui oĩa viuũt. vita q̃ das mihi vitã
vita q̃ es mea vita. ꝑ quã viuo. sine qua
morior. vita ꝑ quã resuscitor: sine q̃ ꝑeo
vita ꝑ quã gaudeo: sine q̃ tribulor: vita
vitalis: dulcis ꝛ amabilis: sꝑ memora-
bilis. Ubi q̃so es: vbi te inueniã: vt ĩ me
deficiã ꝛ in te subsistã? Prope es tu ĩ aĩo:
ꝓpe in corde: ꝓpe in ore: ꝓpe in auri-
bus: ꝓpe in auxilio: q² amore langueo:
q² sine te morior: q² te recolẽs suscitor.
Odor tu⁹ me recreat. memoria tua me
sanat: sꝫ satiabor cũ apparuerit gloria
tua vita aĩe mee. Concupiscit ꝛ deficit
aĩa mea de memoria tua qñ veniam ꝛ
apparebo tibi leticia mea. Quare fa
ciẽ tuã auertis gaudiũ meũ per quod
gaudeo? Ubi est abscõditus pulcher
quem desidero? Odorẽ tuũ haurio: vi
uo ꝛ gaudeo. Te aũt nõ video. vocẽ tu
ã audio ꝛ reuiuisco. Sꝫ cur faciẽ tuam
abscondis? forte dicis. Non videbit me
homo ꝛ viuet. Eya dñe moriar vt te vi
deam. videã vt hic moriar. Nolo viue-
re. volo mori: dissolui cupio et esse cum
xp̃o. Mori desidero vt videam christũ
viuere renuo vt viuã cũ christo. O
O dñe iesu accipe spiritũ meum. vita
mea suscipe aĩam meã. Gaudiũ meum
attrahe cor meum. dulcis cibus meus
comedã te. Caput meũ dirige me. Lu
men oculoꝝ meoꝝ illumina me. melos
meus tẽpera me. Odor meus viuifica
me. Ũbũ dei recrea me. Laus mea leti-
fica aĩam serui tui. Intra ĩ eã gaudiũ
meũ vt in te gaudeat. Intra in eã dul-
cedo summa vt dulcia sapiat. Lumen
eternũ illustra suꝑ eam vt te intelligat
cognoscat ꝛ diligat. Ob hoc eñi non te
diligit dñe. si nõ diligit: q² nõ te cogno-
scit. ꝛ te ideo nõ cognoscit q² nõ intelli-
git. Et idcirco non intelligit: q² lumen
tuum non ɔprehendit: ꝛ lux in tenebris
lucet et tenebre eam non comprehende-

rūt. O lux mentis:o lucens veritatis:o
vera claritas q̄ illuminans oēm homi
nem venientem in hunc mundū. Venie
tē quidē sed nō diligentem. q2 q̄ diligit
mundum inimicus dei cōstituit. Expel
le tenebras de sup faciem abyssi mētis
mee vt videat te intelligēdo:vt cogno-
scat te cōprehendendo:vt diligat te co-
gnoscēdo. Quisquis enim cognoscit te
diligit te:se obliuiscitur. amat te plus
se. relinquit se & venit ad te:vt gaudeat
de te. Hinc est ergo dñe q nō tm̄ diligo
quantum debeo. q2 non plene cognosco
te. Sed q2 parum cognosco parum dili
go. Et quia parū diligo parū in te gau
deo. sed a te vero gaudio interiori per
exteriora recedens:dū te solo careo ad
ulterinas amicicias in his exterioribus
quero. Et sic miser ego cor meum qd ti
bi soli debui toto amore totoqꝫ affectu
impendere:vanis dedi. et ideo vanus
effectus sum dum vanitatem dilexi.
Hinc etiam est dñe q in te nō gaudeo:
& tibi non adhereo:quia ego i exteriori
bus:tu in interioribus:ego in tēporali
bus:tu in spūalibus. ego in trāsitoriis
animo diffundor:cogitatione versor:lo
cutiōe implicor. & tu dñe in eternis ha
bitas et eternitas es: tu in celo ego in
in terra. tu diligis alta:ego ifima tu ce
lestia: ego terrestria. Et qñ poterunt
hec contraria conuenire?

¶ De miseria & fragilitate hominis.
P Capitulum. ij.

M Iser ego qñ poterit obliq̄
tas mea tue rectitudini
adequari? Tu dñe diligis
solitudinē:ego multitudi-
nē. tu silētium:ego clamo-
rē. tu veritatē:ego vanitatē:tu mūdiciā
ego immūdiciā sequor. Quid plā dñe?
Tu vero bonus ego malus. tu pius ego
impius. tu sanctus ego miser. tu iustus ego
iiustus tu lux ego cecus. tu vita ego mor
tuus tu medicina ego eger. tu gaudiū
ego tristicia. tu summa veritas ego vni
uersa vanitas:vt ois homo viuēs. Heu
quid igit o creator dicam? audi o crea
tor. Creatura tua sum:iam perii: crea-
tura tua sum iam morior. Factura tua
sum:iam ad nihilum redigor. Plasma
tuum sum. Manus tue dñe fecerūt me
& plasmauerunt me. manus inquam il-
le que affixe clauis sunt pro me. Opus
manuum tuaruꝫ dñe ne despicias. Vul
nera manuū tuaꝝ precor vt aspicias.
Ecce in manibus tuis dñe deus descripsi
sti me: lege ipsam scripturam et salua
me. En ad te suspiro creatura tua.
Creator es recrea me. En ad te clamo
factura tua:vita es viuifica me. En ad
te respiro tuum plasma: plasmator es
restaura me. Parce mihi domine nihil
enim sunt dies mei. Quid est hō vt pos
sit alloqui deum factorem suum. Par-
ce mihi colloquenti tibi. Ignosce seruo
tuo qui presumit loqui tanto dño. Le-
gem non habet necessitas. Dolor me
compellit dicere: calamitas quam pa-
tior cogit me exclamare. Egrotus sum
ad medicum clamo. cecus sum ad lucē
propero. Mortuus sum ad vitam su-
spiro. Tu es medicus:tu lux:tu vita ie
su nazarene. Miserere mei fili dauid.
meserere mei fons misericordie. Audi
qui ad te clamat infirmum. Lux que
transis expecta cecum. prebe ei manuꝫ
vt ad te veniat et in lumine tuo videat
lumen. Vita viuens reuoca mortuum.
Quid sum ego qui loquor tecum? Ve
michi domine. parce mihi dñe:ego cada
uer putridum. esca vermium: vas feti-
duꝫ:cibus igniū. Quid sum ego qui lo
quor tecū? Ve mihi dñe: parce mihi do
mine. Infelix ego homo:homo inquam na
tus de muliere breui viuēs tpe repletus
multis miseriis. homo inquam vanitati si-
milis factus:cōparatus iumentis isipi
entibus. et iam similis factus illis.
Q Quid iterum ego? abyssus tene-
brosa. terra misera. filius ire. vas aptū
in cōtumeliā. genitus per immundiciā:
viuens in miseria: moriturus in angu-
stia. Heu miser qd sum? heu quid futu-
rus sum? vas sterquilinii: concha pu-
tredinis: plenus fetore et horrore ce-
cus. pauper. nudus. plurimis neces-
sitatibus subditus. et ignorans introi-
tum et exitum meum: miser et morta-
lis cuius vita sicut vmbra lunatica eua-

nescit. sicut flos in arbore crescit et sta=
tim marcescit: nūc floret ꝛ statim aret.
Uita inꝑ mea vita fragilis: vita cadu
ca. vita q̄ quāto magis crescit tāto ma=
gis decrescit quanto magis procedit
tanto magis ad mortem accedit. Uita
fallax et vmbratica: plena laqueis mor
tis. Nunc gaudeo: ꝛ statim tristor. nunc
vigeo: iam infirmor. nunc viuo: ꝛ statim
morior. Nunc felix appareo semper mi
ser. nunc rideo iam fleo. sicq; omnia mu
tabilitati subiacēt vt nihil vna hora in
vno statu permaneat. Hinc timor: hinc
tremor. hinc fames. hinc sitis. hinc ca=
lor. hinc frigus. hinc languor inde do=
lor exuberat. Subsequitur his impor=
tuna mors que mille modis quotidie
miseros homines inopinate rapit.
Hunc necat febribus: illum opprimit do
loribus. hunc consumit fames: illum si
tis extinguit: hunc suffocat aquis: illum
interimit laqueo. Illum perimit flāmis
alium dentibus bestiarum ferocium vo
rat. Hunc trucidat ferro: illum veneno
corrumpit. alterum tantum repentino
terrore miseram vitam finire compel=
lit. Et super hec omnia magna miseria
cum nihil sit certius morte: ignorat ho
mo finem suum. Et cum stare putat col
liditur et perit spes eius. Nescit enim
homo quando vel vbi vel quomodo
moriatur. et tamen certum est q eū mo
ri oporteat. Ecce domine q̄ magna mi=
seria hominis in qua sum: nec timeo. q̄
grādis calamitatis quā patior: nec do=
leo: ꝛ ad te non clamo. Clamabo domi
ne antequā transeam: si forte non transe=
am sed in te maneam. Dicam ergo di=
cam miseriā meam: confitear nec erube
scam ante te vilitatē meam. Adiuua
me fortitudo mea per quam subleuor.
Succurre virtus per quam sustētor. Ue
ni lux per quam video: appare gloria p
quam gaudeo. Appare vita in qua vi=
uam o domine deus meus.

¶ De mirabili lumine dei. R.
Capitulum. iii.

O Lux quam videbat thobias
quando oculis clausis doce
bat filium suum viam vite. Lux quam
videbat ysaac interius quando caligā=
tibus oculis exterius filio futura nar=
rabat. Lux inꝑ inuisibilis: cui omnis
abyssus humani cordis est visibilis.
Lux quam iacob videbat: quando si=
cut tu intus docebas: filijs exterius ve=
tura predicabat. Ecce tenebre sunt su=
per faciem abyssi mentis mee: tu es lu=
mē. Ecce caligo tenebrosa super aquas
cordis mei: tu es veritas. O verbum
per quod facta sunt omnia: ꝛ sine quo
factum est nihil. Uerbum quod es an=
te omnia: ante quod nihil. verbum cre
ans omnia: sine quo omnia nihil. ver=
bum regens omnia: sine quo non sunt
omnia. verbum quod dixisti in princi=
pio: fiat lux et facta est lux. Dic etiam
michi: fiat lux ꝛ facta sit lux et videam
lumen. et cognoscam quicquid non est
lumen. quia sine te michi tenebre lumē
et lumen tenebre ponuntur. Et sic sine
tua luce non est veritas. adest error. ad
est vanitas. non est discretio. adest con=
fusio. adest ignorantia. non est scientia:
adest cecitas. non est visio. adest inui=
um. non est via. adest mors. non est vi
ta.

¶ De mortalitate humane nature.
S Capitulum. iiij.

Ecce domine quia lux non est
mors est. immo non est mors
quia nichil est mors. Nam p
ipsam ad nichilum tendimus
dum nos nihil facere per peccatum nō
formidamus. Et iuste quidem hoc do=
mine: nam digna factis recipimus: dum
ad nichilum deuenimus tanꝗ aqua de
currens. quia sine te factum est nichil:
et nos faciendo nichil facti sumus nihil
quia sine te sumus nichil per quem fa=
cta sunt omnia: sine quo factum est ni=
chil. O dn̄e verbum. o deus verbum: p
quod facta sunt omnia: sine quo factum
est nichil. Ue michi misero totiens ob=
cecato. quia tu lux: ꝛ ego sine te. Ue mi
chi misero totiens vulnerato: quia tu sa
lus et ego sine te. Ue michi misero toti
ens infatuato. quia tu es veritas et e=
go sine te. Ue michi misero totiens ob

errato. quia tu via et ego sine te. Ve mihi misero totiens adnihilato. quia tu verbum per quod facta sunt omnia et ego sine te: sine quo factum est nihil. O domine verbum. O deus verbum: qui es lux per quem facta est lux. qui es via veritas et vita. in quo non sunt tenebre error vanitas neque mors. Lux sine qua tenebre. via sine qua error. veritas sine qua vanitas. vita sine qua mors. Dic verbum domine: fiat lux. vt videam lucem et vitem tenebras. videam viam et vitem inuium videam veritatem et vitem vanitatem. videam vitam: et vitem mortem. Illuminare domine lux mea illuminatio mea et salus mea quem timebo. dominus meus quem laudabo. deus meus quem honorabo. pater meus quem amabo. sponsus meus cui me seruabo. Illuminare inquam illuminare lux huic ceco tuo: qui in tenebris et in umbra mortis sedet. et dirige pedes eius in viam pacis per quam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei in voce exultationis et confessionis. Vera enim confessio est via per quam ingrediar ad te viam: per quam egrediar ab inuio et reuertar ad te viam. quia tu es vera via vite.

¶ Quid sit nihil fieri. Capitulum. V.

Confitear ergo confitear tibi pater domine celi et terre miseriam meam: vt me venire liceat ad misericordiam tuam. Miser quippe factus sum et ad nihilum redactus sum: et nesciui quia tu es veritas et ego non eram tecum. Vulnerauerunt me iniquitates mee et non dolui. quia tu es via et ego non eram tecum. Ad nihilum duxerunt me: quia tu es verbum et ego non eram tecum per quem facta sunt omnia. sine quo factum est nihil: et ideo sine te factus sum nihil. Quia est nihil quod ad nihilum ducit. Omnia per verbum facta sunt quecunque facta sunt. Et qualia facta sunt? Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Omnia quecunque facta sunt per verbum facta sunt. et quecunque per verbum facta sunt valde bona sunt. Quare bona sunt? quia omnia per verbum facta sunt. Et sine ipso factum est nihil. quia nihil bonum sine summo bono est. Sed malum est vbi non est bonum: quod vtique nihil est. quia nihil aliud est malum quam priuatio boni sicut nihil aliud est cecitas quam priuatio luminis. Malum itaque nihil est: quia sine verbo factum est: sine quo factum est nihil. Illud autem malum est quod priuatur illo bono: per quod omnia facta sunt quecunque sunt. At que non sunt per ipsum facta non sunt: et ideo nihil sunt. Et ideo mala sunt que facta non sunt. quia omnia quecunque facta sunt per verbum facta sunt. et omnia per verbum bona facta sunt. Cum igitur omnia per verbum facta sunt: mala per ipsum non sunt. Restat igitur quod omnia que facta non sunt bona non sunt. quia omnia quecunque facta sunt bona sunt. et ideo mala sunt que facta non sunt: et ideo nihil sunt quia sine verbo factum est nihil. ¶ Malum igitur nihil est. quia factum non est. Sed qualiter malum est si factum non est? Quia malum priuatio boni est per quod factum bonum est. Esse ergo sine verbo malum est: quod esse non est. quia sine ipso nihil est. Sed quid est separari a verbo? Si hoc queris scire: audi quid est verbum. Verbum dei dicit. Ego sum via veritas et vita. Separari ergo a verbo est esse sine via sine veritate. sine vita. et ideo sine ipso nihil. et ideo malum. quia separatur a verbo per quod facta sunt omnia valde bona. Separari autem a verbo per quod omnia facta sunt nihil aliud est quam deficere et a facto transire in defectum. quia sine ipso est nihil. Quotiens ergo a bono deuias: a verbo te separas: quia ipsum est bonum. et ideo nihil efficeris. quia sine verbo es sine quo factum est nihil. Nunc igitur domine illuminasti me lux vt viderem te: vidi et cognoui me. quia totiens nihil factus sum quotiens a te separatus sum. quia bonum quod tues oblitus sum: et ideo malus effectus sum. Ve mihi misero: vt quid hoc

non cognoscebam qui deserens nihil fi
ebam? Sz quid hoc quero? si nihil erã
quo modo cognoscere nolebam? Sci-
mus quia nihil nihil est. ꝛ quod nihil ẽ
non est. ꝛ quod non est bonum non est:
qꝛ nihil est. Si ergo nihil fui cuꝫ sine te
fui: quasi nihil fui. ꝛ velut idolum quod
nihil est. qđ quidem aures habet ꝛ non
audit: nares habet ꝛ non odorat. oclos
habet ꝛ non videt. os habet ꝛ nõ loqui
tur. manus habet ꝛ non palpat. pedes
habet et non ambulat. et omnia linia
menta habet membrorum sine sensu
eorum.

¶ De casu anime in peccatis. X.
Capitulum. vi.

Cum igitur fui sine te nihil
fui: ideo cecus eram: sur-
dus ꝛ insensibilis. quia nec
bonum discernebã nec ma-
lum fugiebã. nec dolorem
vulnerũ sentiebã: nec tenebras meas vi
debã. qꝛ eram sine te vera luce: q̃ illumi
nas omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũ
dum. Ue mihi vulnerauerunt me ꝛ nõ
dolui. traxerunt me ꝛ non sensi. qꝛ nihil
eram qꝛ sine vita erã: que est verbũ per
quod facta sunt oĩa. Ideo dñe lux mea
inimici mei de me fecerunt quecũqꝫ vo-
luerunt: ꝑcusserunt: nudauerũt: pollue-
rũt: corruperũt: vulnerauerũt ꝛ occide
runt me. quia recessi a te ꝛ factus sum
nihil sine te. Heu dñe vita mea que feci
sti me. lux mea que direxisti me. Defen-
sor vite mee miserere mei ꝛ resuscita me
domine deus meus spes mea. virtus
mea. fortitudo mea: consolatio mea in
die tribulationis mee: respice inimicos
meos ꝛ eripe me. fugiant a facie mea
qui oderunt me: ꝛ ego viuam in te per
te. Ipsi enim dñe cõsiderauerũt me: et
videntes me sine te desperauerunt me. Di
uiserunt sibi vestimenta virtutũ quibꝰ
ornaueras me. fecerunt sibi viã per me:
sub pedibus suis cõculcauerũt me fe-
cibus peccatorum polluerũt templum
sanctum tuũ. posuerũt me desolatum ꝛ
merore confectum. Ibam post eos ce-
cus et nudus ꝛ illaqueatus funibus
peccatorum. trahebant me post se in cir
cuitu de vicio in vicium ꝛ de luto in lu-
tum: et ibã absqꝫ fortitudine ante faci-
em subsequentis. Seruus eram ꝛ serui
tutẽ amabam. Cecus eram ꝛ cecitateꝫ
desiderabam. Uinctus eram ꝛ vincula
non horrebam. Amarum dulce ꝛ dulce
amarum credebam. Miser eram nec
cognoscebã: ꝛ hoc quia sine verbo erã:
sine quo factum est nihil: per quod om-
nia conseruantur. sine quo omnia anni-
hilant. Sicut enim oĩa per ip̃m facta
sunt ꝛ sine ip̃o factum est nihil. sic ꝑ ip̃ꝫ
oĩa cõseruant quecũqꝫ sunt siue in celo
siue in terra: siue in mari ꝛ in omnibus
abyssis. Nec pars parti in lapide ad-
heret nec in aliquo creatorũ nisi qꝛ per
verbum ꝯseruãtur per qđ oĩa facta sũt
Adhereã ergo tibi verbum vt cõserues
me. qꝛ vbi a te recessi perij in me nisi qꝛ
tu q̃ me feceras refecisti me. Ego pec-
caui: tu me visitasti. Ego cecidi tu me
erexisti. Ego ignoraui: tu me docuisti.
Ego non vidi: tu me illuminasti.

¶ De multiplicibus beneficijs dei
Y Capitulum. vij.

Miser ego deus meus quan
tũ teneor diligere te oñde
mihi. quãtũ debeo lauda-
re te demõstra mihi. quan
tũ dẽo placere tibi ĩnote-
sce mihi. Intona domĩe desuꝑ voce grã
di ꝛ forti ĩ inferiorẽ aurẽ cordis mei: do
ce me ꝛ salua me: ꝛ collaudabo te: q̃ cre
asti me cum nihil esseꝫ: q̃ illumĩasti me
cum in tenebris essem. q̃ resuscitasti me
cum mortuus essem. qui pauisti me a
iuuẽtute mea omnibꝰ bonis tuis. Hũc
inutilẽ vermẽ fetẽtẽ peccatis: nutris oĩ
bus optimis donis tuis. Aperi mihi
o clauis dauid: qui apis ꝛ nemo clau-
dit illi cui tu aperis. claudis ꝛ nemo a-
perit illi cui tu claudis. aperi mihi osti
um luminis tui vt ingrediar et vide-
am et cognoscam et confitear tibi in
toto corde meo. quia misericordia tua
magna est super me. et eruisti animam
meam ex inferno inferiori.

Domine deus noster q̃ admirabile et
laudabile est nomen tuum in vniuersa
terra. Et quid est homo qꝫ memor es

eius:aut filius hominis quoniam visitas eum. Domine spes sanctorum:et turris fortitudinis eorum:deus vita anime mee per quam vivo:sine qua morior: lumen oculorum meorum per quod video:sine quo orbor gaudium cordis mei:et leticia spiritus mei diligam te toto corde meo et toto animo meo:et totis medullis et visceribus meis quia tu prior dilexisti me. Et unde hoc mihi o creator celi et terre et abyssi qui bonorum meorum non indiges. Unde hoc mihi quia dilexisti. O sapientia que aperis os mutorum.o verbum per quod facta sunt omnia aperi os meum:da mihi vocem laudis ut enarrem omnia beneficia tua que mihi domine a principio contulisti. Ecce enim sum quia tu creasti me:et quod me creares et in numero creaturarum tuarum numerares:ab eterno tu preordinasti antequam quicquam faceres a principio.antequam extenderes celos:necdum erant abyssi: adhuc terram non feceras:nec montes fundaveras:nec dum fontes eruperant. 3 Antequam hec omnia que fecisti per verbum faceres:me creaturam tuam fore certissima veritatis tue providentia previdisti et esse me creaturam tuam voluisti. Et hoc unde mihi domine benignissime deus altissime pater misericordissime:creator potentissime et semper mitissime:que mea merita? que mea gratia? ut complaceret ante conspectum tue magnifice maiestatis creare me:non eram et creasti me. Nihil fueram: et de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? non stillam aque:non ignem: non avem/vel piscem:non serpentem:vel aliquid ex brutis animalibus:non lapidem:vel lignum:non ex eorum genere que tantum habent esse vel ex eorum que tantum esse possunt et crescere. Non ex eorum genere que tantum esse et crescere et sentire possunt. Sed super omnia hec voluisti me esse ex his que tantum habent esse quia sum.ex his que tantum habent esse et crescere quia sum et cresco.ex his que sunt crescunt et sentiunt: quia sum cresco et sentio. Et paulominus parem me creasti angelis:quia rationem te cognoscendi cum ipsis a te comunem accepi. Sed paulominus utique dixi. Nam illi tuam felicem noticiam iam habent per speciem: ego autem per spem. Illi facie ad faciem ego per speculum in enigmate. Illi plene ego autem ex parte.

¶ De dignitate hominis futura. Capitulum. viii.

Sed cum venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est: quando iam revelata facie tuam faciem videbimus. Quid iam prohibebit non nos esse minores paulominus ab angelis:quos tu domine corona spei que ornata est gloria et honore coronaveris:quos tu nimis quasi amicos tuos honorificaveris:imo per omnia pares et equales angelis. Nempe hoc veritas tua dicit:equales sunt angelis:et filii dei sunt. Quid nisi filii dei sunt si pares fiunt angelis? Vere quidem erunt filii dei quia filius hominis factus est filius dei. Hoc utique consideranti mihi fiducia est dicere non homo minor paulominus est ab angelis:sed superior angelis:quia homo deus et deus homo non angelus. Et dicam propter hoc hominem esse creaturam dignissimam: quia verbum quod erat in principio deus apud deum. Verbum per quod deus dixit.fiat lux:et facta est lux.angelica.s.natura. verbum per quod deus creavit omnia in principio : idem verbum caro factum est:et habitavit in nobis.et vidimus gloriam eius. Ecce gloria per quam glorior quasi sane glorior. Ecce gaudium per quod gaudeo quasi sane gaudeo. Domine deus meus vita et tota gloria anime mee. Confiteor ergo tibi domine deus meus cum me creasti rationis capacem : angelis quodammodo parem creasti:quia perfici possum per verbum tuum ut veniam ad equalitatem angelorum:ut habeam adoptionem filiorum per unigenitum verbum tuum domine.per filium tuum dilectum:in quo tibi bene complacuit.per unicum coheredem et consubstantialem tibi et coeternum iesum xpm unicum dominum et redemptorem nostrum:illuminatorem et consolatorem nostrum:advocatum nostrum apud te:et lumen oculorum nostrorum:qui est vita nostra et salvator noster : et spes unica nostra:qui nos dilexit magis quam se. per quem habemus fiduciam repositam et firmam apud te spem:et accessum veniendi ad te:quoniam dedit potestatem

filios dei fieri his qui credunt in nomi-ne eius. Laudem tribuam nomini tuo domine qui me ad imaginem et simili-tudinem tuam creando tante glorie fe-cisti me fore susceptibilem vt possum fi-lius dei fieri. B Hoc vtiq; non possunt arbores: non possunt lapides: non generaliter omnia que mouentur vel crescunt in aere vel in mari vel i ter ra: quia non dedit eis potestatem filios dei fieri: quia rationem non habēt. Nā & hec potestas in ratione consistit per quam cognoscimus deum. Dedit autē hanc potestatem hominibus quos cre-auit rationabiles ad imaginem & simi litudinem suam. Et ego vtiq; domine per tuam gratiam homo sum et filius tuus esse possum per gratiam: quod il-la non possunt. Unde hoc mihi domine veritas summa: veraq; summitas: & prin cipium omniū creaturarū? Unde hoc mihi domine vt possim fieri filius dei quod illa non possunt? Tu es qui ma-nes ineternum qui omnia creasti simul Simul creasti homines & iumenta: la-pides & virentia terre. Non enim pre-cesserunt merita: nulla eorum anteces-sit gratia. quia omnia tua tātū bonita-te creasti: & pares omnes creature fue-re in meritis: quia omniū nulla fuere merita. Et vnde ergo magis tua boni tas in hac tua creatura quam fecisti ra tionalem: q̄ in omnibus alijs que sunt sine ratione apparuit? Quare non ego sicut omnes ille. aut cur non omnes il-le sicut ego: aut ego solus sicut ille? Que mea merita: que mea gratia vt me filium dei posse fieri susceptibilem creares: quod illis omnibus denega-res? Absit dn̄e vt hoc sentiam. Tua tm̄ gratia: tua tm̄ bonitas hoc fecit vt essē particeps dulcedinis eius. Illa igitur gratia qua me de nihilo creasti: illam queso dn̄e da mihi gratiam: vt tibi de hoc referam gratiam.

¶ De omnipotentia dei. C Ca. ix.

Omnipotens tenea nus tua sē per vna & eadē: creauit i ce-lo angelos: & i terra vermi-culos. nō superior i illis: nō inferior in istis. Sicut enim nulla alia manus angelum: ita nulla posset crea-re vermiculū: sicut nulla celū: ita nulla posset creare minimū arboris foliū. si-cut nulla corp9: ita nulla vllū capillū al bū posset facere aut nigrū. Sed omni-potēs man9 tua cui oīa pari modo sūt possibilia. Necenim possibilius est ei creare vermiculum q̄ angelū. nec im-possibilius extēdere celum q̄ foliū nec leuius formare capillum q̄ corpus nec difficilius fundare terrā super aquas q̄ aquas super terram. sed omnia que-cunq; voluit fecit. sicut voluit in celo et in terra: in mari & in omnibus abyssis & me inter omnia sicut voluit potuit et sciuit. Potuit quidem manus tua do-mine me lapidem vel auem vel serpen-tem vel beluam aliquam creare: & sci-uit: sed noluit propter suam bonitatem Quare ergo ego non sum lapis vel ar bor vl' aliqua belua? q2 sic ordinauit bo nitas tua. Et vt hoc ordinaret non pre cesserunt merita mea.

¶ De incomprehensibili laude dei.

D Capitulum. x.

Unde hoc mihi dn̄e: vnde mi hi laudes ad laudandū te? Sicut fecisti me sine me sic cōplacuit ante te: ita laus ti bi. est sine me sicut cōplacet ante te. An-te te dn̄e laus tua tuipse es. Laudēt te opera tua scd̄m multitudinem magnitu-dinis tue: laus tua dn̄e incomprehensi-bilis est. Corde nō comprehenditur ore non mensuratur: aure non percipitur: q2 ista transeunt: & laus tua dn̄e manet ineternum: Cogitatio incipit: & cogita tio finit. vox sonat & vox transit. auris audit & auditus desinit. laus vero tua ineternū stat. Quis ergo est qui te lau det? Quis homo annunciet laudē tu-am. Laus tua perpetua est transitoria non est. Hic te laudat qui teipsum lau-dem tuam credit. Hic te laudat qui se ipsum noscit in tua laude non posse per tingere: laus perpetua que nunq̄ trāsit In te est laus nostra: in te laudabitur animamea. Non nos laudamus te sed tu te: et per te: & in te: & nobis etiā

est laus in te. Tunc veram habemus laudem: quando a te habemus laudē quando lux approbat lucem:q; tu vera laus tribuis veram laudem. E.
Quotiens ab alio ꝙ a te querim⁹ laudem:totiens tuam amittimus laudem quia illa transitoria est:sed tua eterna. Si transitoriam querimus eternam amittimus laudem. Si eternā volumus transitoriam non amemus. Laus eterna domine deus meus:a quo oīs laus: sine quo nulla est laus:nō valeo laudare te sine te. habeam te et laudabo te.
Quid enim ego sum dñe per me vt laudem te? puluis et cinis ego sum: canis mortuus et fetens ego sum: vermis et putredo ego sum. Quis ego sum vt laudem te domine deus fortissime spiritus vniuerse carnis:qui inhabitas eternitatem? Nunquid tenebre laudabunt lucē aut mors vitam? Tu lux: ego tenebre tu vita: ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu es viritas: ego homo similis fact⁹ vanitati. Quid ergo domine laudabo te? Nunquid miseria mea laudabit te? nunquid fetor laudabit odorem? nunquid mortalitas hominis que hodie est et cras tollitur laudabit te? Nunquid laudabit te homo putredo ⁊ filius hominis vermis? Nunquid laudabit te dñe qui in peccatis cōceptus est ⁊ natus ⁊ nutrit⁹? Laudet te dñe deus meus incomprehensibilis potentia tua. incircumscriptibilis sapientia tua: et ineffabilis bonitas tua laudet te supereminens clementia tua superabundans misericordia tua. sempiterna quoq; virtus et diuinitas tua. Laudet te omnipotentissima fortitudo tua. summa quoq; benignitas tua ⁊ charitas tua. propter quā creasti nos dñe deus vita anime mee.

¶ De spe erigenda ad deum. F
Capitulum xi.

Ego autem creatura tua sub vmbra alarū tuarum sperabo i bonitate tua q̄ creasti me. Adiuua creaturā tuā quā creauit benignitas tua. Nō pereat i malicia mea qd operata est bonitas tua. Nō pereat ī miseria mea quod fecit summa clementia tua.
Que est enim vtilitas in creatione tua si descendam in corruptionem meam? Nunquid enim vane deus constituisti omnes filios hominum? Creasti me domine:rege quod creasti. Opera manuum tuarum ne despicias deus. Me fecisti de nichilo. si me non regis domine iterum reuertar ad nichilum. Sicut enī domine nō eram ⁊ de nichilo fecisti me sic si me non regis adhuc ad nichilum redigar in me. Adiuua me domine vita mea ne peream in malicia mea. Si nō creasses me dñe non essem. quia creasti me iam sum. Si non regis iam non sū. Non enī mea merita. non mea gratia te coegerunt vt creares me: sed benignissima bonitas tua et clementia tua Illa charitas tua domine deus meus que te ad creationem coegit: ipsa queso modo cogat te ad regendum. Quid enim prodest quod compulit charitas tua ad creandum: si peream in miseria mea et non me regat dextera tua. Hec te cogat domine deus meus clementia ad saluandum quod creatū est: que te compellit creare quod creatum nō est. Ipsa te videat charitas ad saluandum que te vicit ad creandum. quia nec nūc minor est. quia ipsa charitas tu ipse es: qui semper idem es. Non est abbreuiata manus tua vt saluare nequeat: neq; aggrauata est auris tua vt non audiat:sed peccata mea diuiserunt inter me et te:inter tenebras et lucem:inter imaginem mortis et vitam:inter vanitatē et veritatem: inter lunaticam hanc vitam meam et sempiternam tuam.

¶ De laqueis cōcupiscētiarum. G Ca. xii

Hec sunt vmbre quibus operior i hac abysso caliginosi carceris huius: in qua prostratus iaceo donec aspiret dies ⁊ inclinētur vmbre: fiat lux in firmamēto virtutis tue. vox dñi ī virtute: vox domini in magnificētia. dicatq;: fiat lux et effugēt tenebre ⁊ appeat arida: germinetq; terra herbam virentem ⁊ faciētē semē ⁊ fructum bonū iusticie regni tui.

domine pater et deus: vita per quã omnia viuunt: & sine qua omnia mortua cõputantur: ne derelinquas me in cogitatu maligno: & extollentiam oculorum meorũ ne dederis mihi. Aufer a me cõcupiscentias: & aĩo irreuerenti & infrunito ne tradas me: sꝫ posside cor meum vt te cogitet semper. Illumina oculos meos vt te videant: & nõ extollant ante gloria sempiterna: sed humiliter sentiant. Non in mirabilibus sup se: & que a dextris sunt videant: & non que a sinistris abs te: & palpebre tue precedant gressus meos. Nam & palpebre tue interrogant filios hoim. Allide concupiscentiam meã dulcedine tua quã abscondisti timentibus te. vt concupiscã te cõcupiscentijs sempiternis. ne vanis illectus & deceptus interior gustus ponat amarum dulce: & dulce amarum: tenebras lucem & lucem tenebras: vt liberari in medio tot decipularum possim ab inimico super faciem vie huius positarum ad capiendas animas peccatorum quibus plenus est totus mũdus: quod is qui vidit sub silentio non transiuit inquiens. Quicquid est in mundo aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorꝫ: aut superbia vite. Ecce dñe deus meus: mundus totus plenus est concupiscentiarꝫ laqueis: quos parauerunt pedibꝰ meis. Et quis effugiet hos laqueos? profecto a quo tu abstuleris extollentiam oculorum suorũ: et a quo tu abstuleris carnis cõcupiscentiam: ne eũ capiat carnis concupiscentia. et a quo tu abstuleris animum irreuerentem & infrunitum: ne eũ callide decipiat superbia vite. O quã felix cui hec tu facies: quippe transibit immunis. Nunc redemptor te precor per te: adiuua me ne corruam in conspectu aduersariorũ meorum: captus laqueis eorum: quos parauerũt pedibus meis vt incuruent animam meam. Sed erue me virtus salutis mee: ne sibi risum exhibeant de me inimici tui qui oderunt te. Exurge domine deus meus fortis meus & dissipentur inimici tui: & fugiant qui oderunt te a facie tua. Sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie tua. Et ego abscondar in abscondito faciei tue: & gaudeam cũ filijs tuis satiatus oibus bonis. Et tu dñe deꝰ pater orphanorum: & tu mater pupillorꝫ tuorum: audi eiulatum filiorũ tuorum et extẽde alas tuas vt fugiamus ab eis a facie inimici. Turris fortitudinis israel: qui nõ dormitas neqꝫ dormies custodiens israel: quia nõ dormit neqꝫ dormitat hostis qui impugnat israel.

¶ De miseria hominis et beneficijs dei Capi. xiij.

O Lux quam nõ videt alia lux lumen qđ non videt aliđ lumen: lux q̃ obtenebrat oĩm lucẽ: & lumẽ qđ excecat oĩe extraneũ: lux a quo ois lux. lumen a q̃ omne lumen. lumen ad qđ omne lumẽ est tenebra: ad qđ omis lux obscuritas lux cui omẽs tenebre lumen: cui omis obscuritas lux: lux supma quã cecitas non obnubilat: quã caligo nõ hebetat: quã nulla obstãtia claudit. quam nũꝙ separabat aliqua vmbra: lux que illuminas omnia tota simul semel & semp. absorbe me in claritatis abyssum: vt videam vndiqꝫ te in te: et me in te: et cuncta sub te. Ne derelinquas me ne accrescant vmbre ignorantie mee: et multiplicẽtur delicta mea. Sine te enim omnia sunt michi tenebre: omnia mala quia nichil bonum sine te vero solo et summo bono. Hoc confiteor: hoc scio domine deus meus: quia vbicunqꝫ sine te: male est michi preter te: non soluꝫ extra me: sed etiam in me: quia omnis copia que non est deus meus michi est egestas. Satiabor tunc cum apparuerit gloria tua. Et tu domine vita mea beata: facvt miseriam meam confitear tibi. ex quo ab vnitate bonitatis tue sũmo et vno bono temporalium rerũ mĩtiformitas lapsum me per carnales sẽsus dissipauit: et ab vno in multa diuisit: et facta est michi abundantia laboriosa: & egestas copiosa: dum aliđ & aliud sequebar: & a nullo implebar: dũ nõ in me inueniebã te icõmutabile & singula

re ꝛ indiuisum vnum bonū:qd ꝯsecut⁹
non egeo:qd ꝯsecutus nō doleo. quod
possidens satiat totum desideriū meū.
Heu miseria sup miseriam cum misera
aīa mea a te refugit.cū quo semꝑ abū-
dat ꝛ gaudet:ꝛ sequtur mundū cu; quo
sꝑ eget ꝛ dolet. J Mūdus cla
mat deficio.tu dñe clamas: reficio:ꝛmi
seria mea praua magis sequtur deficien
tem ꝙ̄ reficientē plane infirmitas mea
hec est. Medice spirituū sana illā vt cō
fitear tibi:salus anime mee toto corde
meo super omibus beneficiis tuis qui-
bus pascis me a iuuentute mea et vsqꝫ
in senectam ꝛ seniū. Te deprecor per te
ipsum ne derelinquas me fecisti me cū
non essem.redemisti me cum perissem.
perierā mortuus fuerā:ad mortuū de-
scēdisti:mortalitatē suscepisti. ad seruū
rex descēdisti.vt seruū redimeres te ip-
sum tradidisti.vt ego viuerē tu mortē
suscepisti.mortem vicisti. me restaura-
sti cum te humiliasti:perierā: abieram
in peccatis:venundatus erā : venisti ꝓ
me vt redimeres me.ꝛ tantum me dile
xisti vt sanguinem tuū in preciu; dares
pro me dilexisti me dñe plusꝙ̄ te : quia
mori voluisti. Tali pctō :tā charo pre-
cio reduxisti me de exilio:redemisti me
de seruitio : retraxisti me de supplicio:
vocasti me nomine tuo:signasti me san
guine tuo:vt memoriale tuū semꝑ esset
apud me.ꝛ nūꝙ̄ recederet a corde meo
qui pro me non recessit a cruce. Unxisti
me oleo tuo quo tu vnct⁹ fuisti : vt a te
christo dicerer christianus. En in mani
bus tuis descripsisti me : vt semper sit
memoria mea apud te:si tamē memo-
ria tua iugiter fuerit apud me. Sic igi
tur gratia tua semper ꝛ misericordia ꝓ
uenerūt me. De multis nāqꝫ ꝛ magnis
periculis sepe liberasti me liberator me-
us. quando erraui ad viam reduxisti
me.quando ignoraui docuisti me.quā-
do peccaui corripuisti me. quando fui
tristis consolatus es me.qñ desperaui
confortasti me.qñ cecidi erexisti me qñ
steti tenuisti me.quando iui deduxisti
me. qñ veni suscepisti me. qñ dormiui
custodisti me.qñ clamaui exaudisti me

¶ Qd deus ꝑpetua intētiōe cōsiderat
opa ꝛ intētiões hoim. K Ca.xxiiij.

Hec eī ꝛ multa alia beneficia
fecisti dñe de⁹ me⁹ vita aīe
mee:de quibus dulce esse; mi
hi sꝑ loqꝫ:semꝑ cogitare:sꝑ
tibi gratias agere.vt possim te sꝑ pro
oībus bonis tuis laudare ꝛ amare te
toto corde meo: ꝛ tota aīa mea et tota
mente mea: et tota fortitudine mea:si-
mul ex oībus medidullis ꝛ intimis cor
dis mei:et oīm compagū meaꝝ.beata
dulcedo domine de⁹ meus oīm qui dle
ctātur in te. Sed iꝑfectum meū vide
runt oculi tui.oculi inꝙ̄ tui multo lu-
cidiores sunt sole:circūspicientes vias
hoim et profundum abyssi:et i omni lo
co contēplantur semper bonos et ma-
los. Cu; enim cunctis presideas singu-
la implens:totus semper vbiqꝫ presens
cunctorūqꝫ cura; agens que creasti : qꝛ
nihil odisti eorū que fecisti. sic gressus
meos semitasqꝫ cōsideras:ꝛ die noctu-
qꝫ super custodiam meam vigilas:om-
nes semitas meas diligēter notās:spe-
culator ꝑpetu⁹: veluti si toti⁹ creature
tue celi et terre oblit⁹:tantum me solu;
consideres:ꝛ nihil sit tibi cure de aliis.
Nec eī crescit lux incommutabilis vi-
sionis tue si tantū vnū aspiciat:neqꝫ mi
nuit si innumera videat et diuersa. Qꝛ
sicut vnum totū simul perfecte conside-
ras:sic singula quelibet licet diuersa ꝑ-
fecte simul totaqꝫ totus conspicit visus
tuus. Sed sic oīa sicut vnū.ꝛ sicut vnū
sic singula. totus simul sine diuisione
vel cōmutatione vel diminutione consi
deras. Itaqꝫ totus tu in toto tēporis si-
ne tempore totū me simul semper con-
sideras:ac si nihil aliud considerare ha
beas. Sic igitur super custodiam meā
stas:sicut si omniū oblitus sis et michi
soli intendere velis. Semper quippe
te presentem exhibes : semper te para-
tum offers:si me paratū inuenis. Quo-
cunqꝫ iero tu me domine nō deseris ni-
si prior ego te deseram. Ubicunqꝫ fue-
ro non recedis:quoniam vbiqꝫ et quo-
cunqꝫ iero inueniā te per quem possim
eē ne peream sine te:cum sine te esse nō

possim. Fateor quidem: quia quicquid facio et quecunque facio ante te facio. et quid quid est quod facio melius tu vides quam ego qui facio. Quicquid enim semper opero: tu pariter semper presens assistis. vt pote perpetuus inspector omnium cogitationum intentionum delectationum et operationum mearum. Domine ante te est semper omne desiderium meum: ante te tota cogitatio mea. Tu domine vides vnde veniat spiritus. vbi sit. et quo vadat quia tu es omnium spirituum ponderator. et vtrum radix sit dulcis an amara de qua foris pulchra folia emittuntur. L

Tu iudex interius melius ipse nosti: et etiam medullas radicum subtilius perscrutaris. et non solum intentionem sed radicis eius medullam intimam discertissima tue lucis veritate colligis numeras contueris et consignas: vt reddas vnicuique non solummodo secundum opera vel intentionem: sed etiam secundum ipsam interiorem absconditam medullam radicis de qua procedit intentio operantis.

Ad quid tendo cum operor. quicquid cogito: et in quocunque delector: tu vides: aures tue audiunt: oculi tui vident et considerant: signas attendis notas et scribis in libro tuo siue bonum siue malum: vt reddas postea pro bono premia: et pro malo supplicia. quando aperientur libri et iudicabuntur secundum hec que fuerunt scripta in libris tuis. Hoc est forte quod iam dixisti nobis. Considerabo nouissima eorum. et quod de te domine dicitur. Uniuersorum finem ipse considerat: quoniam tu quidem in omnibus que agimus finem intentionis magis quam actum operationis attendis. Cumque hoc diligenter considero domine deus meus terribilis et fortis: timore pariter et ingenti rubore confundor: quoniam nobis magna est indita necessitas iuste recteque viuendi: qui cuncta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis.

¶ Quod homo per se nihil potest sine diuina gratia. M Ca. xv.

Fortissime magnipotens deus spirituum vniuerse carnis: cuius oculi sunt super omnes vias filiorum Adam: a die natiuitatis eorum vsque in diem exitus eorum: vt reddas vnicuique secundum opera sua bona vel mala. Ostende mihi vt confitear tibi paupertatem meam: quoniam dixi quod diues essem et nullius egerem: et nesciebam quoniam pauper eram: cecus: nudus: miser et miserabilis. Credebam enim me fore aliquid cum nihil essem. Dixi sapiens efficiar: et stultus factus sum. Cogitabam me esse prudentem et deceptus sum. Et video nunc quia donum tuum est: sine quo nihil possumus facere. quia nisi tu domine custodieris ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Sic docuisti me vt cognoscerem me: quia dereliquisti me et probasti me. non propter quod cognosceres me: sed propter me vt cognoscerem me. Nam vt dixi domine credebam me aliquid fore ex me. existimabam me sufficere per me: nec percipiebam quoniam tu regebas me: donec aliquantulum te elongasti a me: et cecidi statim in me. et vidi et cognoui quoniam tu regebas me. et quod cecidi fuit ex me: et quod surrexi fuit ex te. Aperuisti mihi oculos lux et excitasti et illuminasti me: et vidi quoniam tentatio est vita hominis super terram: et quod gloriari non valeat ante te omnis caro: nec iustificatur omnis viuens: quoniam si quid boni est paruum vel magnum: donum tuum est: et nostrum non nisi malum est. Unde igitur gloriabitur omnis caro? Nunquid de malo? Hec non est gloria sed miseria. N

Sed nunquid gloriabitur de bono? nunquid de alieno? Tuum domine est bonum: tua est gloria. Qui enim de bono tuo gloriam sibi querit et non tibi querit: hic fur est et latro et similis est dyabolo qui voluit furari gloriam tuam. Qui enim laudari vult de tuo dono: et non querit in illo gloriam tuam sed suam. hic licet propter tuum donum laudetur ab omnibus: a te tamen vituperatur: quia de dono tuo non tuam sed suam gloriam quesiuit. Qui autem ab hominibus laudatur vituperante te: non defendetur ab hominibus iudicante te: nec liberabitur con

demnante te. At tu tu dñe formatorme us ex vtero matris mee: non me sinas cadere in illam vt exprobretur michi furari voluisse gloriam tuam. Tibi enim sit gloria cuius ē omne bonum: nobis autem confusio faciei z miseria quorū est omne malū: nisi tu volueris misereri. Misereris quippe domine misereris omnium. z nihil odisti eorum que fecisti et das nobis de bonis tuis: et ditas nos dñe deus inops optimis donis tuis. Quoniam diligis pauperes et diuites facis eos diuitijs tuis. Ecce nūc domine pauperes filij tui sumus: et pusillus grex tu⁹: aperi nobis ianuas tuas et edent pauperes z satiabuntur: et laudabunt te qui requierunt te. Scio etiam domine et confiteor docente te: qñiam illi soli qui cognoscunt se pauperes et confitentur tibi paupertatem suam: ditabuntur a te: quoniam qui se diuites existimant cum sint pauperes a tuis diuitijs inueniētur exclusi. Ego igitur cōfiteor tibi dñe deus me⁹ paupertatē meam z sit tibi tua gloria tota: quoniā tuū est omne bonum per me gestū. Dñe cōfiteor vt docuisti me: nichil aliud sum q̄ vniuersa vanitas et vmbra mortis: et abyssus quedam tenebrosa: et terra inanis et vacua: que sine tua benedictiōe germinat: fructum quoqꝫ non facit nisi confusionem peccatum et mortē. ¶ Siquid boni vnq̄ habui a te recepi: quicquid boni habeo tuum est vel a te hēo. Si qñ steti p te steti: sed qñ cecidi p me cecidi: z semper in luto iacuissem nisi tu me erexisses. semp cecus fuissem nisi tu me illuminasses. Quando cecidi nunq̄ surrexissem nisi tu michi manum porrexisses. Postq̄ me etiam erexisti semper cecidissem nisi tu me sustinuisses. Sepius perijssem nisi me gubernasses. Sic semper domine sic semper gratia tua et misericordia tua preuenit me: liberans me ab omnibus malis: saluans a preteritis: suscitans a presentibus: et muniens a futuris. precidens etiam ante me laqueos peccatorū: tollens occasiōes et causas: quia nisi tu hoc michi fecisses ego oia peccata mūdi fecissē. Quoniam scio dñe q̄ nullū peccatū est quod vnq̄ fecerit homo: qd nō possit facere alter homo: si creator desit a quo factus est homo. Sed q̄ non facerem tu fecisti q̄ abstinerem tu iussisti: z q̄ tibi crederem gratiā tu infudisti. Tu nanqꝫ dñe regebas me tibi: seruabas me tibi: z michi vt adulterium z omne aliud peccatū nō cōmitterē gratiā z lumē donasti.

¶ De dyabolo z multiplicibus tētationibus eius. ¶ Ca.xvi

Tentator defuit: et vt deesset tu fecisti. locus et tempus defuit: et vt hec deessent tu fecisti. Affuit tentator nō defuit locus: nō defuit tp̄s: sꝫ vt nō consentirem tu me tenuisti. Uenit tentator tenebrosus vt est: z vt eum despicerem tu me confortasti. Uenit tentator armatus z fortis: z vt me non vinceret tu eum refrenasti z me roborasti. Uēit tentator transfiguratus in angelum lucis: z vt me non deciperet tu eum increpasti: z vt eum cognoscerem tu me illuminasti. Ipse enim est draco ille magn⁹ et rufus: serpens antiquus: vocatus dyabolus et sathanas: habens capita septem: et cornua decem: quem creasti ad illudendum huic mari magno z spacioso: in quo raptant animalia quorū non est numerus. et animalia pusilla et magna idest diuersa dominorum genera: qui nichil aliud die noctuqꝫ operantur: nisi quia circūeunt querentes quem deuorent: nisi tu eripias. Ipse enim est antiquus ille draco qui ortus est in paradiso voluptatis: qui cauda sua trahit tertiam partem stellarum celi: et eas mittit in terram: qui veneno suo corrumpit aquas terre: vt bibentes homines moriantur. et qui sternit sibi aurum quasi lutum: et habet fiduciam q̄ influat iordanis in os suum q̄ factus est vt nullum timeat. Et quis defendet a morsibus eius: quis eruet ab ore eius: nisi tu domine qui confregisti capita draconis magni. ¶ Pretēde domine super nos alas tuas vt fugiamus sub eis a facie draconis huius qui nos persequitur. z

scuto tuo libera nos a cornibus eius. Hoc enim est continuũ studiũ eius. hoc vnicum desiderium suuz. vt animas q̃s creasti deuoret. Et ideo deus meus ad te clamamus: libera nos ab aduersario nostro quotidiano. qui siue dormiamus siue vigilemus & siue comedamus siue bibamus: siue quodcunq3 opus operamur: omnibus modis instat die ac nocte fraudibus et artibus. nunc palam: nunc occulte: sagittas venenatas contra nos dirigens: vt interficiat animas nostras. Et tñ dñe pessima insania nostra quia cũ continue videamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum: nichilominus dormimus et lasciuimus in pigriciis nostris tanq̃ securi ante eum: q̃ nihil aliud desiderat q̃ vt nos perdat. Inimicus vt occidat semp vigilat sine somno: & nos vt custodiamus nos nolumus euigilare a somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos: & omnes vias nostras variis repleuit decipulis ad capiendas animas nostras. Et q̃s effugiet? Laqueos posuit in diuitiis. laqueos posuit in paupertate. laqueos tetendit in cibo: in potu: in voluptate: in somno et in vigilia: laqueos posuit in verbo et in opere et in omni via nostra. Sed tu domine libera nos de laqueo venantium et a verbo aspero vt confiteamur tibi dicentes. Benedictus dñs q̃ nõ dedit nos in captionẽ dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

¶ Q² deus est lux iustorum. Capitulum. xvij.

Et tu quidem dñe lux mea illumina oculos meos vt videam lumẽ: & ambulẽ i lumie tuo: & nõ impigar in laq̃os ei⁹. Quis ei euadet laq̃os istos m̃tos nisi videat eos? & q̃s videbit eos nisi quẽ illumiaueris lumine tuo? Ipe enĩ paẽ tenebrarũ laqueos suos abscondit in tenebris suis: vt capiantur in eis omnes qui sunt in tenebris suis. qui sũt filii tenebrarũ harũ. non videntes lumen tuum. in quo qui ambulat non timebit. q̃ enim ambulat in die non offendit. q̃ autem in nocte ambulat offendit. quia lux non est in eo. Tu lux domine. tu lux filiorum lucis. tu dies q̃ nescis occasũ: in qua ambulant filii tui sine offensione: & sine qua oẽs qui ambulant in tenebris sunt. quia te lucẽ mũdi non habent. Ecce quotidie cernim⁹: quia quo magis a te vero lumine quis elongat: eo magis peccatorum inuoluitur tenebris. et quo magis ẽ i tenebris eo minus videt laqueos in via sua & iõ minus cognoscit. et idcirco sepius capitur et cadit in eis. et quod est horribilius etiam se cecidisse ignorat. Qui vero suum casum ignorat: eo minus curat surgere: quia se estimat adhuc stare. Tu vero lux mentis domine de⁹ meus nunc illumina oculos meos vt videam & cognoscam: ne corruam in conspectu aduersariorum meoruz. Etenim in exterminium nostrum laborat inimicus noster. queз petimus vt facias liquefieri a facie nostra: sicut cera liquescit a facie ignis. Quoniam domine ipẽ est latro primus & vltimus: qui consilium fecit vt raperet gloriã tuam. qm̃ inflat⁹ & elatus crepuit et cecidit in faciem suã: et deiecisti eum de monte sctõ tuo: et de medio lapidum ignitorum: in quorum medio ambulauit. Et nũc vita mea domine de⁹ me⁹. ex quo cecidit non cessat psequi filios tuos. Et in odium tuum o rex magne: cupit perdere hanc creaturam tuam: quã creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuam: vt possideat gloriã tuã quã ipẽ perdidit p superbiam suam. Sed contere eum fortis noster: ante nos agnos tuos: et illumina nos vt videamus laqueos quos ipse parauit: et euadamus ad te o leticia israel. Et hec omnia tu domine melius nosti. q̃ nosti contentionẽ eius et ceruicẽ eius durissimam. Nec hoc dico vt ostẽdam tibi: quia omnia vides et nulla te latet cogitatio. Sed ãte pedes tue maiestatis de inimico meo querimonia facio: iudex eterne vt et ipsum damnes: et nos filios tuos salues: quorum forti

tudo tu es. Versutus est enim domine iste homo stis et tortuosus. nec facile deprehendi possunt circuitus vie eius: nec cognosci species vult eius nisi tu illumines. Nam nunc hic: nunc illic. nunc agnum: nunc lupum. nunc tenebras: nunc lucem se ostendit. et singulis quibuslibet qualitatibus locis et temporibus secundum varias rerum mutationes: varias exhibet temptationes. Nam vt tristes decipiat tristatur et ipse vt gaudentes illudat fingit se et ipse gaudere. vt spiritales defraudet in angelum lucis se transfigurat. vt fortes comprimat apparet agnus. vt mites devoret apparet lupus. ¶ Hec quidem omnia secundum similitudinem variarum temptationum effici habet. sicut alios a timore nocturno: alios a sagitta volante in die. alios a negocio perambulante in tenebris: alios ab incursu: alios a demonio meridiano. Et ad hec quis ydoneus vt cognoscat? quis revelabit speciem indumenti eius? et gyrum dentium eius quis agnoscet? En abscondit sagittas suas in pharetra. et laqueos etiam abscondit sub specie lucis: et hoc difficilius perpendit nisi a te domine spes nostra lumen assumamus vt videamus. Nam non solum in carnis operibus que de facili cognoscuntur: non tamen in ipsis viciis sed in ipsis spiritalibus exercitiis laqueos abscondit. subtiles et sub virtutum colore ipsa vita induit et transmutat se in angelum lucis. Hec et multa alia nititur contra nos ipse filius belial. ipse satan: domine deus noster. Et nunc vt leo: nunc vt draco: manifeste et occulte: intus et extra die ac nocte insidiatur vt rapiat animas nostras. Et tu eripe nos domine qui salvas sperantes in te: vt ipse deleat: et tu lauderis in nobis domine deus noster.

¶ Iterum de beneficiis dei. Capitulum. xviii

Ego autem filius ancille tue que me recommendavit manui tue. iam his meis paupercu lis confessionibus confitear tibi liberator meus toto corde meo. et recolam ad mentem meam omnia bona que fecisti mihi a iuventute mea. in omni vita mea. Scio namque quod ingratitudo multum tibi displiceat: que est radix totius mali spiritualis. et ventus quidam desiccans et vrens omne bonum obstruens fontem divine misericordie tue super hominem: qua et mortua iam non oriuntur. et viva iam opera moriuntur et vltra non adipiscuntur. Et ego domine gratias tibi ago ne sim ingratus tibi liberator meus: quoniam liberasti me. Quotiens me iam absorbuerat ille draco. et tu domine ab ore eius extraxisti me. Quotiens ego peccavi et ipse paratus fuit deglutire me. sed tu domine deus meus defendisti me. Cum contra te inique agebam cum tua mandata frangebam: stabat ipse paratus vt me raperet ad infernum: sed tu prohibebas: Ego te offendebam: et tu me defendebas. Ego te non timebam et tu me custodiebas. A te recedebam et inimico meo me exhibebam. tu ipsum ne me acciperet deterrebas. Hec michi tu domine deus meus beneficia conferebas: et ego miser non cognoscebam. Sic enim me multotiens a faucibus diaboli liberasti. de ore leonis eripuisti. et ab inferno licet nescientem me multis vicibus reduxisti. Descendi enim vsque ad portas inferni: et ne illuc intrarem tu me tenuisti. Appropinquabam vsque ad partas mortis: et ne me ipse caperent tu fecisti. De morte etiam corporis sepius eripuisti me salvator meus: cum graves morbi tenerent me: cum fui in periculis multis per mare per terras: ab igne et gladio: et ab omni periculo liberans: semper michi astans et misericorditer salvans. ¶ Sciebas tu quidem domine: quia si tunc mors me occupasset: infernus animam meam suscepisset: et perpetuo damnatus fuissem. Sed tua misericordia et tua gratia preuenit me: eripiens me de morte corporis: et de morte anime domine deus meus. Hec et multa micht tua alia beneficia exibuisti. et ego eram cecus et non cognovi donec illuminasti me. Nunc igitur lux anime mee domine de

us meus: vita mea: per quam viuo. lumen oculorū meorum per quod video. En illuminasti me ⁊ cognosco te: quia viuo per te: et gratias ago tibi licet viles ⁊ exiles ⁊ impares beneficijs tuis: quales habet mea fragilitas offero.

Quia tu es solus de⁹ meus: creator meus benign⁹ qui amas nostras animas ⁊ nihil odisti eorum que fecisti. En ego primus inter peccatores quos saluasti vt exemplum alijs tribuam benignissime pietatis tue. Confitear tibi beneficia tua magna: quia eripuisti me de inferno inferiori semel ⁊ secundo ⁊ tertio et centies et millies. ⁊ ego semper ad infernum tendebam: et tu me semper reducebas: ⁊ iuste millies damnasses me si voluisses. noluisti: quia amas aīas ⁊ dissimulas peccata hominum propter penitentiam dñe deus meus multe misericordie in omnibus vijs tuis. Nunc ergo video hec dñe de⁹ me⁹: ⁊ cognosco per lumen tuum. et deficit anima mea in misericordia tua magna que est super me: quia eripuisti animā meā ex inferno inferiori: ⁊ me ad vitam reduxisti.

x Totus enim eram in morte: totū me resuscitasti. Tuū igitur sit totū id quod viuo. ⁊ totus totū me tibi offero. Totus spūs. totum cor totū corpus tota vita mea viuat tibi vita mea dulcis. quoniā totū me liberasti vt totum me possideres. totū me refecisti vt totum me rehaberes. Diligam te igitur domine virtus mea. diligam te ineffabilis exultatio mea: ⁊ viuat iam non mihi sed tibi tota vita mea: que perierat in miseria mea: resuscitata est in misericordia tua. qui es deus misericors et miserator et multe misericordie in milia his qui diligunt nomen tuum. Idcirco domine deus meus sanctificator meus iussisti mihi lege tua: vt diligam te toto corde meo. tota anima mea: tota mente mea: tota fortitudine mea: ⁊ totis viribus meis. et etiam ex intimis medullis cordis mei: omnibus horis et momentis: quibus fruor bonis misericordie tue. quoniam semper perirē: nisi quia semper regis me. semper morerer nisi quia semper me viuificas. et omni momēto me tibi obligas: dū omni momento mihi tua magna beneficia prestas. Sicut ergo nulla est hora vel punctus in omni vita mea quo tuo beneficio non vtar. sic nullum debet esse momentum quo te non habeam ante oculos in mea memoria. et te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi: cuius est omne donum bonum ⁊ omne datum optimum descēdēs a patre luminum. apud quē non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Non enim est volentis neque currentis: sed tui miserentis vt diligamus te. Tuum est dñe hoc donū cuius est omne bonum. Iube te diligi: da quod iubes ⁊ iube quod vis.

¶ De feruore dilectionis vel charitatis Capitulum. xix.

Amo te deus me⁹: magisque semper amare cupio quia tu es reuera omni melle dulcior. omni lacte nutribilior ⁊ omni luce clarior. Idcirco super omne aurum ⁊ argentum ⁊ lapidē preciosū es mihi charior. displicebat enim mihi quicquid agebam in seculo pre dulcedine tua ⁊ decore dom⁹ tue quā dilexi. O ignis qui semper ardes ⁊ nunquam extingueris o amor qui semper ferues ⁊ nunquam tepescis accende me. Accēdar inquam totus a te vt totus diligam te. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. Diligam te domine quoniam tu prior dilexisti me. Et vnde michi verbū vt explicē signa dilectionis tue. maxime erga me propter innumera bñficia tua: quib⁹ a principio educasti me. Post bñficium nēpe creationis quando in principio de nichilo ad imaginem tuā creasti me: honorificās ⁊ exaltās me inter eas creaturas quas fecisti: ⁊ nobilitans lumine vultus tui quo signasti superliminare cordis mei quo ab insensibilibus pariter et sensibilibus brutis discreuisti me: et paulominus ab angelis minuisti. Parum ⁊ hoc fuit ante conspectum diuinitatis

tue:quoniam quotidianis et singularibus maximisque donariis tuorum beneficiorum me sine intermissione nutrivisti:et quasi filium tuum paruulū tenellum vberibus tue consolotionis lactasti et confortasti me. Ut enim tibi totus seruirem:omnia quecunque fecisti in meum seruitium tradidisti.

¶ Qr deus subiecit omnia seruituti hominum. 3

Capitulum. xx.

Omnia sub pedibus hominis subiecisti. vt sol⁹homo tot⁹tibi subijceref. Etvt tu us tot⁹homo esset sup omni tua dominatus ē homo Exteriora nempe ꝑ corpore cūcta creasti.ipm vero corp⁹pro aīa.aīa vero pro tevt tibi soli vacaret:et te soluȝ amaret. possidens te ad solatium.inferiora vo ad seruitium. Quicquidenim celi ambitu cōtinef inferius ab anima humana est.que facta estvt summum superi⁹ possideret.cuius possessione beata fieret.cui si adheserit cunctorum mutabilium inferiorū necessitudines supergrediens illius summe maiestatis cuius emulatur speciem:eterne immortalitatis faciē cū serenitate videbit. Tūc vero illis bonis optimis fruef in domo domini .quorum comparatione cuncta hec que hic cernimus velut nihilū computantur. Illa sunt que oculus non vidit:nec auris audiuit.nec in cor hominis ascenderūt q̄ preparauit deus diligētibus se. Et hec quidem dn̄e datur⁹ es anime. His etiam quotidie letificas animas seruorum tuorum q̄ amas animas. Quid miror hec dn̄e deus meus imaginē quippe tuā honorificas et similitudinem tuam ad quam create sunt. Nam et corpori nostro licet adhuc corruptibili et ignobili vt videret dedisti celi claritatē per manum ministrorum tuorum indefessorum solis et lune: qui precepto tuo iugiter die ac nocte deseruiunt filijs tuis:vt spiraret largitus es aeris puritatem:vt audiret sonoruȝ varietates:vt odoraret odorum suauitates : vt gustaret saporum qualitates: vt contrectaret dedisti corpulentium omnium grossitates. Adiuuamenta suis necessitatibus dedisti iumenta.volucres quoque celi et pisces maris. et fruct⁹ terre ad reficiendum impendisti. Medicinas de terra propter singulas quasque suas corruptelas creasti . singula solatia singulis malis obuiantia preparasti.quoniam es misericors et miserator et nouisti figmentum nostrum figulus noster:et nos omnes quasi lutum in manu tua.

¶ Qr ex consideratione bonorum temporaliuȝ colligitur magnitudo celestis consilij. B

Capitulum. xxi.

Sit aperi mihi misericordia tua magna . lumine tuo illustra queso magis adhuc vt mihi magis aperiatur. Nam ex his minimis tua magna. et ex his visibilibus tua inuisibilia comprehendimus domine deus sancte et bone creator noster. Si enim mi domine pro hoc corpore ignobili et corruptibili taȝ magna et innumera beneficia prestas a celo et aere:a terra et mari . a luce et tenebris . a colore et vmbra rore et imbre . ventis et pluuijs . volucribus et piscibus : bestijs et arboribus. et multiplicitate herbarum et germinum terre: et cunctarum creaturarum tuarum ministerio nobis successiue per sua tempora ministrantium vt alleues fastidium nostrum.qualia queso et q̄ magna et innumerabilia erunt illa bona que preparasti diligentibus te : in illa celesti patria vbi te videbimus facie ad faciem. Si tanta facis nobis in carcere : quid ages in palacio? Magna et innumerabilia sunt opera tua domine rex celorum. Cum enim sint hec omnia valde bona et delectabilia: que bonis pariter malisque communia tradidisti . qualia futura sunt, illa que solis bonis recondisti. Si tam innumera et varia dona tua : que nunc amicis pariter tribuis et inimicis : q̄ magna et innumerabilia: q̄ dulcia et delectabilia: que solis tuis es largiturus.

amicis? Si tanta solacia in hac die lachrymarum: quanta cōferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet carcer: quanta queso continet patria? Oculus non vidit deus absq; te que preparasti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudinem magnificentie tue est etiam multitudo magna dulcedinis tue quā abscondisti timentibus te. Magnus enim tu es domine deus meus ⁊ immensus. nec est finis magnitudinis tue. nec est numerus sapientie tue: nec est mensura benignitatis tue: nec est finis nec numerus nec mensura retributionis tue. sed sicut magnus es tu: ita magna sunt donaria tua. quoniam tuipse premium ⁊ donum omnium legitimorum tuorum pugnatorum.

¶ De diuina dulcedo omnem presentem mundi amaritudinem tollit B
Capitulum. xxij.

Hec sūt beneficia magna tua domine deus. sctificator sanctorum tuorū: quibus repleturus es inopiam esurientium filiorū tuorum. qm̄ factus es spes desperatorum ⁊ consolatio desolatorū. tu corona spei que ornata est gloria preparata vincentibus. Tu famelicorum satietas eterna danda esurientibus. Tu consolatio sempiterna: qui solis illis te tribuis qui consolationem huius mundi pro tua perpetua consolatione contemnunt. Nam qui hic consolatur indigni tua consolatione habentur. Sz qui hic cruciantur a te consolantur: ⁊ q̄ participant passionibus: participant ⁊ consolationibus. Nemo enim potest in vtroq; seculo consolari: nec potest quis hic et in futuro gaudere: sed vnum necesse est vt perdat qui alterum voluerit possidere. Hec vbi considero domine consolator meus. In hac vita renuit cōsolari anima mea vt digna habeatur tuis consolationibus eternis. quia iustum est vt amittat te quicunq; in aliquo alio magis consolari eligit q̄ in te. Et obsecro summa veritas te per te nō permittas me in aliqua consolatione vana consolari. Sed peto vt omnia mihi amarescant: vt tu solus dulcis appareas aie mee qui es dulcedo inestimabilis per quā cuncta amara dulcorant. Tua enī dulcedo stephano lapides torrētis dulcorauit. tua dulcedo craticulā beato laurētio dulcē fecit pro tua dulcedine ibant apl̄i gaudentes a conspectu concilij: qm̄ digni habiti sunt pro nomine tuo cōtumeliam pati. Ibat ādreas securus ad crucē ⁊ gaudēs. qm̄ ad tuam dulcedinē ꝓperabat. Hec tua dulcedo ipos apostolorū princeps sic repleuit vt pro ipsa crucis patibulum vnus eligeret: alter quoq; caput ferienti gladio supponere non timeret. Pro hac emēda bartholomeus ꝓpriam pellem dedit. Pro hac quoq; gustanda veneni poculum intrepidus iohannes potauit Hanc vero vt gustauit petrus oim̄ inferiorum oblitus clamauit quasi ebrius dicens. Dn̄e bonū est nobis hic esse. faciamus hic tria tabernacula. hic moremur: te contemplemur. quia nullo alio indigemus. sufficit nobis domine videre te: sufficit inquit tāta dulcedine satiari. Unā enī stillam dulcedinis ille gustauit: ⁊ omnem aliam fastidiuit dulcedinem. Quid putas dixisset si magnam illam multitudinem dulcedinis diuinitatis tue gustasset: quam abscondisti timētibus te? Hanc tuā dulcedinē ineffabilē ⁊ illa gustauerat virgo: de qua legimus q̄ letissima ⁊ gloriauter ibat ad carcerē: quasi ad epulas inuitata. Hāc vt reor ⁊ ipse gustauerat qui dicebat. Q̄ magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timētibus te. qui ꝯmonebat. gustate ⁊ videte quoniam suauis est dn̄s. Hec est enī illa beatitudo dn̄e deus noster quā expectamus donantum te nobis: pro qua tibi dn̄e continue militamus. pro qua tibi mortificamur tota die: vt in tua vita tibi viuamus

¶ De tota spes nostra et desiderium cordis nostri debet esse in deum. D
Capitulum. xxiij.

Tu autem domine expectatio israel: desiderium ad qd̄ suspirat cor nostrū quotidie

festina ne tardaueris. Surge ꝓpera et
veni : vt educas nos de isto carcere ad
cõfitendũ nomi tuo: vt gloriemur in lu
mine tuo. Aperi aures tuas clamorib⁹
lachrymarũ pupilloꝝ tuorum: qui cla=
mant ad te: pat nr̃. da nobis hodie pa=
nem nr̃m quotidianũ. in cuius fortitu=
dine ambulem⁹ die ac nocte: vsq; quo ꝑ
ueniam⁹ ad montẽ sctm̃ tuum oreb. Et
ego paruulus inter paruulos familie
tue: de⁹ pat e virt⁹ mea: qñ veniã ꝛ ap=
parebo añ faciẽ tuã: vt q̃ nũc tibi cõfi=
teor ad tps: ertũc confitear tibi inefnuz
Btũs ero si fuero amiss⁹ ad videndum
claritatẽ tuam. Quis mihi hoc tribu=
at vt ad hoc venire permitas me? Scio
dñe scio ꝛ confiteor me indignum vt in=
trem sub tectum tuũ. sed fac ꝓpter ho=
norem tuũ. ꝛ ne cõfundas in te sperãtẽ
seruũ tuũ. Et q̃s intrabit in sanctuariũ
tuũ ad considerandas potentias tuas
nisi tu apias? Quis autez aperiet si tu
clauseris? Si destruxeris nemo ẽ q̃ edi=
ficet. Et si incluseris hoiem nemo est q̃
aperiat. Si continueris aquas omnia
siccabuntur. Et si emiseris eas subuer=
tẽt terrã. Si oia q̃ fecisti ad nihilũ redi
gis: q̃s contradicet tibi. porro sempit=
na bonitas mĩe tue q̃ fecisti omia que=
cũq; voluisti. Tu nos fecisti fabricator
mũdi: rege nos. tu nos creasti ne sper=
nas nos. q2 opa tua sumus. Et q̃dem
dñe de⁹ noster: nos lutũ ꝛ vermiculi nõ
valem⁹ in tuas eternitates intrare ni
si tu induxeris q̃ de nihilo cũcta creasti

¶ Qr salus nostra ex deo est. E
Capitulum, xxiiij.

SEo aũt opus manuũ tuaꝝ
cõfitebor tibi ĩ timore tuo.
q2 nõ in arcu meo sperabo:
ꝛ gladi⁹ me⁹ nõ saluabit me
sȝ dextera tua ꝛ brachiũ tu
um ꝛ illuminatio vultus tui: alioq̃n de
sperarẽ. qm̃ spes mea tu es qui creasti
me qm̃ nõ derel iquis sperãtes in te. Tu
quippe es dñs deus noster suauis ꝛ pa=
tiens in misericordia disponens omnia
Nam si peccauerim⁹ tui sumus : si non
peccauerimus tui sumus. quoniã apud
te sumus computati. Nos folium vni=
uersi: ꝛ vanitas est omnis homo viuẽs
ꝛ ventus est vita nostra super terram.
Ne irascaris si cadimus pupilli tui. q̃=
niam tu nosti figmentum nostrum do=
mine deus noster. Num deus inexsti=
mabilis fortitudinis contra folium qḋ
a vento rapitur ostendere vis potẽtiaȝ
tuam: ꝛ stipulam siccam persequeris?
Num damnabis israel rex eterne canẽ
vnũ? Num damnabis pulicem vnum?
Audiuimus de misericordia tua domi
ne: quoniã tu mortẽ non facis nec leta=
ris in perditione morientium. Propt
te domine oram⁹ te. ne permitas me do=
minari quod non fecisti huic creature
tue quam fecisti. Si enim doles de ꝑdi=
tione: quid te prohibet domine: qui om
nia potes ne sẽper lateris de nostra sal=
uatione? Si vis potes me saluare. ego
autẽ ꝛ si vellem non possem. Magna ẽ
multitudo miseriarum mearum mecũ
Velle quippe michi adiacet : perficere
autem non inuenio. Velle quod bonuȝ
est non possuȝ nisi tu velis. nec quod vo
lo possum nisi tua potentia me confor=
tet, et quod possum aliquando nolo: ni
si tua volũtas fiat sicut in celo et in ter
ra. Et quod volo ꝛ possum ignoro nisi
tua sapientia me illustret. Et si etiaȝ sci
entia quãdoq; volẽs quãdoq; valens. ĩ
imperfecta ꝛ vacua trãsit sapiẽtia mea
nisi adiuuer a vera sapiẽtia tua. In tua
autem voluntate cuncta sunt posita . et
non est qui possit resistere voluntati tue
domine vniuersorum : principatum te=
tens ois carnis. ꝛ quecunq; vis facis ĩ
celo: ꝛ in terra: in mari et in oibus abys
sis. In nobis igitur fiat voluntas tua:
super quibus inuocatum est nomen tu=
um. ne pereat hoc nobile psalma tuum
qḋ creasti propter honorẽ tuũ. Et quis
homo natus de muliere qui viuat ꝛ nõ
videat mortẽ? ꝛ eripiat animam suam
de manu inferi: nisi tu solus eripias vi
ta vitalis omnis vite: per quem omnia
viuunt?

¶ Qr voluntas humana inefficax sit
ad bona opera sine diuina gratia.
F Capitulum. xxv.

SEd enim iā tibi cofessus sū laus vite mee dñi: de⁹ meus virt⁹ salutis mee. Sperabā aliqñ in virtute mea q̄ tñ nō erat vtus. Et cū sic volui currere: vbi magis stare credebā: ibi magis cecidi: factusq; sū magis retro ꝛ nō añ ꝛ qd credebā cōsequi magis elōgatū est a me. Sic p multa similia vires meas probās: cognosco nunc quia illuminasti me: qm̄ quod magis credidi posse p me: min⁹ semper potui. Dicebā eni: hoc faciā: illud perficiam nec hoc nec illud faciebam. Aderat volūtas non erat facultas. Aderat facultas nō aderat volūtas. qm̄ de meis viribus ꝯfidebā. Nūc aūt cōfiteor tibi dñe de⁹ me⁹ pr̄ celi ꝛ terre: q: nō in fortitudine sua roborabitur vir: vt glorietur ante te stulta presumptio omis carnis. Non est hominis velle quod possit. aut posse qd velit: vel scire qd velit ꝛ possit sed potius a te gressus hominis dirigūtur: illorum inquā q non a se sed a te dirigi se confitentur. Obsecramus itaq; viscera misericordie tue. velis dñe saluare qd creasti. qm̄ si vis potes nos saluare. et in tua voluntate virtus est nostre salutis.

¶ De antiquis beneficijs dei. Capitulum. xxvi.

REcordare misericordie tue antique: qua nos a pricipio i bñdictiōib⁹ tue dulcedinis puenisti. Anteq; eni nascerer ego filius ancille tue: dñe spes mea ab vberibus matris mee. tu me preuenisti preparans mihi semitas quibus incederē ꝛ venirē ad gloriam domus tue priusq; me formares i vtero nouisti me et anteq; exirem de vulua quicquid tibi placuit preordinasti me. Que ꝛ qualia sint in libro tuo scripta de me in secreto consistorij tui: ego quidem ignoro. vnde et valde timeo: tu vero nosti. quoniam quod ego per successus dierū ꝛ temporum hinc ad mille annos hui⁹ temporalitatis expecto: in conspectu eternitatis tue iam factum est: et quod futurum est iā factum est. Ego autem stans in hac nocte tenebrosa hec ignorans timor et tremor venerunt super me: dum video mihi vndiq; imminere multa pericula: a multis quoq; hostibus venerari: multitudineq; innumerarum miseriarum in hac vita me circundari. Et nisi in tantis malis afforet mihi tuum adminiculum: desperarem. Sed spes mihi magna subest de te mitissime princeps deus meus: et consideratio multitudinis miserationum tuarum que apud te sunt subleuat mentem meam: et precedentia signa misericordie tue que me anteq; nascerer preuenerunt: et nunc specialiter in me euulserunt: de futuris benignitatis tue melioribus ꝛ perfectioribus muneribus: que amicis tuis reseruas: spem meam admonent: vt in te letetur dñe deus meus leticia sancta ꝛ viua: qua semper letificas iuuentutem meam.

¶ De angelis deputatis ad custodiam hominū. Ca. xxvij.

DIlexisti eni me vnice amor me⁹ āteq; diligerē te: ꝛ ad imaginē tuā creasti me: oib⁹ creaturis tuis ꝓposuisti me: quā dignitatē tunc q̄dē suo cū noueri te: pp quē fecisti me. Insuper facis āgelos tuos spūs pp me: qb⁹ mādasti vt custodiāt me in oībus vijs meis ne forte offēdā ad lapidē pedē meū. Hi enim sunt custodes super numeros ciuitatis tue noue hierusalē: et montes in circuitu eius: vigilātes ꝛ custodientes vigilias noctis super gregem tuū. ne quādo rapiat vt leo animas nostras dum non esset qui eriperet. ille antiqu⁹ serpens aduersarius noster diabolus q̄ quasi leo rugiēs semper circuit querēs quem deuoret. Hi sunt ciuis beate ciuitatis superne hierusalē: que sursum est mater nostra: in ministerium missi ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis: vt eos liberent ab inimicis suis et custodiant in omnibus vijs suis. confortent quoq; et moneant: et orationes filiorum tuorum offerant in conspectu glorie maiestatis tue. Diligunt nem

pe conciues suos: per quos sue ruine scissuras restaurari expectant. Ideoqꝫ magna cura et vigilanti studio assunt nobis omnibus horis ⁊ locis: succurrētes ⁊ prouidentes necessitatibus nr̄is: ⁊ solliciti discurrentes inter nos ⁊ te domine. gemitus nostros atqꝫ suspiria referentes ad te vt impetrent nobis facilem tue benignitatis propiciationem: ⁊ referant ad nos desideratam tue gratie benedictionem. Ambulant nobiscū in omnibus vijs nostris. intrant ⁊ exeūt nobiscū: attente considerantes ꝙ pie: ꝙ honeste in medio praue nationis cōuersemur. quātoqꝫ studio ⁊ desiderio queramus regnum tuum ⁊ iusticiam eius quantoqꝫ timore ⁊ tremore seruiamus et exultemus tibi leticia cordis nostri Adiuuant laborantes. protegunt quiescentes. hortantur pugnantes: coronāt vincentes: cōgaudent gaudentibus de te inꝙ gaudentibus. compatiuntur patientibus: pro te inꝙ patiētibus. Grandis est eis cura de nobis. Magnus est affectus dilectionis eorum erga nos. Et hoc totum propter honorē tue inestimabilis charitatis qua dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis. custodiunt quos tu custodis. et deserunt quos tu deseris: nec diligunt operantes iniquitatem. q̄m et tu odisti omnes operātes iniquitatē: ⁊ perdes omnes qui loquunt mendacium. Quotiēs bene agimus gaudent angeli ⁊ tristantur demones. Quotiens a bono deuiamus: diabolum letificamus: ⁊ angelos tuos suo gaudio defraudam⁹. Gaudium est eñ eis super vno peccatore pniam agente. Sed diabolo super vno iusto pniam deferente. ¶ Da igit̄ pr̄ eis semper gaudere de nobis: vt ⁊ tu semp p eos lauderis in nobis: ⁊ nos cū eis i vnū ouile tuū adducamur: vt confiteamur simul nomini sācto tuo creator hominū ⁊ angelorum. Hec ipse commemorans corā te: cōfitco: laudās te. q̄m beneficia tua magna sunt hec quibus nos honorificasti: dans nobis angelos: tuos spūs: in ministerium nostrum. Dederas enim quicquid celi ambitu continetur. ⁊ quasi parua reputas hec que sub celo sunt: nisi adderes etiam ea que sunt sup celos. Laudēt te domie de hoc omēs angeli tui: cōfiteantur tibi de hoc omnia opera tua: ⁊ ipi sancti tui bndicant. O honorificentia nostra: nos nimis honorificās ⁊ ditans: multis muneribus decorasti. Admirabile est eñ nomē tuum dn̄e in vniuersa terra. Quid est eñ homo quia magnificas eū: aut apponis erga eum cor tuum? Dixisti eī veritas antiqua. Delicie me esse cum filijs hoim. Nonne homo putredo: ⁊ filius hominis vermis. nonne vniuersa vanitas omnis homo viuēs? Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: ⁊ adducere eū tecū i iudiciū?

¶ De profunda predestinatione ⁊ presciencia dei. ¶ Capitulum. xxviij.

Voce me abyssus profūdissima creatrix sapiētia: que librasti in pōdere montes ⁊ colles: in statera molem terre trib⁹ digitis appēdisti. Suspende molē corporalitatis hui⁹ quā gero: trib⁹ iuisis digitis tuis ad te vt videā ⁊ cognoscam ꝙ admirabilis es in vniuersa terra. Lux antiquissima q̄ lucebas añ omnē lucē in mōtib⁹ sctis eternitatis antique. cui nuda ⁊ aperta erāt omīa anteꝙ fierēt. Lux q̄ odio habes oēm maculā: vtpote mūdissima et imaculatissima. q̄ tibi delicie cū hoīe? q̄ cōuentio lucis ad tenebras? Vbi enim sunt in homine delicie tue? Vbi preparasti tibi in me dignum sāctuarium maiestatis tue: ad quod introiens habeas delicias delectationis tue? Mundum enim cenaculum decet te mundans virtus: que non nisi a mundis cordibus videri potes. multo magis nec haberi. In homine autem vbi est templum tam mundum vt te suscipiat qui regis mundum? Quis potest facere mundum de immundo cōceptum semine? nonne tu q̄ solus es mūd⁹? ab imūdo eñ q̄s m ū dabit? Nā ⁊ s̄m legē quam dedisti pr̄ibus nr̄is in igne comburēti mōtē. ⁊ in nube tegēte aquā tenebrosā: quicquid

tetigerit immundus immundum erit.
Oms autē nos quasi pannus mēstrua-
te: de massa corrupta ⁊ immunda veni
entes: macula immundicie nostre: quaꝫ
celare saltē tibi qui omīa vides nō pos
sumus: in frontibus portamus: quare
mundi esse non possumus nisi tu mun-
daueris q̄ solus es mundus. Mūdas
autē de nobis filiis hoim eos in quibꝰ
tibi complacuit habitare. quos ab inac
cessibilibus profundis secretis iudicio
rum incōprehēsibiliū sapiētie tue. sem-
per iustorum licet occultorū: sine corūꝫ
meritis predestinasti ante mundum: vo
casti de mundo: iustificasti in mundo. ⁊
magnificas eos post mundū. L
Non omnibꝰ aūt hoc facis. qđ admirā
tur tabescētes omnes sapientes terre.
Et ego dn̄e hoc considerans expauesco
⁊ obstupesco de altitudine diuitiarum
sapiētie ⁊ sciētie tue: ad quam ego non
ptingo: ⁊ incōprehēsibilia iudicia iusti
cie tue: qm̄ ex eodē luto alia quidem fa
cis vasa in honorē. alia vero in contu-
meliam sempiternam. Quos igit̄ tibi
elegisti de multis in tēplum sanctū tuū
ipsos mūdas: effundēs sup eos aquam
mundam: quorū noīa numerūq; tu no-
sti: qui solus numeras multitudinē stel
larum: ⁊ omnibꝰ eis noīa vocas. q̄ etiā
scripti sunt in libro vite: q̄ nequaq̄ peri
re possunt. quibus omnia cooperantur
in bonū etiā ipsa pctā. Cum enim cadūt
nō colliduntur. qr tu supponis manum
tuā. custodiēs omnia ossa eoꝝ vt vnū ex
eis nō cōterat̄. Attamē mors pctōrum
pessima. illorū inquam quos anteq̄ fa-
ceres celum ⁊ terrā: sm̄ abyssum mul-
tā iudiciorū tuorum occultorū: semp au
tē iustorū: presciuisti ad mortē eternam
quorū dinumeratio nominū ⁊ meritoꝝ
prauoꝝ apud te est: q̄ numerū arene ma
ris dinumerasti: ⁊ dimēsus es profūdū
abyssi: quos reliquisti in immundiciis
suis: quibus omnia cooperantur in ma
lū. ⁊ ipsa etiā oratio vertit̄ in peccatum
vt si etiā vsq; ad celos ascēderit: ⁊ inter
sidera celi collocauerint nidū suū: quasi
sterquilinium in fine perdentur.

¶ De illis qui prius sunt iusti: ⁊ postea
impii efficiuntur. ⁊ ecōuerso. M
Capitulum. xxix.

Magna sūt hec iudicia tua do
mine deꝰ: iudex iuste ⁊ fortis
q̄ iudicas equitatē. ⁊ inscru-
tabilia facis ⁊ pfunda: q̄ cū
considero ptremiscūt oīa ossa mea: qm̄
nō securat̄ hō viuēs sup terrā: vt seruia
mus tibi pie ⁊ caste cunctis diebꝰ vite
nr̄e in timore: ⁊ exultemꝰ tibi cum tre-
more: vt nō sit seruitiū sine timore: neq;
gaudium sine tremore: ⁊ nō glorieẗ acci
ctꝰ nisi vt discictꝰ. neq; glorieẗ añ te om
nis caro. sed pauescat ⁊ contremiscat a
facie tua: cū ignoret hō vtruꝫ amore an
odio dignꝰ sit. sed in futurū oīa reser-
uant̄ incerta. Vidimus em̄ multos dn̄e
⁊ audiuimꝰ a patribꝰ nostris: quod vtiq;
sine magno tremore non recolo: sine
multo timore nō confiteor. ascēdisse pri
mitus quodāmodo vsq; ad celos: ⁊ in-
ter sidera nidum suū collocasse: postmo
duꝫ aūt cecidisse vsq; ad abyssos ⁊ aīas
eoꝝ i malis obstupuisse. Vidimꝰ stellas
de celo cecidisse ab īpetu ferientis cau-
de draconis: ⁊ eos qui iacebant in pul-
uere terre a facie subleuantis manus
tue dn̄e mirabiliter ascēdisse. Vidimus
viuos morientes ⁊ mortuos a morte
surgētes. ⁊ eos qui inter filios dei am-
bulant in medio lapidum ignitoꝝ qua
si lutū ad nihilū defluxisse. Vidimꝰ lucē
obtenebrasse ⁊ de tenebris lucē proces-
sisse: quia publicani ⁊ meretrices prece
dunt incolas in regno celoꝝ. filii autēꝫ
regni eiiciunt̄ in tenebras exteriores.
Quare aūt ista oīa nisi qr in mōtē illū
ascēderūt in quē ascēdit angelus: ⁊ de-
scēdit diabolꝰ. Quos aūt predestinasti
ipsos ⁊ vocasti: ⁊ sctificasti ⁊ mundasti
vt dignū habitaculū sint tue maiestati
cum quibꝰ ⁊ in quibꝰ tibi delicie sancte
⁊ mūde: in quibꝰ tu delectaris: ⁊ letifi-
cas iuuētutē eorū habitās cum eis in
memoria eoꝝ. vt ipsi tēplū sctm̄ tuū sint
qđ magne dignitatis ⁊ cōmēdatio est
humanitatis nostre.

¶ Qđ anima fidelis sit sanctuarium
dei. N
Capitulum. xxx.

Anima eni quam creasti non de te sed per verbū tuū: non ex qualibet elementoꝝ materia ſʒ ex nihilo. q̄ quidē rōnalis intellectualis: ſpūalis: ſemp viuens: ſemp in motu: quā ſignaſti lumine vultus tui: ⁊ cōſecraſti virtute lauacri tui ita facta ē capax maieſtatis tue ꝙ a te ſolo ⁊ a nullo alio poſſit ipleri. Quando autē te hʒ plenū eſt deſiderium eius ⁊ iam nihil aliud qḋ deſidereꝫ exterius reſtat. Dū autem aliqḋ exterius deſiderat: manifeſtū eſt ꝙ tenō habet interiꝰ quo habito nihil eſt qḋ vltra deſidereꝫ Cum eni ſis ſummum ⁊ oē bonum: nō habet qḋ deſideret amplius ſi poſſidet te omne bonū. Et ſi nō deſiderat oē bonū: reſtat vt deſideret aliqḋ qḋ non ē omne bonū: ergo nec ſummuꝫ bonum. ergo nec deū ſed potius creaturā. Cuꝫ autē creaturā deſiderat cōtinuaꝫ famē habet: qꝛ licet quod deſiderat de creaturis adipiſcatur: vacua tñ remanet. qꝛ nihil eſt qḋ eā impleat niſi tu ad cuius imaginem eſt creata. Imples auteꝫ tu eos qui nihil aliud deſiderāt preter te ⁊ facis eos dignos te sanctos beatos immaculatos ⁊ amicos dei: qui omnia reputant vt ſtercora vt lucri faciant te ſolū. Hec eſt enim beatitudo quam homi cōtuliſti. hic eſt honor quo eū inter oēs creaturas ⁊ ſup oīs honorificaſti: vt ſit admirabile nomen tuum in vniuerſa terra. Ecce dñe deus meꝰ ſumme optime omipotentiſſime: inueni locuꝫ vbi tu habitas: quia in anima quaꝫ creaſti ad imaginem ⁊ ſimilitudinem tuam q̄ te ſolū querit ⁊ deſiderat: qꝛ non in illa que te non querit nec deſiderat.

¶ Et neqꝫ per ſenſus exteriores neqꝫ interiores inueniri pōt deus. Capitulum. xxxi.

Ego erraui ſicut ouiſque perierat: querēs te exteriꝰ qui es iteriꝰ: ⁊ multuꝫ laboraui querēs te extra me: ⁊ tu habitas i me ſi tñ ego deſiderē te. Circuiui vicos ⁊ plateas ciuitatis huiꝰ mūdi q̄rens te ⁊ nō inueni. qꝛ male querebaꝫ foris quod erat intus. Miſi nuncios meos omēs ſenſus exteriores vt quererem te ⁊ nō inueni: qꝛ male querebam. Video em̄ lux mea deus qui illuminaſti me: qꝛ male te per illos querebā: qꝛ tu es intus: ⁊ tamen ipſi vbi intraueris neſciuerunt. Nam oculi dicunt. ſi coloratus non fuit per nos nō intrauit. Aures dicūt. ſi ſonitū non fecit per nos nō tranſiuit. Naſus dicit. ſi non oluit ꝑ me non venit. Guſtus dicit ſi non ſapuit ꝑ me non introiuit. Tactus etiam addit. ſi corpulentus non eſt: nihil me de hac re interroges. Non iſta igitur ſunt deꝰ meus. Non enim ſpeciem corporis: nō decus temporis: non candorem lucis: non colorem: non dulcium melodiaruꝫ cantus: ⁊ quecunqꝫ dulce ſonantia: non florum ⁊ vnguentorum vel aromatum odores: non mella vel manna guſtui delectabilia: non cetera ad tangenduꝫ vel amplexandū amabilia: nec omnia alia ſenſibus his ſubiecta quero cum deum meum quero. Abſit vt iſta crediderim deum meū: que etiam a brutalium ſenſibus comprehenduntur. ¶ Et tñ cuꝫ deū meū quero: quero nihilominus quādam lucem ſuper omnem lucē quam nō capit oculus: quandā vocē ſuper omnē vocem quam nō capit auris quendā odorē ſuꝑ omneꝫ odorem quē non capit naris. quendā dulcorem ſuꝑ omnem dulcorem quem nō capit guſtꝰ quendā amplexū ſuꝑ omnem amplexū quem non capit tactus. Iſta lux quidē fulget: vbi locus non capit. iſta vox ſonat vbi ſpiritus nō rapit. odor iſte redolet vbi flatus non ſpargit. ſapor iſte ſapit vbi nō ē edacitas. amplexus iſte tā gitur vbi non diuellitur. Hic eſt deꝰ meus ⁊ non eſtimab. tur alius ad illum. hoc q̄ro cū deū meuꝫ quero. iſtud amo cum deuꝫ meum amo. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua et tam noua ſero te amaui: ⁊ tu intus eras: ⁊ ego foris: ⁊ ibi te querebaꝫ: ⁊ in iſta formoſa que feciſti deformis irruebam. Mecuꝫ eras: ⁊ tecū non eram. Ea me tenebāt longe a te que eſſe non poterant niſi in te. Circuibā eni oīa querens te ⁊ ꝑpter omnia derelinquens me. Interrogaui

terrā si esset deus meus: ꝛ dixit mihi ꝙ non. ꝛ omnia que in ea sunt hoc idem cōfessa sunt. Interrogaui mare ꝛ abyssos ꝛ reptilia que in eis sunt. ꝛ responderunt. Non sumus deus tuus: quere super nos. Interrogaui flabilem aerē ꝛ inquit vniuersus aer cū omibus incolis suis. Fallitur anaximenes non sum ego deus tuus. Interrogaui celū solē lunā et stellas: neqꝫ nos sumus deus tuus inquiunt. Et dixi omnibus his qui circunstant fores carnis mee. dicite mihi de deo meo quod vos noscitis: dicite mihi aliquid de illo. Et exclamauerūt omnes voce grandi. Ipse fecit nos. Interrogaui mundi molem: dic mihi si es deus meus annon? Et respondit voce forti. Non sum inde ego: sed per ipsum sum ego quem queris in me. ipse fecit me. sup me q̄re: q̄ regit me: qui fecit te. Q Interrogatio creaturarū ꝓfunda est cōsideratio ipsarū. responsio attestatio ipsarū de deo. qm̄ oma clamāt deus nos fecit. Quoniā vt ait apostolus. inuisibilia dei p ea que facta sūt a creatura mūdi intellecta conspiciuntur Et redij ad me et intraui in me: et aio ad me. Tu q̄ es? Et respōdi mihi. Homo rationalis ꝛ mortalis. Et incepi discutere quid hoc esset. ꝛ dixi. Unde hoc tale animal dn̄e deus meus? Unde nisi abs te? tu fecisti me: ꝛ nō ipe me. Quis tu? Tu per quē viuo ego. tu per quem viuūt omnia. Quis tu? Tu domine deus meus verus ꝛ solus omnipotens et eternus ꝛ incōprehensibilis ꝛ immensus. qui semper viuis ꝛ nihil moritur i te: immortalis habitans eternitatē mirabilis oculis angelorum. inenarrabilis. imperscrutabilis ꝛ innominabilis. deus viuus ꝛ verus: terribilis ꝛ fortis nesciens principiū neqꝫ finem. principium omnium atqꝫ finis: qui es ante primordia seculorū: ꝛ ante omnes seculorum origines. Tu es deus meus ꝛ dn̄s omnium que creasti: ꝛ apud te omniū stabilium stant cause: ꝛ omnium mutabilium apud te immutabiles manent origines: ꝛ omniū rationabiliū ꝛ irrationabilium atqꝫ temporaliū sempiterne viuunt rationes. Dic mihi supplici seruo tuo deus meꝰ. dic misericors misero tuo. dic queso per miserationes tuas: vnde hoc tale animal nisi abs te? An quisqꝫ sese faciendi erit artifex? an aliunde ꝙ a te trahitur esse et viuere? Nōne tu es summū esse a quo est omne esse? Quicquid em̄ est a te est: q2 sine te nihil est. Nonne tu es fons vite a quo fluit omnis vita? Quicquid enim viuit per te viuit: q2 sine te nihil viuit. Tu ergo dn̄e fecisti me: quero quis fecit me: tu dn̄e fecisti: sine quo factū est nihil. Tu factor meus: ego opus tuū. Gratias tibi ago dn̄e deus meꝰ: p quē viuo ego: ꝛ per quem omnia viūnt: qm̄ fecisti me. Gratias tibi plasmator meꝰ: quia manus tue fecerunt me ꝛ plasmauerunt me. Gratias tibi lux mea. quoniam illuminasti me: ꝛ inueni te et me. vbi inueni me ibi cognoui me. vbi inueni te ibi cognoui te. vbi autem cognoui te ibi illuminasti me. R Grās tibi lux mea qm̄ illuminasti me. Quid est qđ dixi cognoui te? Nonne tu es deꝰ incomprehensibilis ꝛ immensus: rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū: qui solus habes immortalitatē: ꝛ lucem habitas inaccessibilem: quem nullus hominum vidit: sꝫ nec videre pōt. Nonne tu es deus absconditus ꝛ imperscrutabilis maiestatis: solus tuiꝑsius maximus cognitor ꝛ mirabilis contemplator? Quis ergo cognouit quod nunꝙ vidit? Dixisti em̄ in veritate tua. Non videbit me homo ꝛ viuet. Dixit ꝛ preco tuus per veritatem tuam. Deum nemo vidit vnꝙ. Quis ergo cognouit qđ nunꝙ vidit? Dixit etiā veritas tua. Nemo nouit filiū nisi pater: neqꝫ patrem quis nouit nisi filius. Sola trinitas tua: soli sibi integre nota est: que exuperat omnem sensum. Quid est ergo quod dixi: quia cognoui te? Quis em̄ cognouit te nisi tu te? Tu quippe solus deus omnipotens superlaudabilis et supergloriosus et superexaltatus et altissimus et superessentialis in sanctissimis et diuinissimis eloquijs nominaris: quoniam super omnem essentiam intelligibilem

ſiue intellectualem atqꝫ ſenſibilem : et
ſuper omne nomen quod nominatur
non ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in fu
turo : ſuper eſſentialiter et ſuperintelli
gibiliter eſſe dignoſceris . quoniam ſu
pereſſentiali et occulta diuinitate : ſu-
per omnem rationem : intellectum ⁊ eſ
ſentiam inacceſſibiliter et imperſcruta-
biliter habitas in teipſo . vbi lux inac-
ceſſibilis : et lumen imperſcrutabile et
incomprehenſibile et inenarrabile : ad
quod non attingit aliquod lumen:quo
niam incontemplabile ⁊ inuiſibile et ſu
per rationale ⁊ ſuperintelligibile et ſu-
perinacceſſibile et ſuperincommutabi
le et ſuperincommunicabile creditur.
quod nullus vnqꝫ angelorum vel homi
num vidit:ſed nec videre poteſt.

S Hoc eſt celum tuum domine
celum celans ſuper arcanum : ſuperin-
telligibile: ſuperrationale:⁊ ſupereſſen
tiale lumen . de quo dicitur. Celum ce-
li domino. Celum celi cui terra eſt om-
ne celum. quia ſupermirabiliter exalta
tum eſt ſuper omne celum. ad quod eti
am terra eſt ipſum celum empireũ hoc
eſt celi domino:quia nulli notuꝫ niſi do
mino. ad quod nemo aſcẽdit niſi qui de
celo deſcendit:quia nemo nouit patrem
niſi filius ⁊ eorum ſpiritus. ⁊ nemo no-
uit filium niſi pater et eorum ſpiritus.
Soli quidem tibi trinitas integre nota
es trinitas ſancta: trinitas ſupermira-
bilis:⁊ ſuperinenarrabilis. ⁊ ſuperſcru
tabilis:⁊ ſuperinacceſſibilis:ſuperincõ
prehenſibilis:ſuperintelligibilis ſuper-
eſſentialis:ſupereſſentialiter exuperãs
omnem ſenſum: omnem rationem om-
nem intellectum:omnem intelligentiã:
omnem eſſentiam ſupercelestium anio
rum:quam neqꝫ dicere:neqꝫ cogitare ne
qꝫ intelligere neqꝫ cognoſcere poſſibile
eſt: etiam oculis angelorum. Unde er-
go cognoui te domĩe deus altiſſime ſu-
per omnem terram:ſuper omne celum
neqꝫ cherubin perfecte cognoſcunt: ne-
qꝫ ſeraphin: ſed alis contemplationum
ſuarum velatur facies ſedenti ſuper ſo-
lium excelſum et eleuatum: clamantes
et dicentes. Sanctus ſanctus ſãctus do
minus deus exercituum. plena eſt om-
nis terra gloria tua. Expauit propheta
et dixit . Ue michi quia tacui. quia vir
pollutus labiis ego ſuꝫ. Et expauit cor
meum:et dixi. Ue michi quia non tacui
quia vir pollutus labiis ego ſum : ſed
dixi . cognoui te. Ueruntamen domine
ve tacẽtibꝰ de te qm̃ loqͣces muti ſũt ſi
ne te. Et ego dñe deꝰ meꝰ nõ taceo:qm̃
feciſti me ⁊ illuminaſti me ⁊ inueni me
⁊ cognoui te: quoniam illuminaſti me.

C Sed qualiter
cognoui te? Cognoui te in te. Cogno-
ui te non ſicut tibi es : ſed cognoui te ſi
cut michi es. ⁊ non ſine te ſed in te:quia
tu es lux que illuminaſti me. Sicut eni
tibi es:ſoli tibi cognitus es. ſicut mihi
es ſecundum gratiam tuaꝫ et michi co
gnitus es. Sed qd michi es? Dic mihi
miſericors famlo tuo miſero. dic michi
per miſerationes tuas quid michi es?
Dic anime mee. ſalus tua ego ſum:no-
li abſcondere a me faciem tuam ne mo
riar. Sine me loqui apud miſericordi-
am tuam : me terram et cinerem : ſine
me loqui apud miſericordiam tuam:
quoniam miſericordia tua magna eſt
ſuper me. loquar ad deum meum cum
ſim puluis et cinis. Dic michi ſupplici
tuo. dic mihi miſericors miſero tuo. dic
per miſerationes tuas quid michi es?
Et intonaſti deſuper voce grandi in in-
teriorem aurem cordis mei : et rupiſti
ſurditatem meam: et audiui vocem tu
am : et illuminaſti cecitatem meam:et
vidi lucem tuam:cognoui quoniam de
us meus es tu Propt̃ ea dixi qꝫ cogno
ui te. Cognoui enim te quoniam de
us meus es tu . Cognoui te ſolum
verum deum et quem miſiſti Jeſũ chri
ſtum. Erat tempus quando non co
gnoſcebam te . ve tempori illi quando
non cognoſcebam te. Ue cicitati il-
li quando non videbam te. Ue ſur-
ditati illi quãdo non audiebã te . Cecꝰ
et ſurdus: p formoſa q̃ feciſti deformis
irruebã. Et mecum eras:⁊ tecũ nõ erã.
Et ea me tenebant longe a te: que non

essent nisi essent in te. Illuminasti me lux mundi et vidi te et amaui te. Nemo quippe te amat nisi qui te videt: et nemo te videt nisi te amat. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua et tam noua: sero te amaui. ve tempori quando non amaui te.

¶ Cōfessio vere fidei. Ca. xxxij.

Gratias tibi ago lux mea q illuminasti me et cognoui te. Qualiter cognoui te? Cognoui te solū deū viuū et verū creatorē meū: Cognoui te creatorē celi et terre visibiliū oīm et inuisibiliū: deū verū oīpotētē: īmortalē et inuisibilē: incircūscriptibilē: inēmiabilē eternū: īaccessibilē: incōphēsibilem: imperscrutabilem: incōmutabilem: inmēsum: infinitum. principium omniū visibiliū et inuisibilium creaturarum: per quem omnia facta sunt per quem cuncta cōsistunt elementa. Cuius maiestas sicut principium nūq̄ habuit sic nec de sinet in eternum. Cognoui te vnum solū verum deum eternum patrem et filiū et spiritumsanctum tres quidem personas sed vnam essentiam omnino simplicem indiuisāq̄ naturā et patrem a nullo filium a patre solo et spiritumsanctū pariter ab vtroq̄ absq̄ initio semper et sine fine deum trinum et vnū soluz et verū deū omipotētē vnū vniuersorū principiū: creatorē omniū visibiliū et inuisibilium: spiritualium et tēporalium q̄ tua omnipotenti virtute simul ab initio tēporis vtramq̄ de nichilo cōdidisti creaturā spūalē et corporalē: angelicam videlicet et mundanam ac deinde hūanam quasi communem ex corpore et spiritu constitutam. Cognoui te: et confiteor te deū patrē ingenitū. te filiū a patre genitū. te spiritūsanctum paraclitū neq̄ genitū neq̄ ingenitū: sanctam et indiuiduam trinitatē in tribus coequalibus psonis consubstantialibus et coeternis trinitatem in vnitate et vnitatem in trinitate: corde credens ad iusticiam et ore confitens ad salutem. Cognoui te verū deum et dūm nostrum iesum christum filium dei vnigenitū: creatorem: saluatorem et redemptorem meum et totius humani generis. quem confiteor ex patre genitum ante secula. deum de deo: lumen de lumine. deum verum de deo vero: non factum sed genitum: consubstantialem et coeternum patri et spiritui sancto: per quem omnia facta sunt a principio: firmiter credens et veraciter confitens te deum vnigenitum iesuz christum propter salutem hominum a tota trinitate communiter incarnatum et ex maria perpetua virgine: spiritussancti cooperatione conceptuz. verum hominem factum ex anima rationali et humana carne subsistente. X

Qui cum secundum diuinitatem vnigenitus dei impassibilis sis pariter et immortalis propter nimiam dilectionē tuam qua dilexisti nos: idem ipse dei filius secunduz humanitatem factus es passibilis et mortalis. Quo propter salutem humani generis vnice fili dei ī ligno crucis pati dignatus es passionē et mortem. vt nos a morte perpetua liberares: atq̄ ad inferos vbi sedebant in tenebris patres nostri: auctor lumi nit descendisti: et die tertia gloriosus victor ab inferis ad superos resurrexisti: resumens sacrum corpus quod pro peccatis nostris mortuum iacuerat in sepulchro. et viuificans secundum scripturas die tertia: vt ipsū in patris dextra collores. Assumpta nanq̄ tecum ex inferis captiuitate quaz captiuauerat antiquus hostis: humani generis inimicus: verus dei filius cum nostre carnis substantia id est cum anima et carne humana ex virgine gloriosa assumpta: super omnes celos ascendisti: transcendens omnes ordines angelorum: vbi sedes ad dexteram dei patris: vbi est fōs vite et lumen inaccessibile: et pax domini que exuperat omnem sensum. Ibi te deum verum et hominem iesum christū adoramus et credimus: confitentes te patrem habere deum. Indeq̄ te ventu rum iudicem in fine seculi expectamus vt iudices viuos et mortuos: et reddas omnibus bonis et malis secunduz opera sua q̄ operati sunt in hac vita: vt

premiũ vel suppliciuȝ: put vnusquisq dignus fuerit requie vel erũna. Resurgent eni in illa die a voce virtutis tue omnes hoies: quotquot humanã animã acceperunt in carne sua quã hic habuerunt: vt totus homo p meritis vel gloriaȝ suscipiat vel gehennam. Tu es ipse vita ⁊ resurrectio nostra: quem saluatorem expectamus dominum iesum xpm: qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. y Cognoui te deũ veruȝ et vnũ: spiritũsanctum patris et filij ab vtroq pariter procedentem: consubstãtialem ⁊ coeternũ patri ⁊ filio: paraclitum ⁊ aduocatũ nostrũ: qui sup eũdem deum ⁊ dñm nostrum iesum xpm in colũbe specie descẽdisti: ⁊ sup aplos in linguis igneis apparuisti. Qui ⁊ omnes sanctos ⁊ electos dei a pricipio tue gratie munere docuisti: ⁊ ora prophetaruȝ vt enarrarent mirabilia regni dei aperuisti: qui ab omnibus sanctis dei cum patre ⁊ filio simul adoraris ⁊ glorificaris. Inter quos ⁊ ego filius ancille tue toto corde meo glorifico nomen tuum: qm illuminasti me. Tu eniȝ es vera lux lumen veridicum: ignis dei: ⁊ magister spirituum. qui vnctione tua doces nos omnem veritatẽ: spũs veritatis: sine q̃ impossibile est placere deo: qm tuipse deus es ex deo: ⁊ lux de luce pcedens a patre luminum ineffabiliter: ⁊ a suo filio dño nostro iesu christo: quibus consubstantialis ⁊ coequalis et coeternus existens in vnius trinitatis essentia superessẽtialiter cõglorniaris ⁊ cõregnas ȝ Cognoui te vnum deũ viuũ ⁊ verũ patrem ⁊ filium ⁊ spiritũsctũ: trinũ quidem in personis: sed vnum in essentia. quẽ cõfiteor adoro ⁊ glorifico toto corde meo veruȝ deũ solũ sanctũ: immortalem inuisibilem incõmutabilem inaccessibilem imscrutabilẽ vnum lumẽ vnũ solem vnũ panem vnã vitã vnum bonũ vnũ principiũ vnum finem vnum creatorem celi ⁊ terre. per quẽ oĩa viuunt: per quẽ oĩa subsistunt: per quem oĩa gubernant regũtur et viuificantur que in celis sunt ⁊ que in terris: et que sub terra: preter quem nõ est deus in celo ⁊ in terra. Sic cognoui te dñe deus: cognitor meus: sic cognoui te. Cognoui te per fidem tuã quã inspirasti mihi. lux mea lumen oculorum meorum dñe deus meus spes oĩu finium terre. gaudium letificans iuuentutem meã: ⁊ bonũ sustentans senectutẽ meam. In te enim dñe iubilant omnia ossa mea dicentia. Dñe quis similis tibi? Quis similis tibi in dijs dñe? non quem fecit manus hominum: sed qui fecisti manus hoim. Simulacra gentiũ argentũ ⁊ aurũ opera manuum hoim. Non sic operator hoiȝ Omnes dij gentiũ demonia: dñs autem celos fecit: dñs ipse est deus. Dij q non fecerunt celũ ⁊ terrã pereant de celo et de terra. deũ qui creauit celũ et terraȝ: celi et terra benedicant.

¶ De confessione proprie vilitatis. Capitulum. xxxiij.

Quis similis tibi etiã in dijs dñe? quis similis tibi? magnificus in sanctitate: terribilis atq laudabilis ⁊ faciens mirabilia. Sero te cognoui lumẽ verum: sero te cognoui. Erat aũt nubes magna ⁊ tenebrosa ante oculos vanitatis mee: ita vt videre nõpossem solem iusticie ⁊ lumẽ veritatis. In uoluebar in tenebris filius tenebrarum: tenebras meas amabam: quia lumen non cognoscebam. Cecus eram ⁊ cecitatem amabam ⁊ ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit vbi eram homo cecus sedens in tenebris ⁊ vmbra mortis? Quis accepit manũ meã vt inde me educeret? Quis est ille illuminator meus? Non eni querebam eũ ⁊ ipse quesiuit me. non vocabã eũ ⁊ ipse vocauit me. Quis est ille? Tu es dñe deus meus misericors ⁊ miserator. pater misericordiarum ⁊ deus totius consolationis tu sãcte dñe deus meus: quem confiteor toto corde meo gratias agens nomini tuo. Non te querebam tu me quesiuisti. non te inuocabam tu me vocasti. Uocasti eni me nomine tuo: Intonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei.

Fiat lux: z facta ẽ lux. z discessit nubes
magna z liquefacta est nubes tenebro-
sa: que operuerat oculos meos: z vidi
lucem tuã: z cognoui vocem tuã: z di-
xi. Uere dñe tu es deus meus qui ed u-
xisti me de tenebris z vmbra mortis: et
vocasti me in admirabile lumen tuum.
z ecce video. Gratia tibi illuminato: me
us. Et conuersus sum z vidi tenebras i
quibus fuerã: z abyssum tenebrosam i
qua iacueram: z contremui et expaui: z
dixi. Ue de tenebris meis in quibus ia
cui. Ue ve cecitati illi in qua videre nõ
poteram lumẽ celi. Ue ve pterite igno
rantie mee quando non cognoscebam
te dñe. Gratias tibi ago illuminato: z
liberato: meus qm̃ illuminasti me z co
gnoui te. Sero cognoui te veritas anti
qua: sero te cognoui veritas eterna. Tu
eras in lumine: z ego in tenebris z non
cognoscebã te: qz illuminari non pote-
ram sine te: z non est lux extra te.

¶ Cõsideratio diuine maiestatis. B
Capitulum. xxxiiij.

Sancte sanctorũ deus inesti
mabilis maiestatis: de⁹ de
orũ z dñs dñoz mirabilis:
inenarrabilis: iexcogitabi
lis quẽ cõtremiscũt in celo
angelice ptãtes: quẽ adorãt dñatio
nes z throni: et omnes virtutes pauẽt
a conspectu tuo. cuius potentie et sapi-
entie non est numerus. qui fundasti mũ
dum super nihilum: z mare colligasti i
aere quasi in vtre: omnipotentissime:
sanctissime: fortissime deus spirituum
vniuerse carnis. ad cuius nutum om-
nia se subijciunt elementa te adorent et
glorificent omnes creature tue. Et ego
filius ancille tue. per fidem tuã flecto
ceruicem cordis mei sub pedibus ma-
iestatis tue: gratias agens qm̃ dignat⁹
es per tuam misericordiã illuminare
me. Lumen verum: lumen sanctum: lu-
men delectabile: lumen admirabile: lu-
men super laudabile: quod illuminat
omnẽ hoiem venientẽ in hunc mundũ
z etiam oculos angelorũ. Ecce video
gratias ago. Ecce video lumen celi: in
terlucet oculis mentis mee radius de
super a facie luminis tui: z letificat oĩa
ossa mea. O si perficeretur i me. Auge
queso luminis auctor. Auge queso qd in
terlucet in me. Dilatet̃ obsecro dilatet̃
ex te. Quid est hoc quod sentio? quis ẽ
ignis qui calefacit cor meũ? que ẽ lux
q̃ irradiat cor meũ? O ignis qui sẽper
ardes z nunq̃ extingueris: accende me
E O lux q̃ semp luces z nunq̃ obfu
scaris illumia me. O vtinã arderem ex
te. Ignis sancte q̃ dulciter ardes: q̃ se
crete luces: q̃ desideranter aduris. Ue
his qui non ardent ex te: ve illis qui nõ
illuminantur ex te. O lumen veridicũ
illuminans omnẽ mundum: cuius lux
implet mundũ. Ue cecis oculis qui te
non vident sol illuminãs celum z terrã
Ue caligãtibus oculis qui te videre nõ
possunt. ve auertẽtibus oculis vt nõ vi
deãt veritatẽ. ve nõ auertẽtibus vt non
videãt vanitatẽ. Nequeunt eni oculi as
sueti tenebris summe veritatis radios
intueri. nec sciũt de lumine aliquid esti-
mare: quoz est in tenebris habitatio.
Tenebras vident. tenebras diligunt. te
nebras approbant. de tenebris euntes
in tenebras nesciunt vbi corruant. Mi-
seri qui nesciunt quid amittant: z mise-
riores qui sciunt qd amittunt: qui
cadunt apertis oculis: z descendũt in i-
fernũ viuentes. O lux beatissima que
non nisi a purgatissimis oculis videri
potes. Beati mundo corde qm̃ ipsi deũ
videbunt. Munda me mundans virtus
sana oculos meos: vt sanis oclis te cõ-
templer: quẽ nõ nisi sani oculi intuẽtur
Aufer queso squamas caliginis antiq̃
radio tue illuminationis: splendor in-
accessibilis: vt te videre valeam irre-
uerberatis obtutibus: et in lumine tuo
videã lumẽ. Gratias tibi ago lux mea.
Ecce video. Dilatetur obsecro vis⁹ me
us dñe ex te. Reuela oculos meos vt
considerem mirabilia de lege tua qui
es mirabilis i sanctis tuis. Gratias ti-
bi ago lumen meum. Ecce video: sed
per speculum in enigmate. Sed quan-
do facie ad faciem? Quando ve-
niet dies leticie et exultationis: in

qua ingrediar in locu3 tabernaculi ad= mirabilis vsq3 ad domum dei: vt videã videntem me facie ad faciem et satiet desiderium meum.

¶ De desiderio z siti aie in deum. D Capitulum. xxxv.

Quemadmodum desiderat ceru9 ad fõtes aquarũ: ita desiderat aia mea ad te de9. Sitiuit aia mea ad te deũ fontem viuũ: qñ veniã z apparebo ante faciẽ tuam? O fons vite: vena aquarum viuentium: quando venia3 ad aquas dulcedinis tue? de terra deserta inuia z inaquosa: vt videa3 virtute3 tuã z gloriã tuã: z satiẽ ex aqs misericordie tue sitim meam? Sitio domine fons vite es: satia me. sitio dñe: sitio te deum viuũ. O quãdo veniã z apparebo dñe ãte faciẽ tuam? putasne videbo diem illam: diẽ inq̃ iocũditatis z leticie diem quã fecit dominus vt exultemus z letemur in ea. O dies preclara z pulcra nesciẽs vesperũ: non habẽs occasũ: in qua audiam vocẽ laudis: vocẽ exultationis z confessionis. In qua audiã. intra in gaudiũ domini tui: intra i gaudiũ sempiternum: in domũ domini dei tui. vbi sunt magna z Iscrutabilia z mirabilia quorũ non est numerus. Intra i gaudiũ sine tristicia: qđ cõtinet eternam leticiam: vbi erit omne bonum: et non erit aliqđ malum. vbi erit quicquid voles: z nõ erit quicquid noles. ibi erit vita vitalis: dulcis z amabilis: semperq3 memorialis. vbi non erit hostis inpugnans nec vlla illecebra: sed summa et certa securitas: secura tranquillitas et trãqlla iocũditas: iocunda felicitas: felix eternitas: eterna btitudo z beata trinitas: z trinitatis vnitas: z vnitatis deitas: z deitatis beata visio: que est gaudiu3 domini dei tui. O gaudiũ sup gaudium: gaudiũ vincens omne gaudium extra qđ non est gaudiũ: qñ intrabo in te vt videam deũ meum qui habitat in te? Ibo z videbo visionem hanc grandẽ Quid est quod me detinet? Heu me qz incolatus meus prolongatus est. heu me q̃diu dicetur michi: vbi est deus tuus? q̃diu dicetur michi. expecta reexpecta? Et nunc q̃ est expectatio mea? nõne domine deus meus? Saluatorem expectamus dominu3 nr̃m iesum christu3 qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratu3 corpori claritatis sue Expectamus dominum quando reuertatur a nuptijs: vt inducat nos ad suas nuptias. Ueni domine z noli tardare. Ueni domine iesu xp̃e: veni visitare nos in pace. veni z educ vinctos de carcere: vt letemur corã te corde perfecto. Ueni saluator noster. veni desideratus cũctis gentibus: ostende faciem tuam z salui erimus. Ueni lux mea: redemptor me9 educ de carcere animã meã ad confitendum nomini sancto tuo. Quãdiu miser iactabor in fluctibus mortalitatis mee clamans ad te domine: et non exaudis Audi clamantem domine de hoc mari magno: z adduc me ad portum felicitatis eterne. E Felices qui de periculo maris huius educti ad te deum portum tutissimum peruenire meruere. O vere felices qui de pelago ad littus: de exilio ad patriam: de carcere ad palacium peruenerunt: optata iam quiete beati: qui brauium illud ꝑpetue glorie quod hic ꝑ multas tribulationes quesierunt iam felici iocunditate adepti: letantur in perpetuum. O vere beati qui iam omnium malorum exuti: securi de sua imarcescibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerũt O eternũ regnum. regnum omniũ seculorum vbi lumen indeficiens: et pax dei que exuperat omnem sensum: in quo sãctorum anime requiescunt. z leticia sẽpiterna super capita eorum. gaudium z exultationem obtinebunt: z fugiet dolor et gemitus. O q̃ gloriosũ est regnũ in quo tecum domine regnant omẽs sãcti: amicti lumine sicut vestimento: habentes in capite suo coronam de lapide precioso. O regnum beatitudinis sempiterne. vbi tu domine spes sanctorũ et diadema glorie: facie ad faciem videris a sctis letificãs eos vndiq3 i pace tua q̃ exuperat oẽm sẽsũ. Ibi gaudium infinitum: leticia sine tristicia. salus sine dolo

re. via sine labore. lux sine tenebris. vita sine morte. omne bonum sine oi malo. vbi iuuentus nunq̃ senescit. vbi vita terminum nescit. vbi decor nunq̃ pallescit. vbi amor nunq̃ tepescit. vbi sanitas nunq̃ marcescit. vbi gaudium nunq̃ decrescit. vbi dolor nūq̃ sentitur. vbi gemitus nunq̃ auditur. vbi triste nihil videtur. vbi leticia sẽper habetur. vbi malum nullus timet: q̄m ibi summum bonum possidetur: qđ est videre semꝑ faciem dñi virtutū. Felices igitur qui de naufraga vita presenti ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt. ¶ Infelices heu nos et miseri: qui per huius maris magni fluctus procellosasq̃ voragines nauem trahimus. ignorantes an ad portum salutis peruenire valeamus. Infelices inq̃ quorum est vita in exilio: via in periculo: finis in dubio nescientes finem nostrum: q2 oia in futurū reseruātur incerta. Adhuc in pelagi fluctib9 versamur suspirātes ad te portū maris. O patria nostra patria secura: a longe te videmus. Ab hoc mari te salutamus. ab hac valle ad te suspiramus: et nitimur cum lachrymis si quo modo ad te perueniam9. Spes humani generis xp̄e deus de deo refugium nostrum et virtus: cuius lumen a longe iter caliginosas nebulas super maris ꝓcellas: quasi stelle maris radi9: oculos nostros irradiat vt dirigamur ad te portum. Guberna domine nauem nostram tua dextera: clauo crucis tue: ne pereamus in fluctibus: ne nos demergat tempestas aque: ne absorbeat nos profundum: sed vncio crucis tue trahe nos ab hoc pelago ad te solamen vnicum nostrum: quem a longe quasi stellam matutinam et solem iusticie vix lachrymātib9 oculis in littore celestis patrie nos expectantem videmus. En ad te clamamamus redempti tui: sed et nunc exules tui: quos precioso sanguine redemisti. Exaudi nos deus salutaris noster spes omnium finium terre: ⁊ in mari lōge. In mari turbulento versamur. tu in littore stans aspicis pericula nostra. saluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis domine inter cyllam ⁊ carybdim ita tendere per mediū: vt vtroq̃ periculo euitato salua naue et mercibus securi perueniamus ad portum.

¶ Item de gloria celestis patrie. ¶ Capitulum. xxvi.

Cum ergo peruenerimus ad te sapientie fontem: ad te lumen indeficiens: ad te lucem inextinguibilē: vt te nō iā per speculū in enigmate: sed facie ad faciē videamus. tunc satiabitur in bonis desiderium nostrum: q2 nichil erit exteri9 qđ desideretur nisi tu dñe summū bonū qui eris premium beatorū: ⁊ dyadema decoris eorū: ⁊ leticia sempiterna super capita eorum. pacificans eos intus et extra in pace tua que exuperat omnẽ sẽsum. Ibi videbimus amabimus ⁊ laudabimus. Videbimus i lumine tuo lumen tuū: q̄m apud te est fons vite. et in lumine tuo videbimus lumen. Quale autem lumen? lumen immensum lumẽ incorporeum: incorruptibile: incomprehensibile: lumen indeficiens: lumen inextinguibile: lumen inaccessibile: lumẽ increatum: lumen veridicum: lumen diuinum quod illuminat oculos angelorum qđ letificat iuuentutẽ sanctorū: qđ est lumen luminum ⁊ fons vite: quod es tu dñe deus meus. Tu es quippe lumẽ in cuius lumine videbimus lumen. te scilicet in te. in splendore vultus tui: quādo te videbimus facie ad faciẽ. Quid est videre facie ad faciem: nisi quod ait apostolus. cognoscere sicut ⁊ cognitus sum. cognoscere veritatem tuam ⁊ gloriam tuam: hoc est cognoscere faciem tuam. Cognoscere patris potentiam: filij sapientiam: spūsancti clemẽtiā: ipsi9 summe trinitatis vnā ⁊ indiuiduā essentiā videre enim faciem dei viui: hoc est sūmū bonū. gaudiū angelorum atq̃ oīm sanctorū. premiū vite eterne: gloria spirituū: leticia sempiterna: corona decoris: brauiū felicitatis: requies opulenta: pulchritudo pacis: intimum et externum gaudiū: paradisus dei: hierusalē celestis: vita beata: plenitudo beatitudinis: gaudium eternitatis: pax dei que

exuperat omnez sensum. H Hec est plena beatitudo et tota glorificatio hominis: videre faciem dei sui: videre euz qui fecit celũ ꝛ terrã. videre euz q̄ fecit eũ. qui saluauit euz: et qui glorificauit eũ. Uidebit eum cognoscendo: amabit diligendo. laudabit possidendo. Ipse enim erit hereditas ppl'i sui: populi sanctorũ. populi quē redemit. Ipe possessio felicitatis eorũ. ipse premium ꝛ merces expectationis. Ego inquit merces tua magna nimis. magnuz eñ' magna decent. Uere dñe deus meus magnꝰ es tu nimis super omnes deos: et merces tua magna nimis. Nec eniz magnus es tu et parua merces tua: sed vt magnus es tu ita magna merces tua. qm̄ non aliud es tu et aliud merces mea. Sed tu ipe magnus nimis: tu ipe merces magna nimis tu ipe coronator es ꝛ corona: tu ipse promissor es ꝛ promissio. tu remunerator ꝛ munus: tu premiator ꝛ premium felicitatis eterne. Tu ergo coronator es ꝛ corona deus meꝰ: et diadema spei mee que ornata est gloria. lumen letificans. lux renouans. decor adornans. spes mea magna. desiderium cordis sanctorum: et desideratus eorũ. Uisio ergo tua tota merces est. totũ premiũ: et totum gaudiũ quod expectamus. Hec est eñ vita eterna. Hec ē inq̄ sapientia tua. Hec est vita eterna vt cognoscamꝰ te solũ verũ deũ ꝛ quez misisti iesum xp̄m. I Cũ igr̄ videbimus te solũ deũ: deũ verũ: deũ viuũ omnipotentē: simplicē: inuisibilē: incircũscriptibilē: incōprehēsibilē: ꝛ filiuz tuum vnigenitum: cōsubstãtialem ꝛ coeternũ tibi dñz nostrũ iesum xp̄m: quem pro salute nostra misisti in mundum in virtute spũsscti: trinum in psonis ꝛ vnũ in essentia deũ sanctũ solũ. extra quem non est deus. tũc habebimꝰ quod nunc querimꝰ. vitam eternã: gloriã sempiternã: quã preparasti diligentibus te. quã abscōdisti timētibꝰ te. quã daturus es querentibus te. querētibus faciã tuam semper. Et tu dñe deus meus formator meus ex vtero matris mee: q̄ me recōmendauit manui tue. non me pmittas amplius ex vno distrahi in multa. sed collige me de exterioribus ad me: de me ad te. vt dicat tibi semper cor meũ: exquisiuit te facies mea. faciē tuaz dñe requirã faciē dñi virtutuz. in qua sola consistit tota gloria sempiterna beatorũ. Quã quidem videre vita eterna est ꝛ gloria sempiterna sctõruz. Letetur ergo cor meũ vt timeat nomē tuum. letetur cor querētium dñm: sed multo magis cor inuenientium. Si enim leticia est in q̄rendo: qualis leticia erit in inueniendo? Queram ergo semp ardenter ꝛ indesinēter faciē tuam. si quãdo tãdē aperiatur mihi ostiũ ꝛ porta iusticie: vt intrē in gaudium dñi mei. Hec porta dñi iusti ingredientur per eam.

¶ Oratio ad sctãm trinitatem. R

O Tres coequales et coeterne persone: deus vnus et verus pater et filius ꝛ spũsscťũs: q̄ solus habitas eternitatē ꝛ lucem inaccessibilem. Qui fundasti terrã in potētia tua: ꝛ regis orbem terre prudentia tua. Sanctus sctũs sctũs dominus deus sabbaoth: terribilis ꝛ fortis: iustus ꝛ misericors: admirabil̄: laudabilis: amabilis. Unus deus: tres persone: vna potentia sapientia bonitas. vna et indiuisa trinitas. Aperi mihi clamãti portas iusticie: et ingressus in eas cōfitebor tibi domino. En ad ostium tuum sũme paterfamilias mēdicus pulso. Jube aperiri pulsãti: qui dixisti: pulsate et apperietur vobis. Pulsant eniz ad ostium tuuz pater misericordissime desideria rugientium precordiorũ meorum. ꝛ clamores lachrymarum oculoꝝ meoruz. Ante te est omne desideriũ meum: ꝛ gemitus meus a te non est abscōditus. Et tu domine nō auertas faciez tuã amplius a me: nec declines in ira a seruo tuo. Pater misericordiarum audi eiulatũ pupilli tui: ꝛ porrige manuz tuã optimã adiutricem: vt retrahat me de profũdis aquarũ: ꝛ de lacu miserie: et de luto fecis: ne peream vidente mia oculorum tuorum: aspiciente demētia viscerũ tuorũ: sed euadaz ad te dñm deum meuz: vt videã diuitias regni tui: ꝛ

intuear faciem tuam semper ⁊ laudem dicaꝫ nomini tuo sctõ dñe: qui facis mirabilia: q̄ cor meū letū facis memoria tua: qui illuminas iuuentutem meam: ne despicias senectutē meaꝫ: sed iubilare facias ossa mea. ⁊ reuiuiscere facias vt aquile canos meos.

¶ Finis Soliloquiorum anime ad deum diui Augustini episcopi Hipponensis.

Diui Augustini episcopi Hipponensis Manuale de verbo dei: quo sopita celestis desiderii memoria renouetur. I

Quoniaꝫ in medio laqueoruꝫ positi sum⁹ facile a celesti desiderio frigescim⁹. Qua ꝓpter assiduo indigemus munimento vt expergefacti ad deum nostrum verum ⁊ summū bonū cū defluimus recurramus. Idcirco non presumptionis temeritate sed magna dei mei dilectione: huic opusculo ad laudem eius operam dedi: vt ex elegantioribus dictis sanctorū p̄rm breue ⁊ manuale verbū de deo meo mecum semper haberem: ex cuius lectiōis igne quotiens tepesco in eius accendar amorem. Nūc adesto mihi deus meus quē quero: quē diligo: quem corde ⁊ ore et qua valeo virtute laudo atq̄ adoro Mens mea deuota tibi: tuo amore succensa: tibi suspirans: tibi inhians. te solum videre desiderans: nihil habet dulce nisi de te loqui: de te audire: de te scribere: de te conferre: tuam gloriam frequēter sub corde reuoluere: vt tua suauis memoria sit inter hos turbines aliqua repausatio mea. Te ergo inuoco desiderantissime: ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Et cum te inuoco vtiq̄ te in meipso inuoco. quoniā omnino non essem nisi tu esses ī me et nisi ego essem in te non esses in me. In me es quoniā in memoria mea manes: ex ea cognoui te: et in ea inuenio te cum reminiscor tui: et delector in te de te. ex quo omnia: per quem omnia: ⁊ in quo omnia.

¶ De mirabili essentia dei. Capitulum primum. II

Tu domine celum ⁊ terram īples: omnia portans sine onere: omnia implens sine inclusione: semper agēs: semꝑ quietus: colligens et non egens. querens cū nichil desit tibi: amās nec estuās: zelās ⁊ securus es: penitꝫ te ⁊ nō doles: irasceris ⁊ trāquillus es. opera mutas sed non mutas cōsiliū. recipis quod inuenis ⁊ nūq̄ amisisti. nūq̄ inops et gaudes lucris. nunq̄ auarus ⁊ vsuras exigis. supererogatur tibi vt debeas ⁊ q̄s habet quicq̄ non tuum? reddis debita nulli debens: donas debita nichil perdens. Qui vbiq̄ es et vbiq̄ totus. qui sentiri potes ⁊ videri nō potes. qui nusq̄ dees: ⁊ tamen ab iniquorum cogitatiōib⁹ lōge es. nec ibi dees vbi lōge es. q: vbi nō es ꝑ gr̄iā ades ꝑ vindictā Qui vbiq̄ p̄ns es: ⁊ vix inueniri potes. quē stātem sequimur: ⁊ apprehendere non valemus. Qui tenes omnia: imples omnia: circumplecteris omnia supereximes omnia. sustines omnia. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum. Qui locis non distenderis nec temporibus variaris. nec habes accessus ⁊ recessus. Qui habitas lumen inaccessibilem quam nullus hominū vidit nec videre potest. In te manens quietus vbiq̄ circuis totum. Non enim scindi ⁊ diuidi potes quia vere vn⁹ es. nec ī ꝑtes efficeris. sed totus totuꝫ tenens. totum

imples:totum illustras et possides.

¶ De inducibili scientia dei. R. Capitulum. ij.

Si totum mundum libri reple ant:tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vero indicibilis es:nullo modo scribi poteris nec concludi. Tu es fons lucis diuine et sol claritatis eterne. Magnus es sine quantitate et ideo immensus.bonus sine qualitate et ideo vere et summe bonus.et nemo bonus nisi tu solus.cuius voluntas opus est cuius velle posse est.qui omnia que ex nihilo creasti:sola voluntate fecisti.

Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqua possides:et sine labore gubernas:et absque tedio regis.et nihil est quod conturbet ordinem imperij tui: vel in summis vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco haberis:et omnia continens sine ambitu:et vbique presens es sine situ et motu. Qui nec mali actor es:quod facere non potes. Qui nihil non potes: nec vnquam quicquam te fecisse penituit. Cuius bonitate facti sumus:et iusticia penas luimus:et clementia liberamur.

Cuius omnipotentia omnia gubenat: regit et implet que creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus vt te contineant:sed ipsa potius a te contineantur. Nec particulatim imples omnia:nec vllatenus ita putandum est vt vnaqueque res pro magnitudine sue portionis capiat te. id est maxima maius: minima minus.dum sis potius ipse totus in omnibus: et omnia in te. Cuius omnipotentia omnia concludit:nec euadendi potentiam tuam quis aditum inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum nequaquam euadet iratum.

¶ De desiderio anime sentientis deum O Capitulum. iij.

Te igitur clementissime deus inuoco in animam meam quam preparas ad capiendum te:ex desiderio quod inspiras ei. Intra rogo in eam et coapta eam tibi: vt possideas illam quam fecisti et refecisti vt habeam te velut signaculum super cor meum. Queso pijssime inuocantem te non deseras: quia priusquam te inuocarem me vocasti et quesisti.vt ego seruus tuus te quererem: querendo inuenirem et inuentum amarem. Quesiui et inueni te domine:et amare desidero. Auge desiderium meum et da quod peto: quoniam si cuncta que fecisti mihi dederis: non sufficit seruo tuo: nisi teipsum dederis. Da ergo teipsum mihi deus meus:redde te mihi. En amo te:et si parum est amem validius. Tuo ergo amore teneor:tuo desiderio flagro: tua dulci memoria delector. Ecce dum tibi mens mea suspirat: et tuam ineffabilem pietatem meditatur:ipsa carnis sarcina minus grauat: cogitationum tumultus cessat.pondus mortalitatis et miseriarum more solito non hebetat: silent cuncta. tranquilla sunt omnia.cor ardet.animus gaudet.memoria viget intellectus lucet.et totus spiritus ex desiderio visionis tue accensus inuisibilium amore rapi se videt.assumat spiritus meus pennas vt aquile:volet et non deficiat:volet et perueniat vsque ad decorem domus tue:et thronum glorie tue.et ibi super mensam refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascue iuxta fluenta plenissima. Tu esto exultatio nostra qui es spes nostra salus atque redemptio. Tu esto nostrum gaudium qui es futurum premium. Te semper querat anima mea. et tu presta vt querendo non deficiat.

¶ De miseria anime que dominum nostrum iesum christum non amat nec querit. P Capitulum. iiij.

Ve misere anime que christum non querit nec amat: arida manet et misera. Perdit quod viuit qui te deus non diligit. Qui curat viuere non propter te domine nihil est et pro nihilo est Qui tibi viuere recusat mortuus est. Qui tibi non sapit desipit Misericordissime tibi me commendo reddo et conce

do. per quē sum viuo ꝛ sapio. In te confido spero ꝛ totam spē meā pono. p quē resurgā viuā ꝛ requiescam. Te cupio diligo ꝛ adoro: cū quo manebo regnabo ꝛ beatus ero. Aia que te nō querit nec diligit: mundum diligit: peccatis seruit ꝛ vicijs subiecta est: nunꝗ quieta: nūꝗ secura est. Famuletur tibi semper mēs mea piissime: suspiret tibi semper peregrinatio mea. ardeat in amore tuo cor meum. requiescat in te deus meus aia mea. contempleꝫ te in mentis excessu: cantet laudes tuas ī iubilatione: ꝛ hec sit in hoc exilio meo consolatio mea. Confugiat mens mea sub vmbra alarum tuarum ab estibus cogitationum seculi huius. Repauset in te cor meum: cor mare magnum tumens fluctibus. O diues oīm bonorū: dapū superne satietatis opulentissime largitor de⁹. da lasso cibū: collige dispersum. libera captiuū: et reintegra scissum. En stat ad ostium ꝛ pulsat. Obsecro per viscera misericordie tue quibus visitasti nos oriens ex alto. iube pulsanti misero aperiri: vt liberis gressibus ingrediatur ad te: et requiescat in te. ꝛ reficiaꝫ de te pane celesti. Tu enim es panis ꝛ fons vite. tu lumen claritatis eterne. tu omnia ex quibus viuunt recti qui diligunt te.

¶ De desiderio anime. Capitulum. v.

Deus lumen cordium te vidētiū: ꝛ vita animarū te amantium. ꝛ virtus cogitationum te querentiū: da vt sctō amori tu inhereā. Ueni rogo in cor meū ꝛ ab vbertate voluptatis tue inebria illō: vt obliuiscar ista tpalia. Pudet ac piget me talia pati qualia mūdus iste agit. Triste est mihi qđ video. graue ē oñe qđ de trāsitorijs audio. Adiuua me domine deus meus. ꝛ da leticiam in corde meo. veni ad me vt videam te. Sed angusta est mihi dom⁹ aie mee: qua venias ad eā: dilateꝫ a te. Ruinosa est refice eam. Habet plurima q̄ offendāt oculos tuos: fateor ꝛ scio. sed quis mundabit eā: aut cui alteri preter te clamabo? Ab occultis meis munda me dñe. ꝛ ab alienis parce suo tuo. Fac me dulcis xpe bone iesu: fac me rogo: amore ꝛ desiderio tuo deponere onus carnaliū desideriorum ꝛ terrenarū concupiscētiarū. Dñeꝫ carni aia: aie ratio: rōni gratia tua. ꝛ tu me interius ꝛ exterius sub de voluntati. Tribue mihi vt laudet te cor meum. ꝛ lingua mea ꝛ omnia ossa mea. Dilata mētē meam: ꝛ attolle intuitum cordis mei: vt vel rapida cogitatione spūs meus attingat te eternaꝫ sapiētiam sup omnia manētē. Dissolue me oro a vinculis quib⁹ cōstrict⁹ teneor. vt relinquēs oīa ossa tibi festinem tibi soli inhereā: tibi soli intendam.

¶ De felicitate aie a terreno carcere resolute. Capitulum. vi

Felix anima q̄ terreno resoluta carcere libera celum petit: q̄ te dulcissimū dñꝫ facie ad faciē cernit: q̄ nullo metu mortis afficitur: sed de corruptione perpetue glorie letaꝫ. Tranquilla est ꝛ secura. iam non timet hostē nec mortem. Habet iā te pium dñm quē diu q̄siuit: sempqꝫ amauit: hymnidicis sociata choris: melliflua ppetue festiuitatis carmina ad laudē glorie tue rex xpe bone iesu, in eternum concinit. Inebriatur enim ab vbertate domus tue: ꝛ torrente voluptatis tue potas eum. Felix societas supnorum ciuium: ꝛ gloriosa solēnitas oīm ad te redeuntium. ab huius nostre peregrinationis tristi labore ad amenitatē pulchritudinis: formositatē totius splēdoris: atqꝫ dignitatē totius elegantie: vbi te iugiter dñe tui ciues cernūt. Nihil omnino qđ cōturbet mētē ibidē auribus datur. Que cātica? q̄ organa? q̄ cātilene? q̄ melodie ibi sine fine decātanꝫ? Sonāt ibi semp melliflua hymnorum organa: suauissima angelorū melodia. cantica canticoꝝ mira: q̄ ad laudem ꝛ gloriā tuā a supernis ciuibus decātanꝫ. Amaritudo ꝛ omnis fellis asperitas in regione tua locum non hn̄t. Non enim est ibi malus neqꝫ malicia. non est aduersarius ꝛ impugnans. nec est vlla peccati illecebra. nulla est ibi indigentia: dedecus nullum: rixa nulla

nullum improperium: causatio nulla
null⁹ timor: nulla inquietudo: nulla pe
na: nulla dubietas: nulla violentia nul
la discordia. sed est ibi pax summa: cha
ritas plena: iubilatio ꝛ laus dei eterna
sine fine secura requies: et gaudiuꝫ sem
per in spiritusancto. O ꝙ fortunatus
ero si audiuero iocundissimas ciuium
tuorum cantilenas: carmina melliflua:
laudes summe trinitati debito honore
promentia. Sed et nimium felix si ego
ipse meruero cantare canticum domi
no iesu christo de dulcibus canticis sy
on.

¶ De gaudio paradisi. G
Capitulum septimum.

O Uita vitalis: vita sempiterna
ꝛ sempiterne beata: vbi gau
diū sine merore. requies si
ne labore: dignitas sine tre
more: opes sine amissiōe. sa
nitas sine lāguore. abūdātia sine defe
ctiōe: vita sine morte: perpetuitas sine
corruptiōe: beatitudo sine calamitate:
vbi oīa bona in charitate pfecta. vbi
species ꝛ visio facie ad faciē. vbi plena
sciētia in omnibus et per oīa. vbi sū
ma bonitas cernitur: et lumen illumi
nans a sanctis glorificatur: vbi presens
maiestas dei conspicitur: et hoc vite ci
bo sine defectu mens intuentium satia
tur. Uident semper et videre desiderāt.
sine anxietate desiderant ꝛ sine fastidio
satiantur. Ubi verus sol iusticie: mira
sue pulchritudinis visione omnes refi
cit: ꝛ ita vniuersos celestis patrie ciues
illuminat: vt luceant ipsi. lumen vidēt
illuminatum per deum. lumen illumi
nans vltra omnem solis nostri splendo
rem: atꝙ cunctarum stellarum claritatem
immortali adherentes deitati. ac per
hoc immortales ꝛ incorruptibiles fa
cti iuxta promissionem dñi saluatoris.
Pater quos dedisti mihi volo vt vbi
ego sum ꝛ illi sint mecum. vt videat cla
ritatem meam: ꝛ omnes vnum sint: si
cut tu pater in me ꝛ ego in te: ꝛ ipi i no
bis vnum sint.

¶ De regno celorum. T
Capitulum octauum.

R Egnum celorū regnū feli
cissimū: regnū carēs mor
te ꝛ vacās fine. cui nulla tpa
succedūt p cursū. vbi ꝯtinu⁹
sine nocte dies nescit habe
re tp. vbi victor miles laborē: ꝛ donis
ineffabilib⁹ cumulatur: nobile ppetua
caput amplectente corona. Utinā remis
sa peccatorū mole meritorū seruorum
xpi iuberet diuina pietas hanc carnis
sarcinam deponere: vt in sue ciuitatis
gaudia eterna repausandus transirem
sanctissimis supnorum choris interessem
cū btissimis spiribus glie cōditoris as
sisterē: presentē dei vultū cernerem. nul
lo mortis metu tangerer: de perpetue
immortalitatis incorruptione securus
gauderem. ꝛ scienti oīa cōiūctus oēꝫ
ignorātie cecitatē amitterē. terrena cū
cta paruipēderē: ꝯuallem lachrymarū
istum intueri vel reminisci vlterius nō
dignarer: vbi vita laboriosa: vita corru
ptibilis: vita omni amaritudine plena:
vita domina malorum: ancilla inferno
rum: quam humores tumidāt: dolores
extenuant: ardores exiccant: aeria mor
bidant. esce inflāt. ieiunia macerant io
ci soluunt: tristicie consumunt. sollicitu
do coarctat. securitas hebetat. diuitie
iactant. paupertas deiicit. iuuentus ex
tollit. senectus incuruat. infirmitas frā
git. meror deprimit. Diabolus insidia
tur. mūdus adulatur: caro delectat. ala
excecat. tot⁹ hō ꝯturbat. ꝛ his tot ꝛ tā
tis malis mors furibunda succedit. va
niꝫ gaudijs ita finē i ponit vt cum esse
desierint nec fuisse putentur.

¶ Post nimios ploratus mestā aīam
ꝯsolat de⁹. U Capitulū. ix.

S Ed quas laudes quē gra
tiarūactiones tibi referre
valeam⁹ de⁹ nr̄ q̄ nos etiaꝫ
inf has tātas mortalitatis
nr̄e erūnas nō desinis ꝯso
lari mira visitatiōe grie tue? Ecce me
miserū multis meroribus plenū: dū vite
mee finē timeo: dū pctā mea considero
dum iudicium tuum formido. dū mor
tis horam cogito. dum supplicia tarta
ri horreo. dum opera mea qua distri

ctione et discussione a te pensent ignoro. dũ quo fine illa clausurus sim penitus nescio. dũqꝫ hec et alia multa mecũ sub corde retracto: consolaturus ades solita pietate dñe deus: et iter has querelas nimiosqꝫ ploratus ac ꝓfunda cordis suspiria assumis mestam et anxiaȝ mentem super alta iuga montium ad areolas vsqꝫ aromatuȝ: et collocas me in loco pascue secus riuulos dulcium aquarum. vbi preparas in conspectu meo mensam multiplicis apparatus: que fatigatuȝ spiritũ repauset ꝛ cor triste letificet. quibus tandem refocillatꝰ delicijs: multarũ miseriarum mearum oblitus: leuatus super altitudinem terre in te vera pace quiesco.

¶ De dulcedine diuini amoris X Capitulum decimum.

Amo te deus meus amo te: ꝛ magis atqꝫ magis amare volo. Da mihi dñe deus meus speciose pre filijs hoiȝ vt desiderẽ te: vt amẽ te: q̃tum volo et quãtũ debeo. Immẽsꝰ es ꝛ sine mensura debes amari presertim a nobis quos sic amasti: sic saluasti: ꝓquibꝰ tanta et talia fecisti. O amor qui semꝑ ardes ꝛ nunq̃ extingueris. dulcis christe: bone iesu: charitas deus meus: accende me toto igne tuo: amore tuo: dulcedine tua: dilectione tua: desiderio tuo: charitate tua: iocunditate et exultatione tua. pietate ꝛ suauitate tua voluptate ꝛ concupiscentia tua: que sãcta est ꝛ bona. que casta est ꝛ munda vt totus dulcedine amoris tui plenus totus flamma tue charitatis vaporatus: diligam te dñm meum dulcissimum et pulcherrimum ex toto corde meo: ex tota anima mea. ex totis viribus meis: et ex omni intentione mea. cum multa cordis contritione ꝛ lachrymarum fonte. cum multa reuerentia ꝛ tremore. habẽs te in corde ꝛ in ore ꝛ pre oculis me is semꝑ ꝛ vbiqꝫ. ita vt nullus in me adulterinis amoribus pateat locus.

¶ De preparatione nostre redemptionis Y Capitulum. xi.

Pulcherrime iesu christe rogo te per illã sacratissimam effusionẽ preciosi sanguinis tui quo redempti sumus: da mihi cordis contritionẽ ꝛ lachrymarũ fontem: precipue dum preces ꝛ orationes tibi offero: duȝ tue laudis tibi psalmodiã decanto. dum misterium nostre redemptionis manifestuȝ misericordie tue iudiciũ recolo vel profero: dum sacris altaribus licet indignus assisto: cupiens tibi offerre illud mirabile ꝛ celeste sacrificiũ: omni reuerẽtia ꝛ deuotione dignum: qđ tu dñe deus meus sacerdos immaculate instituisti et offerre precepisti: ĩ commemorationem tue charitatis: mortis scilicꝫ ꝛ passionis: ꝓ salute nostra: pro quotidiana nr̃e fragilitatis reparatione. Confirmetur mẽs mea inter tanta misteria dulcedine presentie tue. sentiat te sibi adesse: et letetur coram te. Ignis q̃ sꝑ luces: amor q̃ semꝑ ardes. dulcis christe: bone iesu: lumen eternum ꝛ indeficiens. panis vite q̃ nos reficis ꝛ in te nõ deficis. quotidie comederis: ꝛ semꝑ integer manes. resplende michi: accende me. illumina et sanctifica vas tuum. de malicia euacua imple de gratia: ꝛ plenũ cõserua: vt ad salutem anime mee manducem cibum carnis tue: quatenus mãducando te viuam de te: viuã per te. perueniam ad te: ꝛ repausem in te.

¶ De gaudio. Z Capitulum. xij.

O Dulcedo amoris: et amor dulcedinis comedat te venter meus. ꝛ nectare tui amoris repleant viscera mea: vt eructet mẽs mea verbũ bonũ. Charitas deus meus mel dulce: lac iuuenum: cibꝰ es grãdiuȝ. fac me crescere in te. vt sano palato possis manducari a me. Tu es vita mea qua viuo: spes cui inhereo: gloria quam adipisci desidero. Tu michi cor tene. mentem rege. intellectum dirige. amorem erige: animum suspende. ꝛ in superna fluenta os sitientis te spiritus trahe. Taceat queso tumultus carnis. Conticescant fantasie terrarum ꝛ aquarum aeris ꝛ poli. Ta

ceant somnia ⁊ imaginarie reuelatio-
nes: omnis lingua: omne signum ⁊ que-
quid transeundo fit. Sileat sibi ⁊ ipsa
anima: et transeat se non cogitando se:
sed te deus meus: quoniam tu es reue-
ra tota spes ⁊ fiducia mea. Est enim in
te deo ⁊ domino nostro iesu xpo dulcis-
simo ⁊ benignissimo atq; clementissi-
mo vniuscuiusq; nrm ⁊ portio ⁊ sãguis
⁊ caro. Ubi ergo portio mea regnat ibi
regnare me credo. vbi sanguis me⁹ do-
minatur ibi domiare me cõfido. vbi ca
ro mea glorificatur: ibi gloriosum me
esse cognosco. Quamuis peccator sim
de hac tamen cõmunione gratie nõ dif
fido. Et si peccata mea me ꝓhibent sub
stantia me requirit. Et si delicta ꝓpria
me excludunt: nature communio nõ re
pellit.

¶ Uerbum incarnatũ est causa spei no
stre. B

Capitulum decimumtertium.

NOn enĩ tam inimicus ẽ do
minus vt non diligat car-
nem suam: membra sua ⁊ vi
scera sua. Desperare vtiq;
potuissem ꝓpter nimia pec
cata mea ⁊ vicia: culpas ⁊ infinitas ne
gligentias meas quas egi: ⁊ quotidie
indesinẽter ago corde ore ⁊ opere: ⁊ om
nibus modis quib⁹ humana fragili-
tas peccare potest: nisi verbum tuum
deus meus caro fieret ⁊ habitaret ĩ no
bis. Sed desperare iam non audeo: qm̃
subditus ille tibi vsq; ad mortem: mor-
tem autẽ crucis tulit chirographũ pec
catorũ nostrorũ ⁊ affigẽs illõ cruci pctm̃
crucifixit ⁊ mortẽ. In ipso aũt secur⁹ re
spiro qui sedet ad dexteram tuam: ⁊ in-
terpellat pro nobis. In ipso confisus ad
te peruenire desidero: in quo iam resur
reximus ⁊ reuiximus: iam in celum cõ
scendimus. ⁊ in celestibus consedemus
Tibi laus: tibi gloria: tibi honor: tibi
gratiarum actio.

¶ Quãto maior ẽ de deo meditatio tã-
to dulcior. B

Capitulum. xiiij

Pijssime domine qui sic nos
amasti et saluasti: sic viuifi-
casti ⁊ sublimasti: pijssime domine q̃ dul
cis est memoria tua. quanto magis in
te meditor: tãto es mihi dulcior ⁊ ama
bilior. Idcirco delectat me valde bona
tua puro mentis intuitu: et dulcissimo
pij amoris affectu: in loco peregrina-
tionis mee iuxta modulum meum: in-
terim q̃diu his fragilibus subsisto mẽ
bris considerare. Tue enim charitatis
iaculo vulneratus sum. tuo vehemen-
ter desiderio flagro: ad te peruenire cu
pio: te videre desidero. Idcirco sup cu-
stodiam meam stabo: et vigilantibus
oculis psallam spiritu: psallam et men-
te. et totis viribus meis te factorem et
refectorem meum collaudabo: polum
penetrabo mente: et desiderio tecũ cro:
vt in presenti quidem miseria solo cor-
pore tenear: totum autem cogitatione
et auiditate atq; oĩ desiderio sim semp
quatenus ibi sit cor meũ vbi tu es the
saurus meus desiderabilis: incompa-
rabilis multumq; amabilis. Sed ec-
ce deus meus pijssime ac misericordis
sime: dum tue immense bonitatis et
pietatis gloriam considerare volo: cor
meum non sufficit. excedit enim om-
nem sensum humane mentis tuum de-
cus. tua pulchritudo: tua virt⁹: tua glo-
ria: tua magnificentia: tua maiestas et
tua charitas. sicut inextimabilis est tue
glorie splendor: ita ineffabilis est eter-
ne tue charitatis benignitas: qua illos
quos de nihilo creasti adoptas ĩ filios
⁊ tibi coniungis.

¶ Desiderande sunt pro christo tribula
tiones in hac vita. C.

Capitulum quindecimum.

O Anima mea si q̃tidie opor
teret nos tormenta pferre.
si ipsam gehennã longo tẽ
pore tolerare: vt christũ in
gloria sua videre possem⁹:
⁊ sanctis eius sociari. nonne dignum es
set pati omne quod triste est: vt tanti bo
ni tãteq; glorie participes haberemur?
Insidientur ergo demones: parẽt suas
tentationes: frangant corpus ieiunia

premant vestimenta. labores grauent: vigilie ericcet. clamet in me iste. inquietet me ille vel ille. frigus incuruet. cōscientia murmuret. calor vrat: caput doleat. pectus ardeat. inflet stomachus pallescat vultus. infirmer totus. deficiat in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. ingrediat putredo in ossibus meis et subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis: et ascendam ad populum accinctum nostrum. Que enim erit iustorum gloria? quā grādis sctōrum leticia? cū vnaqueque facies fulgebit vt sol: cum ordinib' distinctis populū suū dñs in regno patris sui cepit recensere. et meritis atque operibus singulorum promissa premia restituet. pro terrenis celestia. pro temporalibus sempiterna: pro modicis magna. Reuera cumulus felicitatis erit cum dominus adducet sanctos suos in visione paterne glorie. et faciet in celestibus considere vt sit deus omnia in omnibus.

¶ Quomō regnū celorum possit acqri
Capitulum. xvi.

O Felix iocunditas et iocūda felicitas sctōs videre. cum sctis esse: et esse sctm. deū videre et deū hre in eternūet vltra. Hec sedula mēte cogitem'. hec toto desiderio desiderem'. vt ad eos cito peruenire valeamus. Si queras quō istud pōt fieri: vł quib' meritis: quibusue auxiliis? Audi. Res ista posita ē in ptāte facientis: qm regnū celorum vim patit. Regnū celor o homo aliud nō qrit preciū nisi teips. tm valet quātū es: te da et habebis illud. Quid turbaris de precio? xps semetipm tradidit vt acquireret te regnum deo patri ita tu temetipsum da vt sit regnū eius ac nō regnet peccatū in tuo mortali corpore: sed spiritus in acquisitione vite.

¶ Quid sit et qd habeat paradisus.
Capitulum. xvij.

C Anima mea reuertamur ad ciuitatē celestem in qua scripti sumus et ciues decreti. Sicut ergo ciues sanctorum et domestici dei: et sicut heredes dei coheredes autem christi: consideremus inclitam nostre vrbis felicitatem: inquantum considerare possibile est. Dicamus ergo cum propheta. O q gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei sicut letantium omnium habitatio est in te. Fundaris enim exultatione vniuerse terre. non est in te senectus: nec senectutis miseria non est in te mancus: nec claudus: neque gibbosus: neque deformis: dum omnes currunt in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis christi. Quid hac vita beatius? Ubi nō est paupertatis metus: nō egritudinis imbecillitas. nemo leditur. nemo irascitur nemo inuidet. cupiditas nulla exardescit: nullum cibi desiderium. nulla honoris aut potestatis pulsat ambitio nullus ibi diaboli metus. insidie demonum nulle. terror gehenne procul mors neque corporis neque anime. sed immortalitatis munere iocunda vita. nulla eristunt vsquequaque discordia: sed cuncta consona: cuncta conuenientia. quia omnium sanctorum vna erit cōcordia: par cuncta et leticia continet. tranquilla sunt omnia et quieta. iugis splēdor: non ille qui nunc est: sed tanto clarior quanto felicior. quia ciuitas illa vt legitur non egebit lumine solis: sed dñs omnipotens illuminabit eā: et lucerna ei' est agnus. Ubi sancti fulgebunt vt stelle in perpetuas eternitates. et sicut splendor firmamenti qui erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla: nulle tenebre: concursus nubium nullus. nec frigoris odorisue asperitas vlla: sed talis erit rerum temperies: quam nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit: nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur. quorum nomia scripta sunt in libro vite. Uerum super hec omnia est consociari choris angelorum et archangelorum atque omniū celestium virtutum. intueri patriarchas et prophetas: videre apostolos atque omnes sanctos. videre etiam parentes nostros. Gloriosa sunt hec. Sed multo gliosius est pñtē dei vultū

cernere: incircumscriptum lumē videre. Supercellens gloria erit cū deū videbimus in seipso: videbimꝰ et habebimus in nobis: quem cernere finis non erit.

¶ Non valet homo deo vicem reddere nisi per amorem. F Capi. xviij.

Anima insignis dei imagine: illustris similitudine: habet in sese ex deo quo admoneatur sp aut stare cū eo: aut redire si mota suis affectibꝰ: imo defectibus fuerit. Et non solum hȝ vñ respirare q̄at in spe venie ⁊ mīe: sed etiaȝ vnde audeat aspirare ad nuptias verbi: ⁊ cū deo inire fedus societatis: atq̧ cū rege angelorum ducere iugū suaue amoris. Hec oīa facit amor: si anima exhibeat se similē deo p volūtatem: cui similis ē p naturam: diligens sicut dilecta ē. Solus est amor ex oībꝰ aīe motibus sensibus atq̧ effectibus in quo pōt creatura ⁊ si nō ex equo: rn̄dere auctori. vel si bi mutuam repēdere vicem. Amor vbi venerit ceteros in se oēs traducit ⁊ captiuat affectus. Amor p se sufficit: p se placet: ⁊ propter se. Ipse meritum: ipse premiū: ipse causa: ipse fructꝰ: ipse vsus. Per amorē coniūgimur deo. Amor facit vnū spiritū de duobus. Amor facit idē velle ⁊ idem nolle. Amor facit priꝰ mores componere: postmodū oīa q̄ ad sunt tanq̄ nō adsint considerare. tertio vero loco mūda cordis acie superna et interna conspicere. Per amorem primū in seculo bene gerūtur honesta: postmodū etiā honesta sclī despiciuntur. ad extremū etiā dei intima conspiciuntur.

¶ Quid in nobis deus requirat sibi simile. S Capitulum. xix.

Deus pater charitas ē: deus filiꝰ dilectio est: spiritꝰ sanctꝰ amor pr̄is ⁊ filij est. Hec charitas et hec dilectio aliq̇d simile req̇rit in nobis. s. charitatē: qua velut quadā affinitate cōsanguinitatis ei sociemur et coniūgamur. Amor dignitatis nesciꝰ reuerentiā nescit. Qui amat p seipm̄ fiducialiter accedit ad deū: familiariter q̧ loquit̄ ei. nihil timens: nichil hesitans. Perdit q̄d viuit qui non diligit: q̄ autem diligit oculos suos semper habet ad deum quem diligit: quem desiderat: in quo meditatur in quo delectatur in quo pascitur: in quo impinguatur. Iste talis sic deuotus: ita cantat: ita legit: ⁊ in oībus operibus suis sic est prouidus ⁊ circumspectus quasi deus adsit p̄sens ante oculos eius: sicut reuera adest. Ita orat quasi sit assumptus ⁊ presentatus ante faciem maiestatis in excelso throno: vbi milia miliū ministrant ei et decies centena milia assistūt ei. Animā quam visitat amor expergefacit dormientem: monet ⁊ emollit caȝ ⁊ vulnerat cor eius: tenebrosa illuminat: clausa reserat: frigida inflāmat: mentem asperā ⁊ irascibilem ⁊ impatientē mitigat: vicia fugat: carnales affectus comprimit mores emendat: reformat et innouat spiritū: lubrice etatis motus actusq̧ leues coercet. Hec omia facit amor cum presens est. cū vero abscesserit ita incipit anima iacere languida ac si cacabo bullienti subtraxeris ignem.

¶ De confidentia anime amantis deum. H Cap. xx.

Magna res ē amor: quo aīa p semetipām fiducialit̄ accedit ad deū: deo cōstāter iheret: deū familiarit̄ perscūctat̄: cōsultatq̧ de oī re. Aīa q̄ amat deū nil aliud pōt cogitare nil loq̄ cetera cōtēnit oīa fastidit: q̇cq̇d meditat̄: quicq̇d loquit̄: amorē sapit: amorē redolet: ita amor dei eā sibi vendicauit. Qui vult habere noticiam dei amet. Frustra accedit ad legendum: ad meditandū: ad predicandū: ad orandu; qui non amat. Amor dei amorem anime parit: ⁊ eam intendere sibi facit. Amat deus vt ametur. Cum amat nil aliud vult q̄ amari: sciens amore esse beatos qui se amauerint. Aīa amans cūctis suis renūciat affectionibꝰ: et tota soli incumbit amori: vt possit respondere amori i redhibēdo amore. Et cuȝ tota se effuderit in amorem: quātum ē ad illud fontis perenne ꝓfluuiū: non pari vbertate cōcurrunt amor ⁊ amans:

anima et de⁹:creator ⁊ creatura: tamē
si ex toto se diligit:nihil deest vbi totuȝ
est. Nō timeat aīa que amat:paueat q̄
non amat. Aia amans fertur votis tra
hit̄ desiderijs:dissimulat merita:maie=
stati oculos claudit : aperit voluptati:
ponēs se in salutari:⁊ fiducialiter agēs
in eo. Amore aīa secedit ⁊ excedit a cor
porcis sensib⁹:vt sese non sentiat q̄ deuȝ
sentit. Hoc fit cū mens ineffabili dei il=
lecta dulcedine:quodammodo sese sibi
furatur immo rapitur atq̧ elabitur a
seipsa:vt deo fruatur ad iocunditatem
Nihil tam iocundum nisi esset tam mo
dicum. Amor dat familiaritatem dei:
familiaritas ausum:ausus gustum:gu
stus famem. Anima quaȝ tangit amor
dei:nihil aliud pōt cogitare:nil deside=
rare:frequenter suspirat dicens. Sicut
ceruus desiderat ad fontes aquarum:
ita desiderat aīa mea ad te deus me⁹.

¶ Quid fecit deus propter hominem.
J Capitulum.xxi.

DEus amore venit ad hoīes
venit in hoīes : fact⁹ est hō.
Amore deus inuisibilis ser=
uis suis fact⁹ ē similis. Amo
re vulnerat⁹ ē ꝓpter delictā
nr̄a. Tuta ⁊ firma reqes ē īfirmis ⁊ pec
catorib⁹ ī vulnerib⁹ saluatoris. Secur⁹
illic habito:patent michi viscera ꝑ vul
nera. Quicqd ex me michi deest vsurpo
mihi ex viscerib⁹ dn̄i mei:qm̄ mia afflu
unt nec desūt foramīa ꝑ q̄ affluāt. Per
foramīa corporis patent mihi archana
cordis:patet magnū pietatis sacramē=
tū. patēt viscera misericordie dei nostri
inquibus visitauit nos oriens ex alto.
Vulnera iesu xp̄i plena sunt mia:plena
pietate:plena dulcedine et charitate.
Foderūt manus ei⁹ ⁊ pedes ei⁹ ⁊ latus
eius lancea perforauerūt. Per has ri
mas licet mihi gustare q̄ suauis est do
minus deus meus:qm̄ reuera suauis ⁊
mitis ⁊ multe mīe est oībus īuocātib⁹
in veritate:oībus inquirentib⁹ ⁊ maxie
diligentib⁹. Copiosa redēptio data est
nobis in vulnerib⁹ iesu xp̄i saluatoris
nostri. Magna multitudo dulcedinis
plenitudo gratie : et perfectio virtutū.

¶ De recordatione vulnerum iesu chri
sti domini nostri. K. Ca.xxij.

CUm me pulsat aliqua tur=
pis cogitatio recurro ad
vulnera xp̄i. Cū me premit
caro mea recordatiōe vul=
nerū dn̄i mei resurgo. Cuȝ
dyabol⁹ michi parat insidias fugio ad
viscera mīe dn̄i mei ⁊ recedit a me. Si
ardor libidinis moueat mēbra mea re=
cordatiōe vulnerū dn̄i nr̄i filij dei extin
gunt̄. In oībus aduersitatib⁹ nō inueni
tā efficax remediū q̄ vulnera xp̄i. In il
lis dormio secur⁹ ⁊ requiesco intrepid⁹
Xp̄s mortu⁹ est pro nobis. Nichil tam
ad mort̄ ē amarum qd̄ morte xp̄i non sa
netur. Tota spes mea est in morte dn̄i
mei. Mors eius meritū meū: refugiuȝ
meū:salus vita et resurrectio mea. Me
ritū meum miseratio dn̄i. Non sum me
riti inops q̄diu ille miserationum dn̄s
nō defuerit. Et si misericordie dn̄i mul=
te:multus ego sum in meritis. Quāto
ille potentior est ad saluandum: tanto
ego sum securior.

¶ Recordatio vulnerum christi est effi=
cax remedium contra omnes aduersi=
tates. L Capitulum.xxiij

PEccaui peccatuȝ grande ⁊
multorū sū mihi ꝯscius del=
ctorū:nec sic despo : qm̄ vbi
abūdauerunt delicta supa=
būdauit ⁊ gr̄a. Qui de ve=
nia petōꝝ suoꝝ desperat:negat deū esse
misericordē. Magnā iniuriā deo facit
q̄ de eius mia diffidit. Quātū in se ē ne
gat deū habere charitatē veritatē ⁊ ptā
tem:i qb⁹ tota spes mea ꝯsistit. s. in cha
ritate adoptiōis:in veritate ꝑmissionis
et in ptāte redēptiōis. Murmuret iam
q̄tū voluerit insipiens cogitatio mea
dicens. Quis enī es tu:⁊ q̄ta est glīa il
la:qbusve meritis illā obtinere speras?
Et ego fiducialiter respondebo. Scio
cui credidi. qr in charitate nimia adop
tauit me in filiū:qr verax est in promissi
one:potens in exhibitione:⁊ licet ei fa=
cere qd̄ vult. non possum terreri multi=
tudine peccatoꝝ si mors dn̄i in mentem
meā venerit:qm̄ peccata mea illuȝ vin=

cere non possunt. Claui et lacea clamāt michi q̄ vere reconciliatus sum christo si eum amauero. Longinus aperuit michi latus christi lancea: et ego intraui et ibi requiesco securus. Qui timet amet: quoniam charitas mittit foras timorem. Nullū tā potens est et tam efficax contra ardorem libidinis medicamētū q̄ mors redēptoris mei. Extēdit brachia sua in cruce: et expandit manus suas. paratus in amplexus pctōrū. In ter brachia saluatoris mei et viuere vol lo et mori cupio. Ibi securus decātabo. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Saluator noster caput inclinauit in morte: vt oscula daret suis dilectis. Totiēs deū osculamur quotiēs in eius amore compungimur.

¶ Meditatio anime ad amorem xp̄i.
M Capitulum. xxiiij.

O Anima mea insignita dei imagine: redēpta christi sanguine desponsata fide: dotata spū: ornata virtutibus: deputata cum angelis dilige illū a quo tantū dilecta es. Intende illi qui intendit tibi. q̄re querentem te. ama amatorē tuū a q̄ amaris: cuius amore pueuta es qui est causa amoris tui. Ipse est meritū: ipse premiū: ipse fructus: ipse vsus: ipse finis. Esto sollicita cum sollicito: cuius vacāte vacans: cum mundo munda: cum scō scā. Qualis apparueris deo: talis oportet vt appareat tibi deus suauis et mitis et multe misericordie. suaues: mites: dulces: humiles et misericordes requirit. Ama illum qui eduxit te de lacu miserie et de luto fecis. Elige illum amicum tuū pre omnibus amicis tuis q cū oīa subtracta fuerit solus tibi fidem seruabit. In die sepulture tue cum omnes amici tui recedent a te: ille te non derelinquet: sed tuebitur a rugiētibus pparatis ad escā: et conducet te per ignotas regionem: atq̄ perducet ad plateas superne syon: et ibi collocabit te cum angel' ante faciem maiestatis sue: vbi audies illud angelicum melos: sanctus sanct' sanctus. etc. Ibi est canticū leticie: vox exultationis et salutis: gratiarum actio et vox laudis: atq̄ alleluya perpetuum. Ibi est cumulus felicitatis: superemi nens gloria: superabundans leticia et omnia bona. O anima mea suspira ardenter: desidera vehementer vt possis peruenire in illam supernam ciuitatem de qua tam gloriosa dicta sunt: in qua sicut letantium omnium habitatio est. Amore potes ascendere: amanti nichil est difficile: nihil impossibile. Anima q̄ amat ascendit frequenter et currit familiariter per plateas celestis hierusalem visitando patriarchas et prophetas: salutando apostolos: admirando exercitus martyrum et confessorum: chorosq̄ virginum speculando. Celum et terra et omnia que in eis sunt non cessant mihi dicere vt amem dominum deum meū.

¶ Nihil pōt aie sufficere p̄t sūmū bonū
N Capitulum xxv

Or humanū in desiderio eternitatis nō fixū: nunq̄ stabile potest esse: sed oī volubilitate volubili': de alio in aliō trāsit: q̄rēs requiem vbi non est. In his autē caducis et transitoriis in quibus eius affectus captiui tenent verā requiē inuenire non valet: q2 tante est dignitatis vt nullum bonum preter summum bon' ei sufficere possit. Tante est eni liber tatis vt in aliqd viciū cogi non possit. Propterea vnicuiq̄ ppria volūtas est causa sue dānatiōis vel saluatiōis. et iō nihil ditius bona volūtate deo offert. Bona volūtas deū ad nos deducit: et nos in eum dirigit. Per bonā volūtatē deū diligim': deū eligim'. ad deū curri m': ad deū puenim': et eū possidem'. O bona volūtas p quā ad dei silitudinem reformamur: et ei siles efficimur. Ita'a mabilis est deo bona voluntas: vt ipse in corde habitare non velit in quo bōa voluntas non fuerit. Bona voluntas illius summe maiestatis trinitatē ad se inclinat. Sapientia nāq̄ ad cognitionē veritatis illā illuminat: charitas ad desideriū bonitatis inflāmat: pastas in ea custodit qd creauit ne pereat.

¶ Quid sit cognitio veritatis. Capitulum. xxvi.

Quid est cognitio veritatis primo cognoscere teipsum quod esse debes et stude ees. quod autē corrigēdum est corrigas. Deīde cognoscere et amare creatorē tuū. hoc est totū hoīs bonū. Uide ergo q̄ ineffabilis est diuie charitatis erga nos dilectio. De nichilo nos creauit: et quicq̄d habem⁹ donauit. Sed q2 plus dileximus datuȝ q̄ datorē: creaturā q̄ creatorem: cecidimus in laqueuȝ dyaboli et facti sumus eius serui. Deus vero mīa motus misit filium suū quo redimeret seruos ad optaret in filios. Filiū dedit in pciū redēptionis. spūsanctū in priuilegium amoris: se deniq̄ totum seruat hereditatem adoptionis. Ita deus vt pijssimus et misericordissimus pre desiderio vl' amore hoīs non solum sua: verūetiam et seipsum īpēdit vt hoīem recuperaret nō tam sibi q̄ homini ipsi. Ut homines ex deo nascerentur primo ex ipsis natus ē deus. Quis est tam durus quem non emolliat amor dei sic hominē preueniēs tanq̄ vehemens amor q̄ homo propt hominem dignatus est fieri? Quis potest odire hominem cuius naturam et similitudinem videt in humanitate dei? Reuera qui odit illum odit deuȝ: et ita perdit quicq̄d facit. Deus nanq̄ propt hoīem fact⁹ est homo: vt esset redēptor qui est et creator: vt de suo redimeretur hō et vt familiari⁹ diligeret ab hoīe deus in similitudine hoīs apparens et vt vterq̄ sensus hoīs in ipso beatificaret et reficeret: oculus cordis in eius diuinitate: et oculus corporis in eius humanitate: vt siue ingrediens siue egrediēs in ipso pascua inueniret natura humana condita ab ipso.

¶ Quid in nobis operetur missio spiritussancti Ca. xxvij

Saluator nanq̄ noster natus est nobis: crucifixus et mortuus est p nobis: vt morte sua mortem nostraȝ destrueret. Et quia petrus carnis portatus fuerat ad torcular crucis: et expressione facta fluere ceperat mustuȝ diuinitatis: missus est spiritussanctus quo vasa cordium prepararētur: et vinū nouū ī vtres nouos poneretur primū vt corda mūdarent: ne ī fusum pollueret: et postea ligarentur ne infusuȝ amitteretur. Mūdaretur gaudio iniq̄tatis: ligarentur cōtra gaudiū vanitatis. Non enim qđ bonum est venire potuit: nisi prius recederet qđ malū est. Gaudiū iniq̄tatis polluit: et gaudiū vanitatis effudit. Gaudiū iniq̄tatis reddit vas sordidū: et gaudiū vanitatis facit rimosum. Gaudiū iniq̄tatis est cū peccatū diligit: et gaudiū vanitatis est cū trāsitoria amātur. Eijce ergo quod malū est: vt qđ bonū est pcipere possis Effunde amaritudinē vt dulcedine impleri possis. Spiritussanctus gaudiuȝ est et amor. Eijce spiritū dyaboli et spiritū mūdi: vt accipias spiritū dei. Spūs diaboli operat gaudiū iniq̄tatis et spiritus mundi⁹ gaudium vanitatis. Et hec gaudia mala sūt: qm̄ aliđ habȝ culpā: aliđ occasionē culpe. Ueniet aūt spiritus dei cū eiecti fuerit spūs mali: et intrabit tabernaculū cordis: et operabit gaudiū bonū et amorē bonū quo expellit amor mūdi et amor peccati. Amor mundi allicit et decipit. Amor peccati polluit et mortē conducit. Amor dei mētem illuminat: conscientiam mundat: animam letificat: et deum demonstrat.

¶ De operatione ei⁹ q̄ diligit deū. Capitulum. xxviij

In quo amor dei est semp cogitat quando ad deum pueniat: quādo mūdum derelinquat: quando carnis corruptioneȝ euadat: vt verā pacē inueniat. sic habȝ cor suū et desideriū in supna eleuatū qn̄ sedet: qn̄ ambulat: quādo requiescit: vel qn̄ aliud agit: cor a deo non recedit: oēs ad amorem dei exhortat: omnibus amorem dei cōmēdat: et q̄ dulcis sit dei amor: et q̄ mal⁹ et q̄ amarus sit amor seculi: corde: ore: et opere: oibus demonstrat. Deridet huius secli

gloriã:arguit sollicitudinẽ.⁊ ꝙ stultuꝫ sit in his q̃ transeunt fiduciam habere ostendit. Miraẜ cecitatẽ hoim ꝗ hec diligunt. Miraẜ etiam quõ vniuersa hec transitoria ⁊ caduca omẽs nõ derelinquũt. Omĩbus estimat dulce qꝺ sibi sapit:oĩbus placere qꝺ diligit:oĩbus quidem esse manifestuꝫ qꝺ cognoscit. Frequenter deũ suũ cõtemplaẜ:et in eiꝰ cõtemplatiõe suauiter reficiẜ:tanto felicius ꝙto frequentius. Dulce est enim sp ad considerandũ qꝺ ad amandũ et laudandum semper est suaue.

¶ De vera cordis requie. R Capitulum xxix.

Re vera hec est vera cordis requies cũ totũ in amorem dei per desideriũ figitur. Nec ꝗc ꝙ aliꝰ appetit:ſꝫ in eo qꝺ tenet felici quadã dulcedine delectaẜ:delectãdo iocũdaẜ. Si vero vana aliqua cogitatiõe vel rerũ occupatiõe ide aliquãtulũ abstractũ fuerit sũma cũ festinatiõe illuc redire festinat: exiliũ reputãs alibi ꝙ ibi morã facere. Nã sicut nullũ est momẽtũ quo hõ non fruatur vel vtaẜ pietate diuina. sic nullũ debet esse momentũ quo eũ p̃sentem nõ habeat i memoria. Jdcirco non breui crimine teneẜ astrictus quisquis in orõne cũ deo loq̃tur:⁊ subito abstrahiẜ ab eius conspectu quasi ab oculis non videntis nec audientis. hoc autẽ fit qñ cogitatiões suas malas ⁊ importunas sequitur:et aliquã vilissimã creaturaꝫ ad quã mẽtis intuitꝰ facile distrahiẜ:ei prefert. illã vicꝫ in cogitatiõe sepius reuoluẽdo ꝙ deũ quem assidue debet recolere creatorẽ:adorare redẽptorẽ: expectare saluatorẽ:timere iudicem.

¶ Quicq̃d mentis aspectũ a deo retrahit omnino fugiendũ est atꝗ execrandum. S Capitulum.xxx.

Quisquis amas munduꝫ tibi ꝓspice quo sit eundum. Hec via qua vadis via pessima plenaꝗ cladis. Fuge ꝗ o hõ paululũ occupatiões tuas: ⁊ abscõdere modicũ a tumultuosis cogitatiõibꝰ tuis. Abijce nũc onerosas curas. postpone laboriosas dissensiones. vaca aliquãtulũ deo:⁊ paululũ requiesce i eo. Jntra in cubiculũ mẽtis tue. exclude oĩa preter deũ ⁊ q̃ valent ad querenduꝫ euꝫ ⁊ clauso ostio quere eum. Dicat nũc totũ cor tuũ deo. Quero vultũ tuũ:vultũ tuũ dñe quero. Eya nũc ergo dñe deus meus tu doce cor meũ. vbi ⁊ quõ te q̃rat. vbi ⁊ quõ te iueniat. Dñe si hic non es vbi te queraꝫ absentem? Si aũt vbiꝗ es cur te nõ video presentem? Sꝫ certe habitas lucẽ inaccessibilẽ. Sed quõ accedã ad lucẽ inaccessibilem. aut quis me deducet ⁊ inducet in illã vt videaꝫ te in illa. Deide q̃bus signis :qua facie te querã. Nunꝙ te vidi dñe deus meꝰ: nũꝙ noui faciẽ tuã. Quid faciet altissime dñe:quid faciet iste longiquus exul tuus? Quid faciet seruus tuus anxius amore tui:⁊ longe proiectꝰ a facie tua? En anhelat videre te:⁊ nimis illi abest facies tua. Accedere ad te desiderat:et inaccessibilis est habitatio tua. Jnuenire te cupit ⁊ nescit locum tuum. Querere te affectat : et ignorat vultum tuum.

¶ Visio dei ꝑdita est ꝓpter pctm̃ ⁊ miseria inuenta est. T Ca.xxxi.

Domine deꝰ meꝰ es tu ⁊ dñs meꝰ:⁊ nũꝙ vidi te: tu me fecisti ⁊ refecisti ⁊ oĩa bona tua mihi cõtulisti:⁊ nonduꝫ vidi te neꝗ noui. Deniꝗ ad te vidẽdũ factꝰ sum:⁊ nonduꝫ feci ꝓpt qꝺ factꝰ sũ. O misera sors hoĩs cuꝫ hoc ꝑdidit ad qꝺ factꝰ est. O dirus ac durꝰ casus ille. Heu q̃d perdidit et q̃d inuenit. Quid abscessit ⁊ q̃d remãsit? Perdidit beatitudinẽ ad quã factus est : et inuenit meseriã adquã factus non est Abscessit sine quo nichil felix est : et remansit qꝺ ꝑ se nõ nisi miserũ est. Manducabat tunc hõ panẽ angelorũ quem nũc esurit:manducat nũc panẽ doloruꝫ quem tunc nesciebat. O tu dñe vsꝗquo obliuisceris in finem : vsꝗquo auertis faciem tuã a nobis? Quando respicies et exaudies nos? Quãdo illuminabis oculos nostros ⁊ ostendes nobis facieꝫ tuam? Qñ restitues te nobis ? Respice

dñe et exaudi: illumina nos: ⁊ ostende nobis teipm. restitue te nobis vt bene sit nobis: sine quo tã male ẽ nobis. Inuita nos: adiuua nos: obsecro domine. Amaricatũ est cor meum sua desolatione, indulcora illud tua cõsolatiõe. Obsecro dñe. Esuriens cepi q̃rere te: ne desinã impastus a te. Famelicus accessi: ne recedã impastus. Pauper veni ad diuitẽ: miser ad misericordẽ: ne recedam vacuus ⁊ cõtemptus. Dñe incuruatus sum ⁊ non possum nisi deorsũ aspicere. Erige me vt possim sursum videre vel intendere. Iniq̃tates mee supgresse sũt caput meũ: obuoluerũt me: ⁊ sicut on⁹ graue grauãt me. Euolue me ⁊ exonera me: ne vrgeat super me pute⁹ os suũ. Doce me querere te ⁊ ostende te querẽti te. q: nec querere te possum nisi doceas tu. nec iuenire nisi te ostẽdas. Queram te desiderando: desiderem te querendo. inueniam amando. amem inueniendo.

¶ De bonitate dei. V Ca. xxij.

Fateor dñe ⁊ gratias ago: q: creasti me ad hãc imaginem tuã: vt tui memor te cogitẽ ⁊ te amẽ. Sʒ sic ẽ abolita corruptiõe vicioꝝ. sic ẽ obfuscata fumo pctõꝝ vt nõ possit facere ad q̃d facta ẽ: nisi tu renoues ⁊ reformes eã. Rogo dñe q̃ das fidei itellectũ: da mihi vt q̃tũ scis expedire itelligã: q: es sicut credim⁹: ⁊ hoc es q̃d credim⁹. ⁊ q̃dẽ credim⁹ te esse aliq̃d quo nihil maius aut melius cogitari possit. Quid ergo es dñe de⁹ quo vnũ maius meliusq̃ nihil valet cogitari: nisi id q̃d summũ bonũ oĩm solũ existens p seipm: oĩa alia fecit ex nihilo? Q̃d ergo bonũ deest summo bono p q̃d oĩe bonum? Tu es itaq̃ iustus: verax: beatus: ⁊ quicquid aliud ẽ melius esse ꝙ non esse. Verum malis quõ parcis: si es totus summe iustus? An q: bonitas tua est incomprehensibilis? Latet hoc in luce inaccessibili quã inhabitas. Vere in altissimo et secretissimo bonitatis tue profundo latet fõs vnde manat fluuius misericordie tue. Nam cũ totus ⁊ summe iustus sis: tamen idcirco etiã malis benignus es: q: tot⁹ ⁊ summe bonus es. Minus nanq̃ bonus esses si nulli malo esses benign⁹. Melior enim qui ⁊ bonis simul ⁊ malis bonus est: ꝙ qui bonus tantum bonus est. Et melior est qui malis ⁊ parcẽdo ⁊ puniendo bonus est: ꝙ qui puniendo tm̃. Ideo ergo misericors es: q: totus ⁊ summe bonus es.

¶ De delectabili fruitione dei. X Capitulum. xxiij

O Immensa bonitas que oĩm intellectũ excedis: veniat sup me mĩa illa q̃ de tanta opulẽtia pcedit: influat in me que profluit de te. Parce per clementiam ne vlciscaris p iusticiam. Excita te nũc aĩa mea: et erige totũ intellectũ tuũ: et cogita q̃tũ potes: q̃tũ et quale sit illd bonũ q̃d deus est. Si enĩ singula bona delectabilia sunt: cogita intente ꝙ delectabile sit illud bonũ quod continet iocunditatẽ oĩm bonoꝝ: ⁊ non quale in rebus creatis sumus experti: sed tanto differẽtem q̃tũ differt a creatura creator. Si enĩ est bona vita creata: ꝙ bona est vita creatrix? Si iocunda est salus fctã ꝙ iocũda est salus q̃ fecit omnẽ salutẽ? Si amabilis est sapientia in cogitatione vel cognitione rerum cognitarum: ꝙ amabilis est sapientia q̃ omnia fecit ⁊ pdidit ex nihilo? Deniq̃ si multe ⁊ magne sunt delectationes in rebus delectabilibus: qualis ⁊ quãta est delectatio ĩ eo qui ipsa delectabilia fecit? O q̃ hoc bono fruetur quid illi erit? quid illi nõ erit? Certe quicquid voluerit illi erit: ⁊ q̃cquid noluerit nõ erit. Ibi quippe illi erunt bona aĩe et corporis: qualia nec oculus vidit nec auris audiuit nec cor hominis cogitauit.

¶ Summum bonum appetendum est. Y Capitulum. xxiiij.

Cur ergo per multa vagaris homuncio querendo bona anime tue et corporis tui. Ama vnum bonũ in quo sũt oĩa bona ⁊ sufficit. Desidera simplex bonum q̃d est omne bonũ: ⁊ satis est. Quid enim amas

caro mea: quid desideras anima mea?
Ibi est quicq̄d amas: ibi est quicquid
desideras. Si delectat pulchritudo: ful
gebunt iusti sicut sol. Si velocitas aut
fortitudo aut libertas corporis cui ni-
chil obsistere poterit: erunt similes an-
gelis dei. quia seminatur corpus aīma
le. surget corpus spūale ptāte vtiq; non
natura. Si longa aut salubris vita ibi
erit sana eternitas / et eterna sanitas. q2
iusti in perpetuum viuent / et salus iusto
rum a dn̄o. Si satietas: satiabuntur cū
apperuerit gloria domini. Si ebrietas
inebriabuntur ab vbertate domus dei.
Si melodia: ibi angeli concinent sine
fine deo. Si quelibet non inmūda sed
munda voluptas: torrente voluptatis
sue potabit eos dominus. Si sapiā: ip
sa dei sapiētia osīdet eis seipsam sapiaz
Si amicitia: diligent deū plusq̄ seipōs
et inuicem tanq̄ seipsos: et deꝰ illos plus
q̄ illi seipsos. q2 illi illū se et inuicē p il-
lū et ille se et illos p seipsum. Si concor
dia: oībꝰ illis erit vna volūtas: q2 nul-
la illis erit nisi dei sūma voluntas. Si
ptās: oīpotentes erūt sue volūtatis vt
deus sue. Nā sicut deus pot̄it qđ volet
p seipm̄ ita poterūt illi qđ volent p illū
q2 sicut illi nō aliud volēt q̄ ille volet:
ita ille volz q̄cq̄d illi volent. et q̄d ille vo
let non poterit nō esse. Si honor et diui
tie: deus seruos suos bonos et fideles su
pra multa bona cōstituet: imo filij dei et
dij vocabuntur: et erūt heredes quidez
dei: coheredes aūt xp̄i. Si vera securi-
tas: certe ita certi erūt nūq̄ vllatenus
illud bonū sibi defuturū: sicut certi erūt
se non sua spōte illud amissuros: nec di-
lectorem deum illud dilectoribus suis i
uitis ablaturū: nec aliq̄d deo potētius
deū et illos separaturū. Gaudium vero
quale q̄tūue est: vbi tale ac tantum bo
num est.

¶ De mutua charitate sāctorū in celis.
Capitulum. xxxv.

COr humanum: cor indigens:
cor expertum erūnas et mise
rias: immo obrutuz miserijs
quātū gauderes si i his oībꝰ
abundares: interroga vltima itima tua
si capere possent gaudiū suum de tanta
beatitudine sua. Sed certe si quis aliꝰ
quem omino sicut teipm̄ amares: ean-
dem beatitudinem haberet: duplicare-
tur gaudiū tuū: quia nō minus gaude-
res pro eo q̄ pro teipso. Si vero duo vl̄
vel tres vel multo plures idipsum ha-
berent: tantumdē pro singulis q̄tūdem
p teipso gauderes si singulos sicut te-
ipsum amares. Ergo qui erit in illa p-
fecta charitate innumerabiliū beatorū
angelorū et hoim: vbi nullus diliget ali
um minus q̄ seipsum. Non enim aliter
gaudebit vnusquisq; p singulis alijs q̄
pro seipso. Si ergo cor hominis de tan
to bono suo vix gaudium suū capiet q̄-
modo capax erit tot et tātorum gaudio
rum. Et vtiq; quoniam quantum quis-
q; diligit aliquē tātū de bono eius gau
det. sicut in illa beata felicitate vnusq;-
q; sine comparatione plus amabit deū
q̄ se et omnes alios secum: ita plus gau
debit absq; estimatiōe de felicitate dei
q̄ de sua et omnium aliorum secum. Et
si deum sic diligent tot corde / tota men-
te tota anima: vt tamen totum cor: to-
ta mens: tota anima nō sufficiat digni-
tati dilectionis: profecto sic gaudebunt
toto corde: tota mente: tota anima: vt
tamen totum cor: tota mens: tota aīa n̄
sufficiat plenitudini gaudij.

¶ De pleno gaudio vite eterne. B
Capitulum. xxxvi

DEus meus et dominus
meus: spes mea et gau
diū cordis mei. dic ani
me mee: si hoc est gaudi
um de quo nobis per fi-
lium tuum dicis. Peti-
te et accipietis vt gaudium vestrum sit
plenum. Inueni nanq; gaudium quod-
dam plenum et plusq̄ plenum. pleno q̄p
pe corde: plena mente: plena anima: ple
no toto homine. Gaudio illo adhuc su-
pra modū supererit gaudium. Non er-
go totum illud gaudiū itrabit i gaudē
tes: s3 toti gaudētes itrabūt i gaudiuz.
Dic dn̄e dic suo tuo itꝰ in corde meo: si
hoc ē gaudiū i qđ itrabūt sui tui: q̄ itra-

bunt in gaudium domini sui. Sed certe gaudiū illud quo gaudebunt electi tui nec oculus vidit: nec auris audiuit nec in cor hois ascendit. Nondum ꝗ cogitaui aut dixi dñe ꝗtū gaudebūt electi tui. Atqꝫ tm̄ gaudebūt ꝗtum amabūt: tm̄ amabūt ꝗtū cognoscēt dñe. Et ꝗtū te amabunt? Cerne nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascēdit in hac vita ꝗtū te cognoscēt ꝛ amabunt in illa vita. Oro te deus meus vt cognoscā te. amē te: vt gaudeā de te. et si non possum in hac vita ad plenum vł proficiam de die in diem: vsqꝫ dū veniat illud ad plenū. Proficiat in me hic noticia tua vt ibi fiat plena: crescat in me hic amor tu⁹ vt ibi sit plen⁹ vt hic gaudium meū sit in spe magnum ꝛ ibi in re plenū. Deus verax peto vt accipiā qd ꝓmittis: vt gaudiū meū sit plenū. Meditetur in te interī mēs mea loquatur īde lingua mea: amet illd cor meū: smocinetur eos meū: esuriat illud aīa mea sitiat illd caro mea: desideret illd subā mea donec intrem in gaudium domini mei: ibi ꝑmāsur⁹ ꝑ secula. Amen.

¶ Manualis de verbo dei Diui Augusti epi Hipponensis finis.

In enchiridion.

¶ Ex libro secundo: capite sexagesimo tertio retractationū diuini Augustini.

¶ Scripsi et librū de fide spe ꝛ charitate cū a me ad quē scriptus est postulasset: vt aliqd opusculū hēret meum de suis manibus non recessurū. Quod gen⁹ greci enchiridon vocant. Ubi satis diligenter michi videor esse complexus: quō modo sit colēdus de⁹: quā sapiētiā esse hominis vtiqꝫ verā diuina scriptura definit. Hic liber sic incipit. Dici non pōt dilectissime fili laurenti.

¶ Diuini Augustini epi Hipponēsis in enchiridiō ad Laurētiū ꝓhemiū. B

Dici non pōt dilectissime fili Laurēti ꝗtū tua erudicōne delecł: ꝗtūqꝫ te cupiā esse sapiētē si ex eorū nūero de qb⁹ dicit. Ubi sapiēs: vbi scriba: vbi ꝯqsitor scli? Nōne stultā fecit de⁹ sapiētiam hui⁹ mūdi? Sed ex eorū numero deqb⁹ dcm̄ est. Multitudo sapiētū sanitas est orbis terrarū. Et qles vult apłs fieri: qbus dicit. Uolo aūt vos sapiētes qdem esse in bono: simplices aūt in malo. Sicut aūt nemo a seipo esse pōt: ita etiam nemo a seipo sapiēs esse pōt; ꝫ ab illo illustrāte de q scriptum est. Omnis sapientia a domino deo est.

¶ De hois sapiētia pietas. i. dei cult⁹ dicitur: vt in libro Job legitur. C

Capitulum primum

Hominis autem sapiētia pietas est. Habes hoc in libro sācti Job. Nā ibi legitur qꝫ ipa sapiētia dixerit homini. Ecce pietas est sapientia. Si autem queris: quam dixerit eo loco pietatē: distincti⁹ in greco reperies theosebian: qui ē dei cultus. Dicitur enī grece pietas: ꝛ alit idem eusebian: quo nomie significatur bonus cultus: ꝗuis ꝛ hoc precipue referatur ad colendum deum. Sed nihil est ꝯmodius illo noie: quo euidēter dei cultus exp̄ssus est: cum quid esset hois sapientia diceret. Queris ne aliqd dici breuius: q petis a me vt breuit magna dicantur? An hoc ipsum tibi fortasse desideras breuiter aperiri: atqꝫ in sermonem colligi breuem quonā modo sit colendus deus. D

¶ Quonā mō sit colendus deus.

Capitulum. secundum.

Hic si rñdero: fide spe charitate colendū deū: ꝓfecto dicturus es breuius hoc dcm̄ esse ꝗ velis: ac deinde petiturus ea tibi

breuiter explicari que ad singula tria ista pertineant. quid credendum sz qd sperandum. quid amādū sit. Quod cū fecero ibi erūt oīa illa q̄ i ep̄la tua querenda posuisti. Cuius exēplū si ē penes te: facile est vt ea reuoluas ⁊ relegas. Si autem non est commemorante me recolas.

¶ Qualem sibi librū fieri voluerit vel que vt continere poposcerit. C Capitulum tertium.

Vis enī tibi (vt scribis) librū a me fieri. quem enchiridiō (vt dicūt) habeas: et de tuis manibus nō recedat: et cōtinēs postulata. i. quid sequendū maxime quid propter diuersas principalr hereses sit fugiēdū: inq̄tū ratio pro religione contendat vel quid in ratione: cū fides sit sola nō ꝯueniat. quid primū quid vltimū teneatur. que toti⁹ diffinitionis summa sit. q̄d certū ꝓpriumq̄ fidei catholice fundamentum. Hec aūt oīa q̄ requiris ꝓculdubio sci es: diligēter sciendo quid credi qd sperari debeat: quid amari. Hec enī maxime: imo vero sola religione sequēda sunt. His q̄ contradicit: aut oīno a xp̄i noīe alien⁹ est: aut hereticus. Hec sunt defendenda ratione: q̄ vel a sensib⁹ corporis inchoata: vel ab intelligentia mētis inuēta. Que aūt nec corporeo sensu experti sum⁹. nec mēte asseq̄ valuimus aut valemus: eis sine vlla dubitatione credenda sūt testibus: a quibus ea que diuina vocari iā meruit scriptura confecta est q̄ ea siue per corpus siue p aīm diuinitus adiuti: vel videre vel etiā preuidere potuerunt.

¶ De initio fidei ⁊ perfectione speciei. et q̄ xp̄s sit ꝓpriū fidei catholice fundamentum: ⁊ q̄ apud hereticos nominetenus inuenit. F Capitu. iiii.

Cum autē initio fidei: que p dilectionem operat: imbuta mēs fuerit: tēdit bn̄ viuendo etiam ad speciem peruenire: vbi est sctis ⁊ perfectis cordibus nota ⁊ ineffabilis pulchritudo: cui⁹ plena visio ē summa felicitas. Hoc ē nimirū quod requiris: quid primum: qd vltimum teneatur: inchoari fide: perfici specie. Hec etiā totius diffinitiōis est summa. Certum vero propriumq̄ fidei catholice fundamētum xp̄s est. Fundamentum enim aliud ait apostolus nemo potest ponere preter id q̄d positum est: quod est xp̄s iesus. Nec hoc ideo negandum est ꝓpriū fundamentū esse fidei catholice: q2 putari pōt aliquibus hereticis hoc nobiscum esse cōmune. Si enī diligenter que ad xp̄m pertinent cogitent: nominetenus inuenitur christus apud quoslibet hereticos qui se christianos vocari volunt. re xo ip̄a nō est apud eos. Quod ostendere nimis longum est: q̄ꝛ ꝯmemorande sunt omnes hereses siue q̄ fuerunt: siue que sunt: siue q̄ potuerunt esse sub vocabulo christiano. ⁊ etiam q̄ sit hoc verum p singulas quasq̄ monstrandum. Que disputatio tā multorū est voluminum vt etiam infinita videatur.

¶ Quid sit enchiridion quod sibi fieri velit. ⁊ q̄ laboriosum sit contra fidem spem ⁊ charitatem sentientibus respondere. G Capitulum. v.

Tu autē enchiridiō a nobis postulas id est q̄d manib⁹ possit astringi. nō q̄d armaria possit onerare. Ut igit ad illa tria redeam⁹ p q̄ diximus colendū deū: fidē spē charitatē facile est vt dicat quid credēdū: qd sperādū: qd amādū sit. Sed quēadmodū aduers⁹ eorū q̄ diuersa sentiūt calūnias defēdat: operosioris vberiorisq̄ doctrine est. Que vt habeat non breui enchiridion man⁹ debetur impleri: sed grandi studio pectus accendi.

¶ Qd̄ symbolū ⁊ dominica oro fidem in se ⁊ spem ⁊ charitatem contineat. H Capitulum. vi.

Nam ecce tibi est symbolū ⁊ dominica oro: quid breui⁹ auditur aut legitur qd facilius memorie cōmendatur: Quia enī de pctō graui ⁊ miseria premebatur genus humanum. et diuine indigebat misericordie:

gratie dei tēpus propheta preuidens ait. Et oīs qui inuocauerit nomen dn̄i saluus erit. Propter hoc dn̄ica oratio. Sed apostolus cū ad ipsam gratiā commendandā hoc propheticum cōmemorasset testimonium: continuo subiecit. Quomō aūt inuocabūt in quē non crediderunt. Propter hoc symbolum. In his duob⁹ tria illa intuere. Fides credit. spes ⁊ charitas orant. Sed sine fide esse non possunt: ac per hoc ⁊ fides orat Propterea quippe dictū est. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt.

¶ Qualiter fides spes charitas sine se inuicem esse nō possunt: ꝙuis a se in q̄busdam differant. I Ca. vij.

Quid aūt sperari potest qd̄ non creditur? Porro etiā aliquid qd̄ non sperat̄ credi pōt. Quis nāq3 fidelium penas non credit impiorꝝ? nec sperat tñ. Et quisquis eas imminere sibi credit ac fugaci animi motu exhorret: rectius timere dicitur ꝙ sperare. Que duo Lucanus distinguens ita complexus ait. Liceat sperare timenti. Non autē ab alio poeta ꝙuis meliore proprie dictum est. Hunc ego si potuitā tum sperare dolorem. Denique nonnulli in arte grammatica verbi huius vtuntur exemplo ad ostendendam impropriam dictionē: ⁊ aiunt. Sperare dixit pro timere. Est itaq3 fides ⁊ malarū rerum ⁊ bonarum. quia ⁊ bona credunt̄ ⁊ mala. ⁊ hoc fide bona et mala. Est etiam fides preteritarum rerum presentium ⁊ futurarum. Credimus eñ mortuū christum: quod iam preterijt. Credimus sedere ad dexteram patris qd̄ nunc est. Credimus venturum ad iudicandū qd̄ futurum est. Item fides et suarum rerꝝ est ⁊ alienarꝝ. Nam ⁊ se quisq3 credit aliquādo esse cepisse: nec fuisse vtiq3 sempiternū: ⁊ alia atq3 alia. K

Nec solum de alijs hominibus multa que ad religionem pertinent: verum etiā de angelis credimus. Spes autē non nisi bonarum rerum est nec nisi futurarum: ⁊ ad deum pertinentium: qui earum spem gerere perhibetur. Que enim ita sint propter has causas distinguenda erit fides a spe: sicut vocabulo: ita et rationabili differentia. Nam quod attinet ad non videre siue que creduntur siue q̄ sperātur fidei speiq3 commune est. In epistola quippe ad hebreos: qua teste vsi sunt illustres catholice regule defensores: fides esse dicta ē cognitio rerum que non videntur. Quāuis quando se quisq3 non verbis: non testibus: non deniq3 vllis argumentis: sed presentium rerum euidentie dicit credidisse: hoc est fidē accommodasse: non ita videtur absurdum: vt recte reprehendatur in verbo eiq3 dicatur Uidisti ergo non credidisti. Uñ putari potest non esse consequens: vt non videant̄ res quecunq3 credit̄. L Sed melius hanc appellamus fidē quam diuina eloquia docuerunt earū scilicet rerꝝ que non vidētur. De spe quoq3 ait apostolus. Spes que videtur non est spes. Quod enim videt quis. quid sperat. Si aūt quod non videmus speramus: per patientiam expectamus. Cum ergo bona bonis futura esse credūtur: nihil aliud ꝙ sperantur. Iā de amore quid dicā sine quo fides nichil prodest? Spes vero sine amore esse non potest. Deniq3 vt ait apostolus Jacobus. Et demones credunt et contremiscunt: nec tamē sperant vel amant. sed potius quod speramus et amamus credendo venturum esse formidant. Propt̄ quod apostolus Paulus fidem que ꝑ dilectionem operat̄ approbat atq3 commendat. que vtiq3 sine spe esse non potest. Proinde nec amor sine spe ē: nec sine amore spes nec vtrunq3 sine fide.

¶ Qꝫ credulitas fidei christiane non ī naturis rerꝝ: sed in creatoris bōitate cōsistat. ⁊ ꝙ satis sit omni christiano credere sanctam trinitatem esse causā omnium creatarꝝ rerꝝ. M

Capitulum octauum.

Cum ergo queritur quid credendum sit quod ad religionem pertineat: non rerū natura ita rimanda est: quēad

modum ab eis quos phisicos greci vocant. Nec metuendum est quemadmodum ab eisdem ne aliquid de vi et numero elementorum de motu atque ordine et de effectibus siderum. de figura celi: de generibus et naturis animalium: fruticum: lapidum: fontium: fluminum montium: et spaciis locorum et temporum: de signis imminentium tempestatum: et alia scientia de his rebus: quas illi vel inuenerunt vel inuenisse se existimant christianus ignoret. quia nec ipsi omnia repererunt tanto excellentes ingenio: flagrantes studio: abundantes ocio: et quedam humana coniectura inuestigantes: quedam vero historica experientia perscrutantes: et in eis que se inuenisse gloriantur: plura opinantes potius quam scientes. Satis est christiano rerum creatarum causam siue celestium: siue terrestrium: siue visibilium: siue inuisibilium non nisi bonitatem credere creatoris: qui vnus et verus est deus: nullamque esse naturam: quam aut non ipse sit: aut ab ipso: eumque esse trinitatem: patrem scilicet et filium a patre genitum: et spiritum sanctum ab eodem patre procedentem: sed vnum eundemque spiritum et patris et filii.

¶ Qualia bona sint quam a summa trinitate creata sunt. ℞ Capitu. ix

AB hac summe et equaliter et immutabiliter bona trinitate creata sunt omnia: et nec summe nec equaliter nec immutabiliter bona: sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona: quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo.

¶ Qualiter deus mala ordinet: et que sit diffinitio mali. ℞ Capitu. x

IN qua etiam illud quod malum dicitur: bene ordinatum et loco suo positum: eminentius commendat bona: vt magis placeant et laudabiliora sint: dum comparantur malis. Neque enim deus omnipotens: quod etiam infideles fatentur: rerum cui summa potestas: cum summe bonus sit vllo modo sineret mali aliquid esse in operibus suis: nisi vsque adeo esset omnipotens et bonus vt bene faceret et de malo. De bono nature viciatum ipse deus bene facit reformando: aut puniendo viciatum. ac per hoc ergo malum nec vicium erit: quia nihil est cum euacuatur. Quid est autem aliquid quod malum dicitur: nisi priuatio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est aliud morbis et vulneribus affici quam sanitate priuari. Neque enim id agitur cum adhibetur curatio: vt mala illa que intrant. id est morbi ac vulnera recedant hinc et alibi sint: sed vtique non sint. Non enim vlla substantia: sed carnalis substantie vicium est vulnus aut morbus. Cum caro sit ipsa substantia: profecto aliquod bonum est: cui accidunt ista mala id est priuationes eius boni quod dicitur sanitas. Ita etiam et animarum quecunque sunt vicia: naturalium sunt priuationes omnes bonorum. Que cum sanantur non aliquo transferuntur: sed ea que ibi erant nusquam erunt: quando in illa sanitate non erunt.

¶ Bonas esse omnes naturas a summo bono factas: quibuscunque ex causis et qualiter corruptio noceat intimatur.

℞ Capitulum. xi.

NAture igitur omnes quoniam naturarum prorsus omnino summe conditor bonus est: bone sunt. Sed quia non sicut earum conditor summe atque incommutabiliter bone sunt. ideo in eis et minui bonum et augeri potest. Sed bonum minui malum est quamuis quantumcunque minuatur remaneat aliquid necesse est: si adhuc natura est vnde natura sit. Neque enim si qualiscuique aut quantulacunque natura est: consumi bonum quod natura est nisi et ipsa consumatur potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porro si incorruptibilis sit quam corrumpi omnino non possit: multo est procul dubio laudabilior. Cum vero corrumpitur: ideo malum est eius corruptio: quia eam qualicunque priuat bono. Nam si nullo bono priuat non nocet: nocet autem adimendo bonum. Quandiu itaque natura corrumpitur inest ei bonum quo priuetur. Ac per hoc si nature aliquid remanebit quod iam corrumpi nequeat: profecto natura incor=

ruptibilis erit:et ad hoc tam magnum bonum corruptio non perueniat. At si corrumpi non desinet: nec bonum vtiq; habere desinet:quo eam possit priuare corruptio. Quam si penitus totamq; consumpserit : ideo nullum bonum inerit.quia natura nulla erit. Quocirca bonum corruptio consumere nō potest nisi consumendo naturā. Omnis ergo natura bonū est magnum si corrumpi nō potest:paruū si potest.negari tñ bonū esse:nisi stulte atq; imperite prorsus nō potest. Que si corruptione cōsumitur:nec ipsa corruptio remanebit:nulla vbi esse possit persistente natura.

¶ Q nullum possit esse malum si nullum sit bonū.et q̄ hec assertio śnie prophetice non sit contraria. Q Capitulum. xij.

AC per hoc nullum est quod dicitur malum si nullum sit bonum:sed bonū omni malo carens integrū bonū est. Cui vero inest malū viciatū vel viciosū bonū est nec malū vnq̄ potest esse vllū vbi bonū est nullū. Unde res mira cōficitur vt q: ois natura inq̄tum natura est:bonū est:nihil aliud dici videat:cuž viciosa natura mala esse natura dicit: nisi malū esse qđ bonū est:nec malū esse nisi qđ bonū est:q: ois natura bonū est nec res aliqua mala esset si res ipa que mala est natura nō esset Nō igit potest esse malū:nisi aliqđ bonū. Qđ cum dici videat absurde:cōnexio tñ rōcinationis huius velut ineuitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cauēdum est ne incidam⁹ in illā śniam ꝓpheticā:vbi legitur. Ue his q̄ dicūt:q̄ bonū est malum: ꝛ q̄ malum est bonū:q̄ dicūt dulce amarū ꝛ amarū dulce. q̄ dicunt tenebras lucē:ꝛ lucē tenebras. Et tñ dñs ait. Malus hō de malo thesauro cordis sui ꝓfert mala. Quid est aūt malus homo nisi mala natura.q:hō natura est. Porro si hō aliqđ bonum est: q: natura est: quid ē malus homo nisi malum bonū? Tamē cum duo ista discernimus:inuenimus nec ideo malum quia homo ē: nec ideo bonum quia iniquus est. sed bonum q: homo:malum quia iniquus. Quisquis igitur dicit malū hominem esse: aut qđ bonum est iniquū esse.ipse incidit in ꝓpheticā illā sententiam. Ue his qui dicunt q̄ bonuž est malum :ꝛ q̄ malū est bonum. Opus eniž dei culpat qđ est homo:et vicium hominis laudat quod est iniquitas. Omnis namq; natura etiā si viciosa est inquantum natura est bona est.inq̄tum viciosa est mala est.

¶ Q in bonis ac malis sibimet contrarijs dyalecticorū regula deficiat. et quid sit corruptio. ꝛ q̄ ex bonis mala orta sint. R Capitulum. xiij.

QUapropter in his contrariis q̄ mala ꝛ bona vocantur illa dyalecticorum regula deficit: qua dicūt : nulli rei duo simul inesse contraria Nullus ei aer simul ē tenebros⁹ ꝛ lucidus. Nullus cibus aut potus sit dulcis et ꝛ amarus. Nullū corpus simul vbi albū ibi ꝛ nigrū. Nullū sint vbi deforme:ibi ꝛ formosum. Et hoc in multis ac pene in omnibus contrarijs reperit vt in vna re simul esse non possint. Cuž autē bona ꝛ mala nullus ambigat esse cōtraria:nō solū simul esse possunt:sed etiam mala oino sine bonis ꝛ nisi in bonis esse nō possūt q̄uis bona sine malis esse possint. Potest eni hō vel angelus non esse iniustus. iniustus autež nō potest esse nisi homo vel angelus. Et bonū q̄ homo:bonū q̄ angel⁹: malum q̄ iniustus. Et hec duo contraria ita simul sunt:vt si bonū nō esset in quo malum esset:prorsus nec maluž esse potuisset. Quia non mō vbi cōsisteret:sed vnde oriret corruptio non haberet:nisi esset qđ corrumperet. quod nisi bonum esset nec corrumperet. q:in nihil est aliud corruptio q̄ boni exterminatio. Ex bonis igit mala orta sunt:ꝛ nisi in aliquibus bonis non sunt . nec erat alias vnde oriretur vlla mali natura. Nam si esset:inquantuž natura esset:profecto bona esset:et aut incorruptibilis natura magnum esset bonum:aut etiam natura corruptibilis nullo modo esset ni-

si aliquod bonũ: qđ bonum corrũpẽdo posset ei nocere corruptio.

¶ Quomõ nõ sit cõtrariũ dñice senten tie: qua dicit. non põt arbor bona fructus malos facere: cuȝ dicunt mala ex bonis esse orta. S Capi. xiiij.

Sed cũ mala ex bonis orta esse dicim⁹: nõ putet hoc dñice sentẽtie refragari: que dicit. Non põt arbor bona fructus malos facere. Nõ põt em̃ sicut veritas dicit: colligi vua de spinis: q: nõ potest vua nasci de spinis. Sed ex bona terra ⁊ vites nasci posse videm⁹ ⁊ spinas. Et eodẽ modo tanq̃ arbor mala fructus bonos. i. opa bona nõ põt facere volun tas mala. Sed ex bona homis natura oriri voluntas ⁊ bona põt ⁊ mala. Nec fuit prorsus vñ primitus oriret volun tas mala: nisi ex angeli et homis natura bona. Qđ ⁊ ipse dñs eodẽ loco: vbi de arbore et fructib⁹ loquebat aptissime ostendit. Ait em̃. Aut facite arborẽ bonã ⁊ fructũ eius bonũ. aut facite arborẽ malã et fructũ eius maluȝ. Satis admonẽs ex arbore quidem bona malos: aut ex mala bonos nasci fruct⁹ nõ posse: ex ipa tñ terra cui loquebat vtrã q̃ arborẽ oriri posse.

¶ Non pertinere ad btitudinem consequẽdã scire causas in mũdo corporaliũ motionum. T Capitulum. xv.

Que cũ ita sint quãdo nobis maronis ille versus placet Felix q̃ potuit rerũ cognoscere causas: nõ nobis videatur ad felicitatẽ ꝯsequẽdã pertinere; si sciam⁹ causas magnaruȝ in mũdo corporaliũ motionũ q̃ abditissis nature finibus occulunt. vnde tremor terris: quavi maria alta tumescãt: obicibus ruptis: rursusq̃ i seipsa residẽat ⁊ cetera huiusmodi. Sed bonarũ ⁊ malarũ reruȝ causas nosse debemus. Et id hactenus quatenus eas homini i hac vita errorib⁹ erumnisq̃ plenissima ad eosdem errores ⁊ erumnas euadendas nosse conceditur. Ad illam quippe felicitatem tendendum est: vbi nulla quatiamur erumna: nulla errore fallamur. Nam si cause corporalium motionum noscẽde nobis essent: nullas magis nos se q̃ nostre valitudinis deberemus. Cum vero eis ignoratis medicos querimus: quis non videat: quod de secretis celi et terre nos latet quanta sit patientia nesciendum.

¶ Disputatio qualiter error caueri pos sit. V Capitulum decimumsextum.

Quãuis eniȝ error quãta pos sum⁹ cura cauẽdus sit nõ solum in maioribus verũetiã i minoribus rebus. nec nisi rerũ ignorantia possit errari: nõ ẽ tñ cõsequẽs: vt continuo erret quisquis aliqd nescit: sed quisquis se existimat scire qđ nescit. pro vero quippe approbat falsũ quod est erroris proprium. Uerumtamen in qua re quisq̃ erret interest plurimum. Nam in vna eademq̃ re et nescienti sciens: et erranti non errans recta ratione preponitur. In diuersis autem rebus id est cum iste sciat alia: ille alia. et iste vtiliora: ille minus vtilia vel etiam noxia: quis non in eis que ille scit: ei preferat nescientẽ? Sunt enim quedam que nescire q̃ scire sit melius. Itemq̃ nonnullis errare ꝓfuit aliquãdo. sed in via pedum non invia morum Nam nobisipsis accidit vt in quodam biuio falleremur: ⁊ non iremus per eũ locum: vbi operiens transitum nostruȝ donatistarũ man⁹ armata subsederat. atq̃ ita factũ est: vt eo quo tẽdebamus per deuium circuitum veniremus: cognitisq̃ insidijs illorum nos gratularemur errasse: atq̃ inde gratias ageremus deo. Quis ergo viatorem sic errantem: sic non erranti latroni prepone re dubitauerit? X

Et fortasse ideo apud illuȝ summũ poetam loquens quidam miser amor: vt vidi (iquit) vt perij: vt me malus abstulit error: quoniam est error bonus qui nõ solum nichil obsit: verumetiam prosit aliquid. Sed diligentius considerata veritate: cũ nichil sit aliud errare q̃ verum putare quod falsum est: falsũq̃ qđ verum est: vel certum habere pro incer

to:incertum ve pro certo. ſiue falſum ſi=
ue ſit verũ. idq̨ tam ſit in animo defor=
me atq̨ indecẽs: ꝙ pulchrũ ac decorũ
eſſe ſentimus: vel in loquendo vel in aſ
ſentiendo: eſt eſt: non nõ. Profecto ⁊ ob
hoc ipſum eſt vita iſta miſera qua viui=
mus ꝙ ei nonnunꝙ. vt non amittatur:
error eſt neceſſarius. Abſit vt talis ſit
illa vita vbi eſt anime noſtre ipſa veri=
tas vita. vbi nemo fallit: falliẽ nemo.
Hic aũt homĩes fallunt atq̨ falluntur
miſerioreſq̨ ſunt cũ mentiendo fallũt
ꝙ cum mentientibus credẽdo fallũtur
Uſq̨adeo tñ rationabilis natura refu=
git falſitatẽ: ⁊ ꝙtum poteſt deuitat er=
rorem: vt falli nolint etiam quicunq̨
amant fallere. Non enĩ ſibi ꝗ mentitur
videtur errare: ſed aliũ in errorem mit
tere credentem ſibi. et in ea quidem re
non errat: quã mendacio contegit ſi no
uit ipſe quid verum ſit. ſed in hoc falli=
tur ꝙ putat ſibi ſuũ non obeſſe menda=
cium: cũ magis facienti ꝙ patienti ob=
ſit omne peccatum.

¶ Utrum ad officium hominis iuſti ſit
aliquando mentiri. y Capi xvij.

Erũ difficillima ⁊ latebroſiſ=
ſima hic gigniẽ queſtio: de ꝗ
iam grandem librum cũ re=
ſpõdendi neceſſitas nos vr=
geret abſoluim⁹. Utrũ ad of
ficiũ homĩs iuſti ptineat aliqñ mẽtiri.
Nõnulli ei eo vſq̨ pgrediunẽ vt ⁊ peie
rare ⁊ de rebus ad dei cultũ ptinẽtibus
ac de ipſa dei natura falſum aliquid di
cere: nonnunꝙ bonũ piumq̨ opus eſſe
cõtendant. Mihi autẽ videẽ pctm̃ eſſe
quidem omne mẽdacium: ſed multũ in
tereſſe quo aĩo ⁊ quibus de rebus ꝗſq̨
mentiaẽ. Non enim ſic peccat ille ꝗ con
ſulendi: quomõ ille ꝗ nocendi volunta=
te mentiẽ. Haud vero tantum nocet: ꝗ
viatorem mentiẽdo ĩ diuerſum iter mit
tit ꝙtum is ꝗ viã vite mendacio fallen
te deprauat. Nemo ſane mentiens iudi
candus eſt qui dicit falſum quod putat
verum: qm̃ ꝙtum in ipſo eſt non fallit
ipſe ſed fallitur. Non itaq̨ mendacij:
ſed aliquando temeritatis arguendus
eſt: qui falſa incautius credita pro ve=
ris habet. Potiuſq̨ econtrario ꝙtum
in ipſo eſt mentitur ille: qui dicit verum
quod putat falſum. Quãtũ enĩ ad ani=
mã ei⁹ attinet: quia nõ quod ſentit hoc
dicit: nõ verum dicit ꝙuis verum inue
niaẽ eſſe quod dicit. nec vllo modo li=
ber eſt a mendacio ꝗ ore neſciens verũ
loquitur: ſciens aũt voluntate mẽtitur.
5. Non conſideratis itaq̨ reb⁹
ipſis de quibus aliquid diciẽ: ſed ſola
intentione dicentis: melior eſt qui neſci
ens falſum dicit: qm̃ id verum putat. ꝙ
qui mentiendi animum ſciens gerit: ne
ſciens verum eſſe quod dicit. Ille nam=
q̨ aliud non habet in animo aliud in
verbo. huic vero qualecũq̨ per ſeipſum
ſit quod ab eo diciẽ: aliud tamen clau=
ſum in pectore: aliud in lingua prõptũ
eſt. quod malum eſt proprium mentien
tis. In ipſarum autem q̃ dicuntur conſi
deratione rerꝫ: tantum intereſt qua in re
quiſq̨ fallaẽ ſiue mentiatur: vt cum fal
li ꝙ mentiri minus ſit malum: quantũ
ptinet ad hominis voluntatem. tamen
longe tolerabilius ſit in his que a reli=
gione ſunt ſeiuncta mentiri: ꝙ in his ſi
ne quorum fide vel noticia deus coli nõ
poteſt: falli vt in pluribus a pquirente
lucidius inueſtigabitur. Quod vt illu
ſtreẽ exemplis intueamur quale ſit. ſi ꝗ=
piam dum mentiẽ: viuẽ nunciat aliquẽ
mortuum et alius dum falliẽ: credat iẽ
um chriſtum poſt quãlibet ⁊ longa tem
pora moriturꝫ. Nonne illo modo men=
tiri ꝙ iſto modo falli incompabiliẽ pre
ſtat? multoq̨ minoris mali eſt in illum
errorem aliquem inducere: ꝙ in iſtum
ab aliquo induci.

¶ Quibus in rebus fallamur. A
Capitulum decimumoctauum.

N quibuſdam ꝙ rebus ma=
gno: in quibuſdam puo: in ꝗ=
ſ buſdã nullo malo: in ꝗbuſdã
etiã nõnullo bono fallimur.
Mã magno malo falliẽ hõ:
cũ hoc nõ credit qꝺ ad vitã ducit eternã:
licꝫ hoc credit qꝺ ad mortẽ ducit eternã.
Paruo autem malo fallitur qui fal=
ſum pro vero approbando: incidit in
aliquas moleſtias temporales: quibus

tamen adhibita fideli patientia cōuertit eas in vsum bonum. veluti si quisꝗ bonum hoīem putādo qui malus ē aliquid ab eo patiatᷣ mali. Qui vero malum hoīem ita bonum credit vt nihil ab eo patiatᷣ mali: nullo modo fallitur nec in eū cadit illa ꝓphetica detestatio Ve his q̄ dicunt ꝙ malum est bonū. De ipsis eīn rebꝰ quibus homīes mali sunt non de hominibꝰ dictū intelligendū est. Unde qui adulteriū dicit bonum. recte arguitᷣ illa voce prophetica. Qui vero ipm hominē dicit bonū: quē putat castum ⁊ nescit adulterum: nō in doctrina rerum bonarum ⁊ malarum: sed in occultis humanoꝝ fallitᷣ moꝝ: vocans hominē bonū: ī quo putat esse quod eē nouit bonū. ⁊ dicēs malum adulterium ⁊ bonū castū. sed hunc bonum dicens nesciendo adulterum eē: illū malū nesciēdo castū. B Porro si ꝑ errorē euadit quisꝗ perniciē: sicut superius dixi nobis in itinere contigisse: etiam aliquid boni homini errore confertur.

Sed cum dico in quibusdā rebus nullo malo aliquē: vel nō nullo etiā bono falli: nō ipm errorē dico nullū malum vel nonnullū bonū: sed malū quo non venitur vel bonū quo venitur errando id est ex ipso errore quid non inueniat vel q̄d proueniat. Nam ipse per seipsum error aut magnum ī re magna: aut paruum in re parua: tamē semꝑ est malū. Quis eīn nisi errans malū neget approbare falsa pro veris. aut improbare vera pro falsis: aut habere incerta pro certis: vel certa pro incertis? Sed aliud est bonū hominem putare qui malus est: quod est erroris: ⁊ aliud est ex hoc malo aliꝗ malū nō pati: si nihil noceat homo malus qui est putatus bonus. Item aliud est ipsam viam putare que non est ipsa et aliud est aliud est ex hoc erroris malo aliquid boni consequi: velut est ab insidijs malorum hoīm liberari.

¶ An peccata dicēda sint cū quis ꝺ malo homie bn̄ sentit: vel verisimulibꝰ fallitur. C

Capitulum decimūnonum.

N Escio sane. Utrum etiā eiusmodi error sit: cum homo de malo hoīe bn̄ sentit: q̄lis sit nesciens: aut pro eis q̄ ꝑ sensus corporis capimꝰ occurrūt similia: q̄ spiritu tanꝗ corpore: aut corpore tanꝗ spiritu sentiuntᷣ. quale putabat apostolus Petrus qn̄ existimabat se visum videre: repente de claustris ⁊ vinculis per angelum liberatus: aut in ipsis rebus corporeis leue putatᷣ esse quod asperū est. aut bene olere quod putridum est aut tonare cum reda transit: aut illum esse hominē cum alius sit quādo duo sibi simillimi sunt. quod in geminis sepe contingit. vnde ait ille. Gratusꝗ parentibus error: ⁊ cetera talia etiam peccata dicenda sint. Hec q̄stio nodosissima: que homines acutissimos achademicos torsit: nunc mihi enodāda suscepta est. vtrum aliquid debeat sapiēs approbare ne incidat in errorem si pro veris approbauerit falsa. cum omnia sicut affirmant: vel occulta sint vel incerta.

D Unde tria confeci volumina in initio conuersionis mee: ne impedimento nobis essent que tanꝗ in ostio contradicebant. Et vtiꝗ fuerat remouenda inueniende desperatio veritatis: q̄ illoꝝ videtᷣ argumētationibus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatum: quod vitari nō posse contendunt: nisi omnis suspendatur assensio. Errare quippe dicunt eū quisquis assentitur incertis: nihilꝗ certum esse in hominum visu propter indiscretam similitudinem falsi. etiam si quod videtur forte sit verum: acutissimis quidem sed impudentissimis conflictationibus disputant. Apud nos autem iustus ex fide viuit. At si tollatur assensio et fides tollitur. quia sine assensione nihil creditᷣ. Et sunt vera q̄uis non videantur: que nisi credantur ad vitam beatam: que non nisi eterna est: non potest perueniri. Cum istis vero vtrum loqui debeamus ignoro: qui nō victuros in eternum: sed in p̄ntia se viuere nesciunt. immo nescire se dicūt quod nescire nō possunt. Neꝗ enim quisꝗ siniᷣ nesci

re se viuere:qñquidē si non viuit nō po
test aliquid nescire:qm̄ non solum scire:
verūetiā nescire nō nisi viuentis ē.Sed
videlicet non assentiendo ꝗ viuāt:caue
re sibi videnť errorē:cū etiam errando
cōuincanť viuere:qm̄ nō potest q̄ non vi
uit errare.Sicut ergo nos viuere non
solum verum:sed etiam certum est ita
vera ꝛ certa sunt multa:quibus nō assē
tiri absit vt sapiētia poti⁹ ꝗ demētia no
minanda sit.

¶ Quibus in rebus errantes non pec=
mus:ꝗuis ad huius vite miserias er=
ror pertineat. E

Capitulum vigesimum.

In quibusdā aūt rebus
nihil interest ad capessē
dū dei r̄gnū:vtrū credāť
an nō :vel vtꝝ vera siue
sit siue puteť an fīa. In
his errare .i.aliō ꝑ alio
putare:nō arbitrandū est esse pcm̄ aut
si est minimū eē atqꝫ leuissimū. Postre
mo qualecūqꝫ illud ꝛ quantūcūqꝫ sit ad
illā viam nō pertinet qua imus ad deū
Que via fides est christi.q̄ ꝑ dilectionē
operať.Neqꝫ eniꝫ ab hac via deuiabat
in geminis filijs gratus ille parentib⁹
error.aut ab hac via deuiabat apostol⁹
petrus:qñ se existimās visum videre ali
ud pro alio sic putabat. vt a corporum
imaginib⁹ in q̄b⁹ se esse arbitrabať: vera
in q̄b⁹ erat corpa nō dinosceret : nisi cuꝫ
ab illo angelus per quē fuit liberat⁹ ab
scessit aut ab hac via deuiabat Jacob
patriarcha:qñ viuentē filiū a bestia cre
debat occisum.In his atqꝫ hmōi falsi=
tatibus salua fide q̄ in deū nobis ē falli
mur.ꝛ via non relicta q̄ ad illū nos du
cit erramus.Qui errores etiam si pec=
cata non sunt:tm̄ in malis huius vite de
putandi sunt.q̄ ita subiecta est vanita=
ti:vt approbentur hic falsa pro veris re
spuantur vera pro falsis.teneanť incer=
ta pro certis.Quāuis enim hec ab ea
fide absint:per quā ad verā certāqꝫ atqꝫ
eternam beatitudinem tendim⁹ : abea
tm̄ miseria non absunt in qua adhuc su=
mus.Nullo modo quippe falleremur i
aliquo vel animi vel corporis sensu : si
iam vera illa atqꝫ ꝑfecta felicitate frue
remur.

¶ Quomodo sit peccatū omne menda
cium:vel qualiter etiam illi licet venia
liter peccent:qui nō nisi pro salute ho=
minū mentiunť. F Ca.xxi

Porro aūt omne mendacium
ideo dicendū est esse peccatū
quia homo non solum quan
do scit ipse q̄d verū sit: sꝫ etiā
si qñ errat ꝛ falliť sicut hō:hoc dꝫ loqui
quod aīo gerit : siue illud verū sit siue
puteť ꝛ nō sit.Omnis aūt q̄ mētitur cō
tra id qd̄ animo sentit loquiť volunta=
te fallendi.Et vtiqꝫ verba propterea sūt
instituta:nō per que se inuicē hoīes fal=
lant:sed per que in alterius quisqꝫ noti
ciam cogitationes suas perferat.Ver=
bis igitur vti ad fallaciā:nō ad quod ī
stituta sunt:peccatū est.Nec ideo vlluꝫ
mendacium putādum est nō esse pecca
tū:qꝛ possum⁹ aliquādo alicui prodesse
mentiendo. Possumus enim ꝛ furādo
aliqñ alicui prodesse:si pauper cui pa=
lam datur sentit commodū:ꝛ diues cui
clam tolliť non sentit incōmodū. Nec
ideo tale furtum quisꝗ dixerit non esse
pctm̄. G Possumus ꝛ adulte
rando prodesse si aliqua nisi ad hoc ei
cōsentiatur appareat amando moritu
ra:ꝛ si vixerit penitendo purganda.nec
ideo peccatum tale negabitur adulte=
rium.Si aūt merito nobis placet casti
tas:quid queso offendit veritas:vt pro
pter alienam vtilitatē illa non violetur
adulterando:ꝛ violeť ista mētiēdo.Nō
ideo mendaciū poterit aliquando lau
dari.qꝛ nonnūꝗ pro salute quorundam
mētimur.Peccatuꝫ ergo est:sed venia=
le:qd̄ beniuolentia excusat:ꝛ ideo falla
cia damnat.Plurimū quippe ad bonū
ꝓfecisse hoīes q̄ non nisi ꝓ salute hoīs
mentiunť:nō est negandū:sed in eorum
talia ꝓfectu merito laudať vel etiā tē
poralit᷑ remunerať beniuolentia nō fal
lacia.q̄ vt agnoscať satis est.nō vt etiā
prediceť.maxime ī heredibus testamē=
ti noui:quib⁹ diciť.Sit in ore vestro est
est:nō nō.Qd̄ eniꝫ amplius est a malo
est.Propter qd̄ malū: qꝛ subrepere in

hac mortalitate non desinit. etiam ipsi coheredes christi dicunt. Dimitte nobis de bita nostra.

¶ Que sint cause bonarũ rerũ:et q̃ malarum H Capitulum.xxij.

His itaq; ꝓ huiꝰ breuitatis necessitatetractatis:quoniã cause cognoscende sũt rerũ bonaꝝ ⁊ malarũ:q̃tũ vie satis est que nos ꝑducat ad regnum:vbi erit vita sine morte:sine errore veritas sine ꝑturbatione felicitas: nequaq̃ dubitare debemꝰ rerum que ad nos pertinent bonarũ causam non esse:nisi bonitatem dei:malarũ vero ab immutabili bono deficientẽ boni mutabilis voluntatem:prius angeli:hominis postea.

¶ Quod sit creature rationabilis primũ malũ vel que mala hoc secuta sũt I Capitulum.xxiij.

Hoc primũ ẽ creature rationabilis malũ.i.prima priuatio boni.deinde etiã iam nolentibꝰ subintrauit ignorantia rerũ agendarũ:⁊ cõcupiscentia noxiarũ:qbꝰ comites subinferũtur error ⁊ dolor:q̃ duo mala quando imminentia sentiuntur:ea fugitantis animi motus vocatur metꝰ. Porro animus cũ adipiscitur cõcupita:q̃uis ꝑniciosa ⁊ inania:qm̃ id errore nõ sentit: vel delectatione morbida vincitur:vana.etiã leticia ventilat. Ex his morborũ nõ vbertatis sed indigẽtie tanq̃ fontibus: oĩs miseria nature rationalis emanat.

¶ Qd in suis malis rõalis natura beatitudinis appetitum non amiserit. ⁊ q̃ homo habeat penam propriam corporis mortem. K Ca.xxiiij.

Que tñ natura in malis suis nõ potuit amittere beatitudinis appetitũ. Uerũ hec cõmunia mala sũt ⁊ hoĩs ⁊ angeloꝝ:ꝓ sua malicia dñi iusticia dãnatoꝝ. Sꝫ hõ hꝫ ⁊ penã ꝓpriã: qua etiã corporis morte punitꝰ ẽ. Mortis q̃ppe suppliciũ dñs ei cõminatꝰ fuerat si peccaret:sic eũ munerãs libero arbitrio vt tñ regeret iperio:terreret exitio: atq; in paradisi felicitate tanq̃ in vmbra vite vñ iusticia custodita in meliora conscenderet collocauit.

¶ Qd peccatũ adam originaliter ĩ posteros transierit. L Ca.xxv.

Hinc post peccatũ exul effectꝰ stirpem quoq; suã:quã peccãdo in se tanq̃ in radice viciauerat:pena mortis ⁊ dãnationis obstrinxit:vt q̃cquid prolis ex illo ⁊ simul dannata per quam peccauerat cõiuge:per carnalem concupiscentiam in qua inobedientie pene similis retributa est nasceretur: traheret originale peccatũ:quo traheret per errores doloresq; diuersos ad illud extremũ cum desertoribus angelis viciatoribus ⁊ possessoribus ⁊ cõsortibꝰ suis sine fine suppliciũ. Sic per vnum hominem peccatumintrauit in mundũ: ⁊ per peccatũ mors:⁊ ita in omnes hoĩes pertransiuit:in quo oẽs peccauerunt. Mũdũ quippe appellauit eo loco apostolꝰ vniuersum genus humanum.

¶ Qualiter humani generis massa ex ira dei iacebat in malis:luens cum desertoribꝰ angelis iustissimas penas manente in eis bonitate creatoris.

M Capitulum.xxvi.

Ita ergo res se habebat. Iacebat in malis: vel etiã voluebatur:et de malis in mala precipitabatur totiꝰ humani generis massa dãnata:⁊ adiũcta parti eoꝝ q̃ peccauerãt angeloꝝ:luebat ipie desertiõis dignissimas penas. Ad irã quippe dei pertinet iustã quicquid ceca ⁊ indomita concupiscentia faciunt libenter mali:⁊ quicquid manifestis aptisq; penis patiunt inuiti.nõ sane creatoris desistente bonitate ⁊ malis angelis subministrare vitã viuacemq; potentiã. q̃ subministratio si auferatur interibũt.⁊ hoĩm q̃uis de propagine viciata dãnataq; nascentiũ formare semina ⁊ animare et ordinare membra:per tẽporum etates:p locorũ spacia vegetare sensus: alimenta donare. Melius enĩ iudicauit de malis benefacere:q̃ mala nulla esse ꝑmittere. Et siquidem in melius hominum

reformationem nullam prorsus esse vo luisset:sicut impiorum nulla est angelo rum:nōne merito fieret vt natura q̄ deū deseruit:que pceptū sui creatoris quod custodire facillie posset:sua male vtēs potestate calcauit atq3 transgressa est. que sui in se creatoris imaginem ab ei⁹ lumine contumaciter auersa violauit. que salubrem seruitutem ab eius legi= bus male libero abrupit arbitrio: vni= uersa ineternum desereretur ab eo:et pro suo merito penaz penderet sempiternā? Plane ita faceret si tm̄ iustus non etiā misericors esset:suamq3 indebitā mise= ricordiam multo euidētius in indigno rū;potius liberatione monstraret.

¶ De quibusdā angelis cadentibus p superbiā residui certissimam perpetue beatitudinis stabilitatem acceperunt. Capitulum.xxvij.

Angelis igitur aliquibus im pia superbia deserentib⁹ de= um:⁊ in huius aeris imam caliginem de superna celesti habitatione deiectis:residuus numer⁹ angelorum in eterna cum deo beatitu= dine et sanctitate permansit. Neq3 enim ex vno angelo elapso atq3 damnato ce= teri propagati sunt:vt eos sicut homi= nes originale maluz obnoxie successio= nis vinculis obligaret: atq3 vniuersos traheret ad debitas penas: sed eo qui dyabolus factus est:cum socijs impie= tatis elato:⁊ ipsa cum eis elatione pro strata ceteri pia obedientia domino co hheserunt: accipientes etiam quod illi non habuerunt:certam scientiam qua essent de sua sempiterna ⁊ nunq̄ casura stabilitate securi.

¶ De numerus bonorū angelorū qui diminutus est post ruinaz malorum ex hominibus suppleatur:⁊ q̄ hic nume= rus deo sit notus. Ca.xxviij

Placuit itaq3 vniuersitatis creatori atq3 moderatori deo:vt qm̄ nō tota multitu do angelorū deū deserendo perierat:ea q̄ pierat in ppe tua pditiōe remaneret.q̄ aūt cū deo il= la deserente pstiterat de sua certissime cognita semper futura felicitate secura gauderet. Alia vero creatura rōnalis q̄ in hoībus erat qm̄ peccatis atq3 suppli cijs ⁊ originalibus ⁊ ppriis tota perie rat:ex eius parte reparata:quod ange lice societati ruina illa dyabolica minu erat suppleretur. Hoc enī promissum ē resurgentibus sanctis q̄ erunt equales angelis dei. Itaq3 superna illa hierusa= lem mater nostra ciuitas dei nulla ciui um suorū numerositate fraudabitur:s3 vberiore etiam copia forsan regnabit. Neq3 enim numerum aut sanctorū ho minū aut inmundorū demonū nouim⁹ in quorū locū succedētes filij sancte ma tris ecclesie que sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderant sine vllo tēporis termino permanebūt. Sed illorū ciuium numerus:siue qui ē siue qui futurus est:in contemplatione est eius artificis:qui vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt:atq3 in mensura ⁊ numero ⁊ pondere cuncta disponit.

¶ De non proprijs meritis: nec per li berū arbitriū:sed per filium dei libera= ri possit gen⁹ humanū: Ca.xxix

Verum hec ps gn̄is huma ni cui liberationem de⁹ re gnūq3 pmisit eternū:nūqd meritis operū suorū repara ri pōt? Absit. Quid eī boni operari pōt pditus nisi q̄tum fuerit a pditione liberatus? Nūquid libero vo luntatis arbitrio? Et hoc absit. Naz li bero arbitrio male vtens homo et se p didit et ipsum. Sicut enī qui se occidit: vtiq3 viuendo se occidit. sed se occiden= do non viuit:nec seipm̄ poterit resusci= tare cum occiderit. ita cū libero pecca= ret arbitrio:victore pctō amissum ē et liberū arbitriū. A quo enī quis deuict⁹ est:huic et seruus addictus est: Petri certe apli est ista sententia. Que cū ve= ra sit:qualis queso potest serui addicti eē libertas:nisi qn̄ eū peccare delectat. Liberaliter enī seruit qui sui dn̄i volū tatē libenē facit. Ac p hoc ad peccandū liber est qui peccati seruus est. Unde ad iuste faciendū liber non erit: nisi a peccato liberatus esse iusticie ceperit

seruus. Ipsa est vera libertas propter
recti facti leticiam. simul et pia seruit⁹
precepti obedientiam. Sed ista libertas
ad benefaciēdum: vnde erit homini ad
dicto ⁊ vendito: nisi redimat ille cuius
illa vox est. Si vos filius liberauerit
tunc vere liberi eritis. Quod anteq̄ fie
ri in homine incipiat: quomō quisq̄ de
libero arbitrio in bono gloriabit̄ ope-
re qui nondum liber est ad opandū be-
ne: nisi se vana superbia inflatus extol-
lat: quā cohibet apl's dicens. Gratia sal
ui facti estis per fidem.

¶ Qr etiam fidem a qua bona opera i
cipiunt gr̄a tribuat. Q Ca.xxx.

S T ne ipsam sibi saltem fidez
sic arrogarent: vt nō intellige
rent diuinitus esse donatam
sicut idē apl's alio loco se dt
vt fidelis esset miserricordiam consecu
tū: hic quoq̄ adiūxit atq̄ ait. Et hoc nō
ex nobis sed dei donū est: nō ex opibus:
ne forte quis tollat̄. Et ne putarentur fi
delibus bona defutura opa rursus ad-
iecit. Ipsi enim sumus figmentum crea
ti in christo iesu in operibus bonis que
p̄parauit deus: vt in illis ambulemus.
Tunc ergo efficimur vere liberi: cum
deus nos fingit. i. format ⁊ creat: non vt
homines: quod iaz fecit: sed vt boni ho
mines simus. qd nūc gratia sua facit vt
simus in christo iesu noua creatura: se-
cundum quod dictum est. Cor munduz
crea in me deus. Neq̄ eni cor eius quā
tū ptinet ad naturam cordis hūani: nō
iam creauerat deus.

¶ Qr deus operat̄ in nobis ⁊ velle ⁊ p
ficere: sicut apostolus multiplr̄ p̄dicat
⁊ oīs diuia scriptura testatur.
R Capitulum.xxxi

I Tē ne quisq̄ ⁊ si nō de opi
bus: de ipso gloriet̄ libero
arbitrio volūtatis: tāq̄ ab
ipo incipiat meritū: cui tā
q̄ debitū reddat̄ p̄miū bn̄
opandi: ipa libertas audiat eūdē gr̄e p̄
conē dicētē. Deus est eni qui operatur
in nobis et velle et operari pro bona vo
luntate. Et alio loco. Igitur non volen
tis neq̄ currentis, sed miserentis est dei
dum proculdubio si homo eius etatis
est: vt ratione iam vtatur: non possit cre
dere: sperare: diligere nisi velit: nec per
uenire ad palmam superne vocationis
nisi voluntate cucurrerit. quomodo er
go non volentis neq̄ currentis: sed mi-
serentis dei: nisi quia ⁊ ipsa voluntas: si
cut scriptū est: a deo p̄parat̄? Alioquin
si propt̄ea dictum est: non volentis neq̄
currentis: sed misentis est dei: quia ex
vtroq̄: fit id est ⁊ voluntate hominis et
mia dei. vt sic dictum accipiamus: non
volentis neq̄ currētis sed misentis est
dei: tanq̄ diceret̄. non sufficit sola volū-
tas hois: si non sit etiam misericordia
dei: nō ergo sufficit sola mericordia dei
si non sit etiam voluntas hominis. ac p
hoc: si recte dictum est. non volentis ho
minis: sed miserentis est dei: quia id
voluntas hominis sola non implet. cur
non econtrario recte dicitur: non mise-
rentis est dei sed volentis est hominis:
quia id misericordia dei sola non im-
plet. S

Porro si nullus christianus dicere au-
debit: non miserentis est dei: sed volen-
tis est hominis: ne apostolo aptissime
contradicat: restat vt propterea recte di
ctum intelligatur. non volētis neq̄ cur
rentis sed miserentis est dei: vt totum
deo detur qui hominis voluntatem bo
nam ⁊ preparat adiuuandam: et adiu-
uat preparatam. Precedit enim bona
voluntas hominis multa dei dona: sed
non omnia. Que autem non precedit
ipsa: in eis est et ipsa. Nam vtrumq̄ le-
gitur in sanctis eloquijs. et misericor-
dia eius preueniet me. et misericordia
eius subsequitur me. Nolentem preue-
nit vt velit: volentem subsequitur ne fru
stra velit. Cur enim admonemur orare
pro inimicis nostris vtiq̄ nolētibus pie
viuere: nisi deus operetur in illis et vel
le. Cur itemq̄ admonemur petere vt
accipiamus: nisi vt ab illo fiat quod
volumus: a quo factum est vt velim⁹.
Oramus ergo pro inimicis nostris vt
misericordia dei preueniat eos: sicut p̄-
uenit et nos. oramus autem pro nobis
vt misericordia eius subsequatur nos.

¶ Qd iusta damnatione sub ira dei tenebatur genus humanum donec veniret mediator qui nos ab hac ira liberaret. T Ca.xxxij.

Tenebatur itaq iusta dãnatiõe genus humanũ: et oẽs erãt ire filij: de qua ira scriptũ est. Qm oẽs dies nr̃i defecerũt et in ira tua defecim⁹. Anni nr̃i sicut aranea meditabũt̃. De q̃ ira dicit etiã Job. Homo eni natus ex muliere breuis vite et plen⁹ ire. De q̃ ira dicit etiã dñs ies⁹. Qui credit in filio habz vitã eternã: q̃ aũt nõ credit nõ habz vitã eternã: sz ira dei manet super eum. Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit apostolus. Fuimus enim et nos natura filij ire sicut et ceteri. In hac ira cum essent homines per originale peccatũ: tãto grauius et perniciosius: quanto maiora vel plura insup addiderunt: necessarius erat mediator hoc est reconciliator: qui hanc iram sacrificij singularis (cuius erãt vmbre oĩa sacrificia legis et prophetarũ) oblatione placaret. Unde dicit apostolus. Si enim cũ inimici essemus: recõciliati sumus deo per mortez filij eius. multo magis recõciliati nũc in sanguine eius salui erimus ab ira p ipsum. Cum autem deus irasci dicitur non eius significatur perturbatio qualis est in animo irascentis hominis: sed ex humanis motibus trãslato vocabulo: vindicta eius que non nisi iusta est ire nomen accepit. Qd ergo per mediatorem reconciliamur deo et accipimus spiritũsanctũ: vt ex inimicis efficiamur filij. quotquot enim spiritu dei aguntur hi filij sunt dei. hec est gratia dei p iesuz xp̃m dñm nostrum.

¶ De admirabili sacramento mediatoris. D Ca.xxxiij.

De quo mediatore longum ẽ vt q̃ta dignum est tanta dicantur: quis ab homine dici digne non possint. Quis eniz hoc solum congruentibus explicet verbis q verbum caro factum est et habitauit in nobis: vt crederemus in dei patris omnipotentis vnicum filium natum de spiritusancto ex maria virgine. Ita quippe verbum caro factum est a diuinitate carne suscepta non in carnem diuinitate mutata. Carnem porro hic hominem debemus accipere: a parte totum significante locutione: sicut dictum est. Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro idest omnis homo. Nam nichil nature humane in illa susceptione fas est dicere defuisse: sed nature ab omni peccati nexu omnimodo libere: non qualis de vtroq sexu nascitur per cõcupiscentiam carnis cum obligatione delicti: cuius reatus per regenerationem diluitur: sed qualẽ de virgine nasci oportebat: quem fides matris: non libido conceperat. Qd si vel per nascentem corrumperetur eius integritas: non iam ille de virgine nasceretur: eumq falso: quod absit: de virgine maria natum: tota cõfitetur ecclesia. que imitãs eius matrem quotidie parit membra eius et virgo est. Lege si placet de virginitate sancte marie meas litteras ad illustrem virum: quem cum honore ac dilectione nomino volusianum.

¶ De duabus naturis in vna filij dei p sona consistentibus. X Capitulum. xxxiiij.

Proinde christus iesus dei filius est: et deus et homo est Deus ante omnia scla: homo in nostro seculo. Deus q: dei verbũ: de⁹ eni erat verbũ. homo aũt q: ĩ vnitate psõe accessit verbo aĩa rõnalis et caro. Quo circa ĩ q̃tũ deus est: ipse et pater vnum sunt. in q̃tum autem homo est: pater maior est illo. Cum enim esset vnicus dei fili⁹ non gratia sed natura: vt esset plenus etiaz gr̃a fact⁹ est et hõis fili⁹. idẽq ipe vtrũq ex vtroq vn⁹ xp̃s. q: cũ in forma dei esset: non rapiam arbitratus est: quod natura erat. i. esse se equalem deo. Exinaniuit autem se formã serui accipiens non amittens vel minuens formam dei Ac per hoc et minor est factus: et mãsit equalis vtrũq vnus. sicut dictũ est. Sed

aliud ppter verbū: aliud ppter hoiem Propter enim verbū equalis patri. ppter hoiem minor. Un⁹ dei filius: idem q̄ hois filius. vn⁹ hominis filius: idēq̄ dei filius. nō duo filij dei deus ꝛ homo s₃ vnus dei filius. deus sine initio: hō a certo initio: dn̄s noster iesus christus.

¶ Ut euidens iudiciū sit abundantis gratie dei q̄ in hoie xp̄o humana natura in vnitatem psone assumi promeruit. y Capitulum. xxv.

Hic omnino grāditer ꝛ euidēter dei gratia commēdatur. Quid enī natura humana i hoie xp̄o meruit: vt in vnitate psone vnici filij dei singulariter esset assūpta. Que bona volūtas: cui⁹ boni ppositi studiū: q̄ bona opa pcessere: q̄b⁹ mererēt iste hō: vt vna fieret persona cū deo? Nunqd antea fuit hō: ꝛ hoc ei singulare beneficiū prestitum est: vt singulariter pmereretur deu₃? Nempe ex quo homo esse cepit: nō aliud cepit esse q̄ filius dei: ꝛ hoc vnicus. ꝛ ppter deu₃ verbū: qd̄ illo suscepto: caro factum est: vtiq̄ deus: vt quēadmodū est vna psona qlibet hō: aīa. s. rōnalis ꝛ caro: ita sit xp̄s vna psona verbum ꝛ homo. Unde nature humane tāta gloria nullis precedētibus meritis sine dubitatiōe gratuita: nisi q: magna hic et sola dei gratia fideliter ꝛ sobrie considerantib⁹ euidenter ondit: vt intelligant hoies p eandē gratiā se iustificari a peccatis: p quā factū est vt hō xp̄s nullum habere posset peccatū? Sic ꝛ eius matrem angelus salutauit: qñ ei futuru₃ annūciauit hunc partu₃. Aue inquit gr̄a plena Et paulopost. Inuenisti (ait) gratiam apud deu₃. Et hec qdē gratia plena: et inuenisse gratia₃ apud deū dicit: vt dn̄i sui: immo oīm dn̄i mater esset. De ipso aūt christo iohannes cū diceret. ꝛ v̄bu₃ caro factū est: ꝛ hītauit i nobis. ꝛ vidimus indt gloriā eius: gloriā quasi vnigeniti a patre: plenū gratie ꝛ veritatis Ut ait. verbum caro factū est. hoc est plenū gratie. q̄ ait. gloria₃ vnigeniti a patre: hoc est plenū veritatis. Ueritas quippe ipsa vnigenitus dei filius: non gratia sed natura. Gratia suscepit hominē tanta vnitate persone: vt idē ipse etiam esset hominis filius.

¶ Ut gratia demōstrat etia₃ in hoc q̄ de spiritusancto natus dicitur. y. Capitulum. xxvi.

Idem nāq̄ iesus xp̄s filius dei vnigenitus id est vnic⁹ dn̄s noster: natus est de spiritusancto ex maria v̄gine Et vtiq̄ spūssctūs dei donū ē: qđ qdē ꝛ ipm̄ ē equale donāti. Et ideo deus est etiā spūssanct⁹ p̄re filioq̄ non minor. Ex hoc ergo quod de spūsācto est s̄m hominem natiuitas christi quid aliud q̄ ipsa gratia demōstratur. Cum enim virgo quesiuisset ab angelo quomodo fieret quod ei nunciabat: qñ quidem illa virum non cognouisset. respondit angelus. Spiritussanctus superueniet in te ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq̄ et qđ nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei. Et ioseph cu₃ vellet eā dimittere: suspicās adultera₃: quā sciebat non de se grauidam: tale responsum ab angelo accepit. Noli timere accipere mariā cōiugem tuā. qđ ei in ea natū est de spūsancto est. id est qđ tu esse de alio viro suspicaris de spiritu sancto est.

¶ Ut q̄uis nō sit consequens patrem hois christi dici spiritūsanctu₃: modus tñ ipse quo de illo ꝛ maria virgine natus est sit inexplicabilis. A Capitulum. xxvii.

Nunquid tñ ideo dicturi sumus patrem homis christi esse spiritūsanctu₃: vt deus pater verbum genuerit. spiritussctūs hoiē: ex q̄ vtraq̄ substātia xp̄s vn⁹ esset: ꝛ dei patris fili⁹ s̄m verbū: ꝛ spūssancti fili⁹ s̄m hoiem: q̄ quasi eū spūssanctus tanq̄ pater ei⁹ de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostēdere disputando q̄ta alia sequantur absurda. cum hoc ipm̄ iam ita sit absurdum vt nulle fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicut confitemur: dominus noster Jesus christ⁹ qui de deo de-

us:homo autem natus est de spiritu sancto et maria virgine vtraqꝫ substantia diuina.s.atqꝫ humana filius est vnicus dei patris oipotentis: de quo procedit spūssanctus. Quō ergo dicimus christū natū de spiritusancto:si nō eum genuit spūssanctus. An qꝛ fecit eum:quo niā dñs noster iesus christus inquātū deus est omia per ipm facta sunt. inquātū aūt hō est et ipe factus est: sicut aplus dicit. Factus est ei ex semie dauid scdm carnē. Sed cū illā creaturā quam virgo cōcepit ꝛ peperit:quis ad solam persona filij pertinentē tota trinitas fecerit neqꝫ eni separabilia sunt opera trinitatis:cur in ea facienda solus spūssanct⁹ noiatus est. An et qn̄ vnus triū in aliq opere nominatur: vniuersa operari trinitas intelligitur? Ita vero est ꝛ exemplis doceri pōt. Sed non est in hoc diutius immorandū. Illud eni mouet quō dictū sit.natus de spūsancto:cum filius nullo mō sit spūssancti. Neqꝫ eni qꝛ mūdū istū fecit deus:dici eum fas est dei filiū:aut eum natū de deo:sed factū vel creatū vel cōditū vel institutum ab illo vel si quid hmōi:recte possumus dicere. Hūc ergo cum confiteamur natū de spiritu sancto ꝛ maria virgine: quō nō sit filius spūssancti:ꝛ sit filius virginis marie:cū ꝛ de illo ꝛ illa sit natus explicare difficile est. Procul dubio quippe non sic de illo vt de patre: sic autem de illa vt de matre natus est.

¶ Exempla quib⁹ ostenditur non sempe dici filiū quicqd de re aliqua nascitur. Et aliquid dici filium rei de qua nō nascitur. B Capitulum.xxxviij.

Non igitur concedendum est quicqd de aliqua re nascitur continuo eiusdem rei filium nuncupandū. Ut enim omittā alia:aliter de hoīe nasci filium aliter capillum:pediculū:lumbricum:quoꝝ nihil est filius. Ut ergo hec omittā: qm tante rei deformiter comparantur certe qui nascuntur ex aqua ꝛ spūsancto:nō aque filios eos rite dixerit quispiam sꝫ plane dicuntur filij dei patris ꝛ matris ecclesie. Sic ergo de spiritu sancto nat⁹ est filius dei patris:non spiritussancti. Nam et illud quod de capillo ꝛ de ceteris diximus:ad hoc tm̄ valet vt admoneamur non omne qđ de aliquo nascit etiā filiū eius de quo nascit posse dici. Sicut nō oēs qui dicunt alicui⁹ filij cōsequens ē vt de illo etiā nati esse dicantur.sicut sunt qui adoptantur. Dicunt etiam filij gehenne:non ex illa nati sed in illaꝫ preparati:sicut filij regni preparantur in regnum.

¶ Modus significans christum iesum de spūsancto natum:insinuat grāꝫ qua eius humanitas nullis precedentibus meritis in ipsa conceptione deo copulata est. C Capitulum.xxxix.

Cum itaqꝫ de aliquo nascat aliqd:etiā non comō vt sit fili⁹.nec rursus omis qui dicit fili⁹:de illo sit nat⁹:cuius dicit fili⁹:profecto modus iste q̄ nat⁹ ē christ⁹ de spūsctō:nō sicut filius:ꝛ de maria virgine sicut fili⁹ insinuat nobis gratiaꝫ dei.qua hō nullis precedentib⁹ meritis in ipso exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularet in tantam persone vnitatem vt idēipse esset filius dei qui filius hominis ꝛ filius homis qui filius dei.ac sic i nature humane susceptione fieret quodāmodo ipsa gratia illi homini naturalis:que nullum peccatum posset amittere. Que gratia ꝑpterea per spiritum sanctū fuerat significanda: qꝛ ipse proprie sic est deus vt dicat etiā dei donuꝫ Unde sufficienter loqui plongum ē. Si tamē id fieri potest valde prolixe disputionis est.

¶ Quō xp̄us nec originale:nec ꝓprium habens peccatum factus sit pro nobis ipse peccatum. D Cap.xl.

Nulla igitur voluptate carnalis cōcupiscentie seminatus siue cōceptus:et ideo nullū peccatū originaliter trahēs: dei quoqꝫ gratia verbo patris vnigenito nō gratia filio: sed natura in vnitate persone modo mirabili ꝛ ineffabili adiunctus atqꝫ concretus: et ideo nullū peccatū et ipse commitēns

tamen propter similitudinē carnis pec-
cati in qua venerat: dictus est ⁊ ipse pec
catum sacrificandus ad diluenda pecca
ta. In veteri quippe lege peccata voca
bantur sacrificia pro peccatis. Qr ve-
re iste factus est: cuius erant vmbre illa
Hinc apostolus cum dixisset. Obsecra-
mus pro christo reconsiliari deo: conti-
nuo subiunxit atq ait. Eum qui nō no-
uerat peccatum pro nobis peccatū fe-
cit: vt nos simus iusticia dei in ipō. Nō
ait vt in quibusdam mendosis codicib⁹
legitur. is qui non nouerat. peccatū p
nobis peccatum fecit tanq pro nobis
christus ipe peccauerit: sed ait. Eū qui
non nouerat pctm̄. i. xp̄m: p nobis pec-
catū fecit. Fact⁹ est ꝗ de⁹ cui recōsiliā-
di sum⁹ pctm̄: hoc est sacrificiū p pctis:
per quod reconsiliari valeremus. Ipse
ergo peccatum vt nos iusticia: nec no-
stra sed dei. nec in nobis sed in ipō. sicut
ipse peccatū nō suū: sed nostrū. nec in se:
sed in nobis cōstitutum: similitudie car
nis peccati: in qua crucifixus est demō
strauit: vt quoniam peccatum est nō in
erat: ita quodāmodo peccato morereť:
dum moritur carni: in qua erat simili-
tudo peccati: vt cum secundum vetusta
tem peccati nunq ipse vixisset: nostram
ex morte veteri qua in peccato mortui
fueramus reuiuiscentem vitam nouam
sua resurrectione signaret.

¶ Qr mors ⁊ resurrectio christi sacra-
mentū baptismi significet. E Ca. xli.

Ipsum est quod in nobis.
celebratur magnū baptis-
matis sacramentū: v: qui
cūq ad istam pertinēt gra
tiā moriāť pctō: sicut ipse
peccato mortuus dr̄: quia mortuus est
carni: hoc est peccati similitudini. ⁊ vi
uant de lauacro renascēdo: sicut ipse de
sepulchro resurgendo quamlibet corpo
ris etatem gerant.

¶ Qr generaliter omni etati necessari-
um sit christi baptisma. F

Capitulum. xlij.

A Paruulo enim recens nato
vsq ad decrepitū senem sicut
nullus prohibendus est a ba
ptismo: ita nullus est qui non peccato
moriatur in baptismo. Sed paruuli tā
tum originali: maiores autem etiā his
omnibus moriuntur peccatis quecun-
q male viuendo addiderūt ad illud qđ
nascendo traxerunt.

¶ Quomodo plerūq maiores singula
riter mori peccato dicūtur in baptismo
cum habeant propria plura peccata. e-
contrario paruuli in remissionem pec-
catorū dicātur baptisari. G

Capitulum. xliij.

Sed ideo etiam ipsi peccato
mori plerūq dicuntur: cū p
culdubio non vni sed multis
peccatis oībusq moriantur: q
cunq propria cōmiserūt vel cogitatiōe
vel locutione vel opere. quia etiam per
singularem numerum pluralis nume-
rus significari solet. Sicut ait ille. Ute
rumq armato milite complent: q uis
hoc multis militibus fecerint. Et in no
stris litteris legitur. Ora ergo ad domi
num vt auferat a nobis serpentem. Nō
ait serpētes quos patiebatur populus
vt hoc diceret: et innumerabilia talia.
Cum vero et illud originale vnum plu
rali numero significatur: quando dici-
mus in peccatorum remissionem bapti
sari paruulos: nec dicimus in remissio-
nem peccati: illa est econtrario locutio
qua per pluralem locutionem significa
tur numerus singularis. Sicut de hero
de mortuo in euangelio dictum est.
Mortui sunt enim qui querebant ani-
mam pueri. Non dictum est. mortuus
est. Et in Exodo. Fecerunt inquit sibi
deos aureos. cum vnum vitulum fece
rint tantum. de quo dixerunt. Hi sūt dij
tui israel qui eduxerunt te de terra egi-
pti. Et hic ponentes pluralem pro sin-
gulari.

¶ Quomodo in illo vno peccato quod
per vnum hominem intrauit in mūdū
inueniantur plura pctā. H

Capitulum. xliiij.

q Uamuis et in illo peccato vno
qđ per vnū hoīem itrauit i
mundū: et in omnes homies

pertransijt: propter qd etiam puuli baptisantur: possint intelligi plura peccata si vnum ipsum in sua quasi membra diuidatur singula. Nam et superbia est illic: quia homo in sua potius eẽ q̃ in dei potestate dilexit. Et sacrilegium: qꝛ deo nõ credidit. Et homicidiũ: qꝛ semetipsũ precipitauit in mortẽ. Et fornicatio spiritalis: quia integritas mentis hũane serpentina suasione corrupta est. Et furtum: qꝛ cibus ꝓhibitus vsurpatus est. Et auaricia: quia plus q̃ illi sufficere debuit appetiuit. ⁊ si quid aliud in hoc vno admisso diligenti consideratione inueniri potest.

¶ Qꝛ non inaniter dicatꝰ peccatis parentum filios obligari nisi gratia diuinaq; misericordia succurrat. J

Capitulum. xlvi.

PAr enim quoq; peccatis paruulos obligari: non solũ primorũ hoim: sed etiam suorũ de qbus ipsi nati sũt nõ iprobabiliter dicitur. Illa qppe diuina snia: reddam pctã patrũ in filios tenet eos vtiq; anteq̃ per regenerationẽ ad testamẽtũ nouũ incipiãt ptinere. Qd testamẽtũ prophetabatur cũ diceret p ezechielem non accepturos filios pctã patrũ suorũ. nec vlterius futuram in israel parabolã illã. Patres mãducauerunt vuam acerbã: ⁊ dentes filiorum obstupuerunt. Ideo eni quisq; renascitur vt soluatur in eo quicqd peccati est cum quo nascitur. Nam pctã que male agẽdo postea cõmittuntur: possunt et penitendo sanari: sicut etiam post baptismũ fieri videmus. Ac per hoc non ob aliud est istituta regeneratio: nisi quia viciosa est generatio: vsq; adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatꝰ dicat. In iniquitatibꝰ cõceptus sum ⁊ in peccatis mater mea me in vtero aluit. Nec hic dixit. In iniqtate vel peccato. cum ⁊ hoc recte dici posset: sed iniquitates ⁊ peccata dicere maluit. Quia ⁊ in illo vno qd in omnes hoies pertrãsit: atq; tam magnum est vt in eo mutaretur ⁊ cõuerteretur in necessitatẽ mortis humana natura: reperiuntur sicut supra dixerui: plura peccata ⁊ alia parentum: q̃ ⁊ si non ita possunt mutare naturã: reatu tñ obligant filios: nisi gratuita gratia ⁊ mĩa diuina subueniat.

¶ Non esse temere diffiniendum vtrum pctã parentũ ab Adã vsq; ad patrẽ vniuscuiusq;: an in tertiam ⁊ quartam generationẽ: an alio aliquo modo imputentur. K Capitulũ. xlvi.

SEd de peccatis aliorũ parẽtũ qbus ab ipso Adam vsq; ad patrẽ suũ: ꝓgeneratoribꝰ suis q̃sq; succedit: si immerito disceptari põt: vtrũ oim malꝭ actibꝰ ⁊ mltiplicatis delictis origialibus q̃ nascitꝰ implicetꝰ: vt tãto peius q̃to posterius quisq; nascatur: an ꝓpterea deꝰ in tertiã ⁊ quartam generationẽ de peccatis parentũ eorum posteris cõminetur. qꝛ iram suam q̃tũ ad ꝓgeneratorũ suorũ culpas non extẽdit vlterius moderatione miseratiõis sue. ne illi qbus regenerationis gratia non confertur: nimia sarcina in ipsa sua eterna dãnatione premerentꝰ: si cogerentur ab initio generis humani omnium precedentiũ parentũ suorũ originaliter peccata contrahere: ⁊ penas p eis debitas pẽdere. an aliud aliquid in re tãta de scripturis sanctis diligentius perscrutatis atq; tractatis: valeat vel non valeat reperiri: temere nõ audeo affirmare.

¶ Nullũ ab origiali pctõ posse saluari nisi p mediatorem dei ⁊ hoim iesũ xp̃m. L Capitulum. xlvij.

ILlud tñ vnũ peccatũ qd tã magnũ in loco ⁊ habitu tãte felicitatis cõmissum est: vt in vno hoie originalr: atq; vt ita dixeri: radicabiliter totũ genꝰ humanũ dãnaretꝰ: non soluitꝰ ac diluitꝰ: nisi per vnũ mediatorẽ dei et hominũ hoiem xp̃m iesũ: qui solus potuit ita nasci: vt ei opꝰ nõ esset renasci.

¶ Neminem renasci in baptismate iohannis quod christus humilitatis causa sicut mortis dispensationem suscipere voluit. M

Capitulum. xlviij.

NOn enim renascebant qui baptismate ioannis baptisabantur: a q̄ ⁊ ipse baptisatus ē: sed quodā p̄cursorio illius ministerio: q̄ dicebat. parate viā dn̄o: huic vno in quo solo renasci poterāt parabātur. Huius enim baptisma est nō ī aqua tm̄: sicut fuit ioānis. verūetiaꝫ in spūsctō. vt de illo spūsctō regeneret q̄sq̄s in xp̄ꝫ credit. de q̄ xp̄s generatus regeneratiōe nō eguit. Vn̄ vox illa patris q̄ sup baptisatū facta ē ego hodie genui te: nō vnū illuꝫ tp̄is diē quo baptisatus ē: sꝫ imutabilis eternitatis: vt illum hoīem ad vnigeniti p̄sonā ptinere mōstraret. Ubi enim dies nec hesterni fine ichoat: nec initio crastini terminat: semp hodiernus est. In aqua ḡ voluit baptisari a ioāne: nō vt eius iniq̄tas vlla dilueret: sed vt magna cōmēdaret humilitas. Ita q̄ppe nihil in eo baptisma qd̄ ablueret: sicut mors nihil qd̄ puniret: inuenit. vt dyabolus veritate iusticie: nō violētia ptātis oppressus et victus. qm̄ ipꝫ sine vllo peccati merito iniquissime occiderat. p ipsū iustissime amitteret q̄s pcti merito detinebat. Utrūqꜫ igit ab illo. i. ⁊ baptisma et mors certe dispensatiōis cā: non miserāda necessitate: sed miserante potius volūtate susceptū ē: vt vnus pctm̄ tolleret mundi: sicut vnus pctm̄ misit in mūdū. hoc ē in vniuersū genus humanum.

¶ Qd̄ xp̄i gr̄a non solū originale pctm̄ sed cūcta simul abstulit que addita inuenit. n Capitu. xlix.

NIsi q̄ille Unus vnū pctm̄ misit in mūdū. iste xp̄o vnus nō solū vnū illd̄ sꝫ cūcta sil abstulit q̄ addita īuenit. Un̄ dicit apl's. Nō sicut p vnū peccantē: ita ē ⁊ donū. Nā iudiciū q̄dē ex vno in cōdēnationē: gr̄a aūt ex multis delictis in iustificationē. Qr vtiqꜫ illd̄ vnū: qd̄ originalit trahit ētiā si solū sit obnoxios dānatōi facit. gr̄a x̄o ex multis delictis iustificat hoiem: q̄ pret illd̄ vnū qd̄ cōiter cū oībus originalit traxit sua quoqꜫ ppria multa commisit.

¶ Oēm ex adam natum in dānatiōe detineri: ⁊ oēm in christo renatū a damnatione liberari. o Capitulū. l.

VErūtn̄ qd̄ paulopost dicit. sicut p vnius delictū ī oēs homines ad ↄdēnationē: ita ⁊ p vnius iusticiā in oēs hoīes ad iustificationē vite: satis indicat exadā neminē natū nisi dānatione detineri: ⁊ neminē nisi ī christo renatum a dānatione liberari.

¶ Qualiter misteriū baptismi in cruce christi apl's cōmēdauerit: in quo maiores ⁊ puuli saluant. p Ca. li.

DE qua p vnū hoīem pena: ⁊ p vnū hoīem gr̄a cū locutus fuisset q̄ntū illi eple sue loco sufficē iudicauit: deinde sacri baptismi ī cruce christi grāde misteriū cōmēdauit eo mō vt intelligamus nichil aliud esse ī xp̄o baptismū nisi mortis xp̄i siltudinē: nichil aūt aliud mortē xp̄i crucifixi nisi remissionis pcti siltudinē: vt quēadmodū in illo vera mors facta est. sic in nobis x̄a remissio pctōꝝ: ⁊ quēadmodū ī illo x̄a resurrectio: ita in nobis x̄a iustificatio. Ait enim. q̄d ḡ dicemus? Permanebimus in pctō vt gr̄a abūdet? Dixerat enim supius Ubi abūdauit pctm̄ supabūdauit gr̄a. ⁊ iō questionē sibiipsi pposuit. vtruꝫ ppter abundantiā gr̄e consequendā in pctō sit pmanendum. Sed rn̄dit Absit. Atqꜫ subiecit. Si mortui sumus pctō: quō viuemus in illo? Deinde vt ostenderet nos mortuos esse pctō: an ignoratis inq̄t: q̄niam quicūqꜫ baptisati sumus in xp̄o iesu: in morte ipsius baptisati sumus? Si ergo hinc ostēdimur mortui esse pctō: q: in morte xp̄i baptisati sumus: profecto et puuli q̄ baptisant in xp̄o: pctō moriūtur: q: in morte ipius baptisant. Nullo enim excepto dcm̄ est. Q Quicunqꜫ baptisati sumus in xp̄o iesu: ī morte ipsius baptisati sumus. Et iō dictum est: vt probaret mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato paruuli renascendo moriuntur nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet quod sequitur dicens. Consepulti enim sumus illi p baptismū in mortem: vt quēadmodum surrexit christus

a mortuis per gloriaz patris:ita ꝛ nos in nouitate vite ambulꝰ. Si enim complantati facti sumꝰ similitudini mortis eius.simul ꝛ resurrectionis erimꝰ hoc scientes:quia vetus homo noster simul crucifixus est vt euacuetur corpus peccati.vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus ē a pctō.Si aūt mortui sumus cuz xpō credimus q: simul etiā viuemus cum illo scientes q: christus resurgens a mortuis iam non moritꝛ:ꝛ mors illi vltra non dn̄abitꝛ. Qꝫ eniz mortuus est peccato: mortuus est semel.qd̄ autē viuit: viuit deo.Ita ꝛ vos existimate vosmetipsos mortuos quidem esse pctō. viuere aūt deo in christo iesu.Hinc enim ꝓbare ceperat non esse nobis permanēdū ī pctō vt grā abundaret.ꝛ dixerat.Si mortui sumꝰ pctō quō viuemus in eo:Atqꝫ vt ostenderet mortuos nos esse pctō subiecit An ignoratis qm̄ quicūqꝫ baptisati sumus in christo iesu:in morte ipsiꝰ baptisati sumus:Sic itaqꝫ totum locū istū clausit vt cepit.Mortē qppe christi sic insinuauit:vt etiam ipsum mortuuz diceret esse pctō.Cui pctō: nisi carnis ī qua erat non pctm̄ sed similitudo peti ꝛ idō nomine appellat peti. Baptisatis itaqꝫ in morte christi in qua non solum maiores verūetiā puuli baptisanꝛ ait. Sic ꝛ vos.i.quemadmodū christꝰ.Sic ꝛ vos existimate vos mortuos eē peccato:viuētes aūt deo in christo iesu.

¶ Quid significēt ea q̄ in cruce christi: sepultura:resurrectione ꝛ ascensione gesta sunt. B Capitulum. lij

Quicquid igr̄ gestū est ī cruce:ī sepultura :ī resurrectiōe tertio die: in ascēsione in celū:ꝛ in sede addexterā pr̄is :ita gestū est vt his rebꝰ n̄ mistice tm̄ dictis s; etiā gestis cōfiguraretꝛ vita christiana q̄ hic geritur. Nā ꝓpt eius crucē dictū ē.Qui aūt iesu christi sunt carnē suā crucifixerūt cuz vicijs ꝛ concupiscentijs.Propter sepulturam.Consepulti enim sumus cū christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionē.Ut quemadmodum christus resurrexit a mortuis per gloriam patris:ita ꝛ nos in nouitate vite ambulemus.Propter ascensionem in celum:sedēqꝫ ad dexteram patris. Si aūt resurrexistis cum christo :q̄ sursum sunt querite vbi christus est addexterā dei sedēs.Que sursum sunt sapite : non que super terram.Mortui enim estis ꝛ vita vestra abscondita est cum christo in deo.

¶ Non pertinere ad hanc vitam q̄ christus ad viuos ꝛ mortuos iudicādos de celo vēturus creditꝛ. S

¶ Capitulum quinquagesimū tertium

Cum vo q̄ de xpo ꝯfitemur futurū q̄m̄ de celo vēturꝰ est viuos iudicaturꝰ ꝛ mortuos: nō ptinet vita nr̄a q̄ hic regitur Qꝛ nec in rebꝰ gestis eius sed in fine seculi gerendis.Ad hoc ptinet qd̄ apl̄s secutꝰ adiūxit. Cū xp̄us apparuerit vita vr̄a:tūc ꝛ vos apparebitis cū illo in glīa.

¶ Duobꝰ significare modis q̄ viuos ꝛ mortuos iudicabit. T Ca.liiij.

Duobus aūt modis accipi potest q̄ viuos ꝛ mortuos iudicabit. Siue vt viuos intelligamus quos hic nōdū mortuos:s; adhuc in ista carne viuētes inuēturꝰ est eius aduētꝰ.Mortuos aūt q̄ de corpore priusq̄ veniat exiere vel exituri sūt.Siue viuos iustos: mortuos autē iniustos.q̄m̄ iusti quoqꝫ iudicabūt.ꝛ iusti aūt iudicabūtꝛ. Aliquando enī iudicium dei ponitur in malo.Unde illud est. Qui autem male egerunt:ī resurrectionē iudicij. Aliqñ ī bono s̄m q̄ dictū est. Deus in nomine tuo saluū me fac et in virtute tua iudica me.Per iudicium quippe dei fit ipsa bonorū malorūqꝫ discretio:vt liberandi a malo non perdendi cum malis: boni ad dexteram segregentur. Propter quod ille clamabat.Judica me deus. Et quid dixerat velut exponēs:ꝛ discerne īquit cām meam de gente nō sctā.

¶ Qꝫ nomiato spiritusācto tota trinitas completur cui ordinatissime sancta ecclesia subiuncta sit tanq̄ deo tem

plum suum. u

¶ Capitulum quinquagesimū quintū

[C]Um aūt de iesu christo filio dei vnico dño nostro: quod ad breuitatē confessionis pertinet diximus: adiungim⁹ sic credere nos ⁊ i spiritūsanctū: vt illa trinitas compleat̄ q̄ deus est. Deinde sancta cōmemoratur ecclesia. Unde datur intelligi rationalē creaturam ad hiersm liberā pertinētem post cōmemorationem creatoris id est summe illius trinitatis fuisse subdendam. Qm̄ quicquid de hoīe christo dictū est ad vnitatē persone vnigeniti pertinet. Rectus itaq̄ cōfessionis ordo poscebat: vt trinitati subiungeretur ecclesia: tanq̄ habitatori domus sua: ⁊ deo templum suum: ⁊ conditori ciuitas sua Que tota hic accipienda est: non solū ex parte que peregrinatur in terris a solis ortu vsq̄ ad occasum laudans nomē domini: ⁊ post captiuitatem vetustatis cantās canticū nouum. verūetiā ex illa que in celis est semp̄ ex quo cōdita est cohesit deo: nec vllum sui casus malum experta est. Hec in sanctis angelis beata persistit: ⁊ sue parti peregrinanti sicut oportet opitulatur: q2 vtraq̄ vna erit cōsortio eternitatis. ⁊ nunc vna est vinculo charitatis: q̄ tota instituta est ad colēdū vnū deū. x Unde nec tota nec vlla pars eius vult se coli pro deo: nec cuiq̄ esse deus pertinenti ad templū dei: q̄d edificat ex diis: quos facit non factus deus. Ad per hoc spiritussanctus: si creatura non creator esset profecto creatura rationalis esset. Ipse enim esset summa creatura: ⁊ ideo i regula fidei nō poneret̄ ante ecclesiam quia ⁊ ipse ad ecclesiam pertineret i illa eius parte q̄ in celis est Nec haberet templum: sed etiā ipse templum esset. Templū aūt habet de quo dicit apostolus. Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritussancti: qui in vobis ē: quem habetis a deo? De quibus alio loco dicit. Nescit quia corpora vestra membra christi sunt? Quomodo ergo deus non est qui templum habet: aut minor christo est cuius mēbra templum habet? Neq̄ enim aliud templū eius: ⁊ aliud templū dei est: cum idē dicat apostolus. Nescitis quia templū dei estis Quod vt probaret: adiecit. Et spiritus dei habitat in vobis. Deus ergo habitat in templo suo. nō solum spūssanctus sed etiā pater ⁊ filius: q̄ etiā de corpore suo: per qd̄ factus est caput ecclesie que in hominibus est. vt sit ipse in omnib⁹ primatum tenēs: ait. Soluite templum hoc ⁊ in triduo suscitabo illd. Templū ergo dei: hoc est totius summe trinitatis: sctā est ecclesia sc3 vniuersa in celo ⁊ in terra.

¶ De in ecclia primitiuoꝝ: q̄ in celis ē: nullus sit malus. y Capi. lvi

[S]Ed de illa que in celis est affirmare quid possumus nisi q̄ nullus in ea mal⁹ est? nec quisq̄ deinceps de illa cecidit aut casur⁹ est: ex quo de⁹ angelis peccantibus non pepcit: sicut scribit apostolus petrus: sed carcerib⁹ caliginis inferi retrudēs tradidit iniudicio puniendos reseruari.

¶ Quid sentiendū sit de differentiis angeloꝝ bonorum: ⁊ vtrum ad eandem societatem pertineant sol ⁊ luna ⁊ cetera sidera. z Capitulū. lvii

[Q]Uomō aut se habeat beatissima illa ⁊ superna ciuitas. que ibi sint differentie personarum: vtrum omēs tanq̄ generali nomine āgeli nuncupentur: sicut in epistola ad hebreos legimus. cui enim angelorum deus dixit aliquando. sede a dextris meis Hoc quippe nō significauit omnes vniuersaliter angelos dici. Sunt tamen illic archangeli: ⁊ vtrum idem archangeli: nominētur virtutes: ⁊ ita dictum sit. laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. acsi diceretur. laudate eū omnes angeli eius: laudate eum omnes archangeli. ⁊ quid inter se distent quattuor illa vocabula: quib⁹ vniuersam ip̄am celestem societatē videt̄ apl's esse complexus dicēdo: siue sedes: siue dñationes: siue pnci-

patus:siue potestates:dicāt qui possūt si tamē possūt probare quod dicūt.ego me ista ignorare confiteor.Sed nec illō quidem certum habeo: vtrum ad eandem societatē pertineāt sol & luna & cūcta sidera:quis nōnullis lucida corpora esse:non cum sensu vel intelligentia videantur.

¶ Questio difficillima vtrum vel qualia corpora angeli habeant. A

¶ Capitulū quinquagesimum octauū.

Item angeli quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus: vt nō solū cernerētur:verū etiā tangerent: & rursus non solida corpulētia: sed spirituali potētia quasdā visiones non oculis corporeis sed spūalibus vel mētibus ingerant: vt dicant aliquid non ad aurē forinsecus: sed intus in aīo hominis :etiam ibidē ipsi cōstituti.sicut scriptum est in propheta rū libro.Et dixit mihi angelus:qui loquebat in me.non ait.qui loquebat ad me:sed in me.Uel appareant & in somnis:& colloquant more somnior. Habemus quippe in euāgelio.Ecce āgelus dñi apparuit illi i somnis dicēs.His enim modis velut indicant se angeli cōtrectabilia corpora non habē.faciuntque difficillimā questionē:quomodo patres eis pedes lauerūt.quō iacob cum angelo tam solida contrectatiōe luctatus sit.Cū ista quarunt:& ea sicut potest quisque coniectat:nō inutiliter exercētur ingenia: si adhibeatur disceptatio moderata:& absit error opinantiū se scire qd nesciūt. Quid enī opus est vt hec atque huiusmōi affirmentur vel negent vel diffiniant cū discrimine quā sine crimine nesciunt.

¶ Quō maxime per dei gratiam dignoscēdum sit:cum se sathanas trāsfigurat in angelum lucis. B Capl'z .lix.

Magis opus est dijudicare atque dignoscere : cum se sathanas transfigurat velut angelum lucis:ne fallēdo ad aliquā perniciosa seducat.Nam quā sensus corporis fallit:mētē vero nō mouet a vera rectaque sententia: qua quisque vitam fide lem gerit:nullum ē in religiōe periculū. Uel cū se bonū fingēs ea facit siue dicit que bonis angelis congruūt:etiā si credatur bonus.non est error christiane fidei periculosus aut morbidus.Cum vero per hec aliena ad sua incipit ducere: tunc eum dignoscere nec ire post eū:magna & necessaria vigilātia est.Sed quo modo vnusquisque hoīm idoneus est oēs mortiferos eius dolos euadere:nisi regat atque tueatur deus?Et ipsa huius rei difficultas ad hoc est vtilis ne sit spes sibi quisque aut homo alter alteri: sed deus suis omnibus.Id enim nobis potius expedire prorsus piorū ambigit nemo.

¶ Quō habebimus plenā noticiā celestis ecclesie.vel qualiter mors christi etiam pro angelis fieri dicat. C Ca.lx.

Ec ergo quā in sctis angelis & virtutibus dei est ecclia:tūc nobis sicuti est innotescet:cū ei coniūcti fuerimus in finē : ad simul habēdam btitudinē sempiternā. Ista vero quā ab illa peregrinatur in terris eo nobis notior est:quia in illa sumus. Hec sanguine mediatoris nullū habentis peccatum:ab omni est redēpta pctō:eiusque vox est.Si deus pro nobis quis contra nos?Qui filio suo proprio nō pepercit:sed pro nobis oībus tradidit illum. Nō enī pro angelis mortuus est christus Sed ideo etiā pro angelis fit quicquid hominū per eius mortem redimitur & liberat a malis.quoniā cum eis quodāmodo redit in gratiam post inimicicias quas inter homines & sāctos angelos pctā fecerūt:& ex ipsa hominum redemptione ruine illius angelice detrimenta reparantur.

¶ Quō sancti angeli docti a deo nouerīt numerū qui ex hominibus ascēsur9 est ad btitudinē. D Ca.lxi.

Et vtique nouerunt sancti angeli docti de deo:cuius veritatis eterna contemplatiōe beati sūt.quāti numeri supplemētū de gñe hūano integritas illius ciuitatis expectet.Propter quod ait apostolus:instaurari omia in christo que in celis sunt:& que in terris.

In ipso quippe instaurantur que in celis sunt: cũ id quod inde in angelis lapsum est: ex hominib⁹ reddit. Instaurãtur autem q̃ in terris sunt: cũ ipsi homines q̃ predestinati sunt ad eternam vitam a corruptionis vetustate remouentur. Ac si per illud singulare sacrificiũ in quo mediator est immolatus: quod vnum multe in lege victime figurabãt: pacificant celestia cum terrestribus: et terrestria cum celestibus. Quoniam sicut idẽ aplus dicit. In ipso complacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis inhabitare. ꝛ per eũ recõciliari oia in ipm pacificans per sanguinem crucis eius: siue que in celis sunt siue q̃ in terris.

¶ Quomodo accipiat pax dei q̃ dicit precellere omnẽ intellectum: et qualem pacẽ habebimus cũ angelis. AA Capitulum septuagesimũ septimum.

xij

Pax ista precellit: sicut scriptũ est: omnẽ intellectũ: neq3 sciri a nobis nisi cum ad eam venerim⁹ potest. Quomõ eni3 pacificant celestia nisi in bonis: id ẽ cõcordãdo nobiscu3? Nam ibi semper est pax: ꝛ inter se vniuersis intellectualib⁹ creaturis. ꝛ cu3 suo creatore. Que pax precellit vt dictũ est: omnem intellectũ: sed vtiq3 nostrum: non eorum qui semp vident faciem patris. Nos autem quãtuscũq3 sit in nobis intellect⁹ human⁹: ex parte scim⁹ ꝛ videmus: nunc per speculum in enigmate. Cum vero equales angelis dei fuerimus: tunc quẽadmodum ꝛ ipsi videbimus facie ad faciem: tantãq3 pacẽ habebim⁹ erga nos: quãtã ꝛ ipsi erga nos. quia tñ eos dilecturi sumus quãtum ab eis diligimur. Itaq3 pax eoꝝ nota n[illegible]3 erit. quia ꝛ nostra talis ac tanta erit. nec precellet tunc intellectũ nostrum. Dei vero pax q̃ illic est erga eos: ꝛ nostrum ꝛ illorum intellectũ sine dubitatiõe precellet. De ipo quippe btã est rõnalis creatura q̃cunq3 beata est. non ipse de illa. Unde sm hoc melius accipit qd scriptũ est: pax dei que precellit oẽm intellectum. vt in eo q dixit oẽm: nec ipse intellectus sanctorũ angelorũ esse possit exempt⁹: sed dei soli⁹. Neq3 em̃ ꝛ ipsius intellectum pax eius excellit.

¶ Quõ ẽt nũc nobiscũ ãgeli ꝯcordãt. ꝛ q̃ remissio pctõꝝ etiã baptisatis pfectis est necessaria. BB Ca. lxxviij.

Concordant aũt angeli nobiscum etiã nũc cũ remittũtur nra pctã. Idõ post cõmemorationẽ scẽ ecclie in ordine cõfessiõis ponit remissio pctõꝝ. Per hanc eñ stat ecclia que in terris est. per hanc non perit qd perierat: ꝛ inuentum est. Exceptio q̃ppe baptismatis munere: qd ꝯ originale peccatũ donatũ est: vt qd generatõe attractũ est regeneratiõe detrahat: ꝛ tñ actiua quoq3 peccata quecunq3 corde: ore: ope cõmissa inuenerit tollit. Hac ergo accepta magna indulgẽtia: vñ incipit hominis renouatio: in qua soluitur omnis reatus et ingeneratus et additus: ipsa etiam vita cetera iam ratione vtentis etatis quãtalib3 prepolleat fecunditate iusticie sine remissione peccatorũ nõ agit. Quoniã filij dei q̃diu mortaliter viuunt: cum morte confligũt. Et quis de illis sit veraciter dictũ: quoquot spiritu dei agunt: hi filij sunt dei. sic tamẽ spiritu dei excitantur: ꝛ tanq̃ filij dei ꝓficiunt ad deũ: vt etiam spiritu suo maxime aggrauante corruptibili corpore: tanq̃ filij hoim in quibusdã motib⁹ humanis deficiãt ad seipsos: ꝛ ideo peccẽt. Interest quidẽ quãtũ satis dicitur. Neq3 eni q2 peccatũ est oĩe crimẽ. ideo crimen est etiam omne pctm̃. Itaq3 sanctorum hominum vita3 q̃diu in hac morte viuitur inueniri posse dicimus sine crimine. pctm̃ aũt si dixerimus q2 nõ habemus: vt ait scũs apls: nosipsos seducimus: et veritas in nobis non est.

¶ Q̃ intra ecclesiam catholicã q̃libet criminosis nõ deneget pnie loc⁹: ꝛ q̃lit debeat agi ipa pnia. CC Ca. lxxix.

Sed neq3 de ipis criminibus q̃libet magnis remittẽdis i scã ecclia: dei desperãda est mia: agẽtib⁹ pniam sm modũ sui cuiusq3 pcti. In actiõe autem penitentie vbi tale crimẽ cõmis-

sum est: vt is qui cōmisit a xp̄i etiā cor
pore separet: non tam cōsideranda est
mensura tēporis ꝙ doloris. Cor enim
cōtritū ⁊ humiliatum deus nō spernit.
Uerum q2 plerumq; dolor alterius cor
dis occultus est alteri. neq; in aliorum
noticiam per verba vel quecūq; alia si
gna ꝓcedit: cū sit coraꝫ illo cui dicitur.
gemitus meus a te non est absconditꝰ.
recte cōstituunt ab his q̄ ecclesiis pre
sunt tp̄a pnie: vt fiat etiaꝫ satis ecclesie
in qua remittuntur ip̄a peccata. Extra
eā quippe non remittunt. Ipsa nāq; ꝓ
prie spiritūsanctum pignus accepit: si
ne quo non remittunt vlla peccata: ita
vt quibus dimittunt cōsequātur vitaꝫ
eternam.

¶ Qd remissio peccatorum ad futurū
iudiciū pertineat: cū in hac vita etiam
paruuli baptisati diuerso mō crucient:
quorundā vero pene in posterū reseruē
tur. DD Capitulum. lxv.

Magis enī ꝓpter futurū iu
diciū fit remissio pctōruꝫ.
In hac aūt vita vsq; adeo
valet: qd̄ scriptum ē: graue
iugū sup filios adam a die
exitꝰ de vētre mr̄is eoꝝ: vsq; i diē sepul
ture i matrē oīm: vt etiā ꝑuulos videa
mus post lauacrū regeneratiōis diuer
soꝝ maloꝝ afflictiōe cruciari: vt intelli
gamꝰ totū qd̄ salutaribꝰ agit sacramē
tis: magis ad spē futuroꝝ bonoꝝ ꝙ ad
retētionē vel adeptionē presentium per
tinere. Multa etiaꝫ mala vidētur igno
sci ⁊ nullis suppliciis vindicari: sed eo
rum pene reseruant in posterū. Neq; ei
frustra ille ꝓprie dicit dies iudicii quā
do vēturus ē iudex viuoꝝ atq; mortuo
rū. Sicut ecōtrario vindicant hic aliq̄
⁊ tamē si remittant ꝑfecto in futuro se
culo nō nocebūt. Propterea de quibus
dam tp̄alibus penis: q̄ in hac vita pec
cantibus irrogant eis: quoꝝ pctā delē
tur ne reseruent in finē: ait apostolus.
Si enī nosmetip̄os iudicaremꝰ: a dn̄o
n̄ iudicaremur. Cū iudicamur āt a dn̄o
corripimur ne cū hoc mūdo dānemur.

¶ De his q̄ itra ecclīaꝫ catholicaꝫ
sceleratissime viuūt: ⁊ nullo mō pniam
agunt. ac sibi saluationē ꝑ ignē ꝓmit
tunt. D Capitulū. lxvi

Creduntur aūt a quibusdam
etiā hi q̄ nomē christi non re
linquunt: ⁊ eiꝰ lauachro i ec
clesia baptisant: nec ab eo vl
lo scismate vel heresi ꝑcidun
tur: i quātislibet sceleribꝰ viuāt: q̄nec di
luāt penitēdo: nec elemosynis redimāt:
sed in eis vsq; ad huius vite vltimū diē
pertinacissime ꝑseuerēt: salui futuri ꝑ
ignē: licꝫ pro magnitudine facinorum
flagitiorūq; diuturno: nō tamen eterno
igne puniri. Sed qui hoc credunt: ⁊ tn̄
catholici sunt: humana quadā beniuo
lentia mihi falli vidētur. Nam scriptu
ra diuina aliud consulta respondet. Li
brum aūt de hac questione scripsi: cuiꝰ
titulus est de fide ⁊ operibus. Ubi scd̄m
scripturas sanctas: quantum deo adiu
uāte potui: demonstraui eā fidē saluos
facere. quam satis euidenter expressit
paulus apl̄s dicēs. In christo eniꝫ iesu
neq; circuncisio quicq̄ valꝫ neq; prepu
tiū: sed fides q̄ per dilectionem operat.
Si autem male ⁊ non bn̄ operat: ꝓcul
dubio s̄m apl̄m Iacobum mortua est i
semetipsa. Qui rursus ait. Si fidem di
cat se quisq̄ habere. oꝑa aūt nō habeat
nunqd̄ poterit fides saluare eum? Por
ro aūt si hō sceleratus ꝓpter fidem so
lam per ignem saluabitur: ⁊ sic est acci
piendum qd̄ ait beatus paulus aposto
lus. Ipse enī saluus erit. sic tn̄ quasi per
ignē. poterit ergo saluari sine operibꝰ
fides: ⁊ falsum erit qd̄ dixit eius coapo
stolus Iacobus: falsum erit et illud qd̄
idem ipse paulus dixit. Nolite iquit er
rare: neq; fornicatores neq; idolis ser
uientes. neq; adulteri: neq; molles. ne
q; masculorū concubitores. neq; fures:
neq; auari. neq; maledici: neq; ebriosi:
neq; rapaces regnum dei possidebunt.
Si enim etiam in istis perseuerātes cri
minibus. tn̄ propter fidem christi salui
erunt: quō in regno dei non erunt

¶ Quid sentiēdū sit de his q̄ sup fūda
mentū edificant: ⁊ q̄ sint hi q̄ ꝑ ignē sal
uantur: vel q̄lis sit iste ignis. D
Capitulum. lxvii.

S Ed quia hec apostolica manifestissima et aptissima testimonia falsa esse non pñt: illud qd obscure dictū ē de his q̄ sup edificāt supra fundamētū: qd est christus. nō aurū: nō argētū: nō lapides pciosos: sꝫ ligna: fenū: stipulā: de his em̄ dictū ē ꝙ p ignē salui erūt. q̄nfūdamēti merito non peribūt. sic intelligendum est vt his manifestis nō inueniatur esse cōtrariū. Ligna qp̄pe et fenū et stipula non absurde accipi possunt rerū seculariū: q̄uis licite concessarū tales cupiditates: vt amitti sine dolore non possint animi. Cum autē iste dolor vrit: si christus in corde fundamenti locum habet. i. vt ei nihil antepo naẗ: et malit homo q̄ tali dolore vrētre bus q̄s ita diligit magis carere ꝙ xp̄o per ignē fit saluus. Si aūt res hm̄oi tēporales ac seculares tp̄e tētationis maluerit tenere ꝙ xp̄m: eū in fundamento nō habuit. quia hec priore loco habuit cū in edificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis em̄ de quo locutus est eo loco apl's paulus talis debet intelligi: vt ambo per eū transeant. i. et q̄ edificat supra hoc fundamentū aurū: argentū: lapides preciosos: et qui edificat ligna fenū stipulā. ¶ Cū enī hoc dixisset: adiūxit. Unuscuiusq̄ opus q̄le sit: ignis ꝓbabit. Si cui⁹ opus pmā serit: qd supedificauerit mercedē accipiet. Si cui⁹ opus aūt exustū fuerit: damna patieẗ: ipse aūt saluꝰ erit. sic tñ quasi p ignē. Nō ergo vnius eoꝝ: sed vtriusq̄ opus ignis ꝓbabit. Est quidam ignis tētatio tribulationis: de quo apte alio loco scriptū est. Uasa figuli probat fornax: et hoīes iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit qd apl's dixit. Si accidat duobus fidelibus: vni scꝫ cogitanti q̄ dei sūt: quō placeat deo. hoc est edificāti sup xp̄m fundamētum: auꝝ: argentū: lapides preciosos. alteri aūt cogitanti ea q̄ mūdi sunt quomodo placeat vxori: id est edificanti sup idē fundamētuꝫ ligna fenū stipulam. Illius em̄ opus non exuriẗ: quia non ea dilexit: quoꝝ amissione crucietur. Exuritur aūt opus huius: q̄m sine dolore non pereunt q̄ cū amore possessa sunt. Sed q̄m alterutra conditione proposita eis potius carere malit ꝙ christo: nec timore amittendi talia deserit christum. q̄uis doleat dū amittit: saluꝰ est quidē: sic tamē quasi per ignem. Urit eum reruꝫ dolor quas dilexerat amissarū. sed non subuertit neq̄ꝫ cōsumit fundamenti stabilitate atq̄ icorruptione munitum.

¶ Posse etiam fieri post hāc vitā ignē purgatoriū p quē saluanẗ: qui hic taliẗ vixerunt: vel penitētiam cōgruam egerunt. ¶ Capitu .lxviij.

T Ale aliquid etiam post hanc vitā fieri incredibile non est. et vtrum ita sit queri potest. Et aut īueniri aut latere nōnullos fideles per ignē quedā purgatoriū quātomagis minusue bona pereūtia dilexerūt: tanto tardius citiusq̄ saluari. nō tamē tales de quibus dictū est ꝙ regnū dei nō possidebūt: nisi cōuenienter penitētibus eadē crimina remittantur. Cōueniēter aūt dixi vt steriles in elemosynis non sint: quibus tm̄ tribuit scriptura diuina: vt earū tantūmō fructū se imputaturū premunciet dominus dextris: et earū tātūmodo sterilitatem sinistris: quādo his dicturus ē. Uenite benedicti patris mei percipite regnum dei. Istis autē. Ite in ignem eternum.

¶ Cauendū esse ne putem⁹ infanda crimina elemosynis posse redimi: nisi ab eis abstinēdo. ¶ Capt. lxix.

S Ane cauendū est ne quisq̄ existimet infāda illa crimina: qualia q̄ agunt regnum dei nō possidebūt: q̄tidie perpetrāda: et elemosynis q̄tidie redimēda. In melius quippe est vita mutanda: et p elemosynas de peccatis p̄teritis est propiciandus deꝰ: nō ad hoc emēdus quodāmodo: vt ea semp liceat impune cōmittere. Nemini em̄ dedit laxamētum peccādi. q̄uis miserando deleat iam facta peccata: si nō sat isfactio congrua negligatur.

¶ Q per orationem dñicam non tātū quotidiana peccata: sed etiā preterita crimina deleant. M Cap. lxx.

De quotidianis autē breuibus leuibusqȝ peccatis sine qbus hec vita nō ducitur quotidiana oro fideliū satisfacit. Eoꝝ ē ei dicere. Pater nr̄ q̄ es in celis. Qui iā patri tali rgenerati sūt ex aqua ⁊ spū scto. Delet oīo hec orō minima ⁊ quotidiana pctā. Delet ⁊ illa a quib⁹ vita fideliū scelerate etiā gesta: sȝ penitēdo in melius mutata discedit: si quēadmodū veracit̄ dicit̄. dimitte nob debita nostra: qm̄ nō desunt q̄ dimittāt̄ ita veraciter dicat̄. sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. id est fiat qđ dr̄. qꝛ ipa elemosyna est veniā petenti homini ignoscere.

¶ De multis elemosynarū generibus. Capitulum. lxxi.

Ac per hoc ad omnia que vtili misericordia fiūt valet qđ dn̄s ait. Date elemosynam: ⁊ ecce oia mūda sunt vobis. Non solū aūt qui dat esurienti cibum sitienti potū: nudo vestimētum: peregrinanti hospitiū: fugiēti latibulū: egro vl' incluso visitationē: captiuo redēptionē debili subuectionē: ceco deductionem: tristi consolationē. non sano medelā. erranti viam. deliberāti cōsilium: ⁊ quod cuiqȝ necessarium est indigēti. verūetiā ⁊ qui dat veniā peccanti: elemosynam dat: ⁊ q̄ emēdat verbere ī quē potestas datur: vel coercet aliqua disciplina ⁊ tn̄ peccatum eius quo ab illo lesus ē aut offensus: dimittit ex corde vel orat vt ei dimittatur: nō solum in eo quod dimittit atqȝ orat: verūetiā in eo ꝙ corripit: ⁊ aliqua emēdatoria pena plectit elemosynam dat: quia misericordiam prestat. Multa enim bona prestantur inuitis: qñ eorum cōsulitur vtilitati nō volunta ti. quia ipsi sibi inueniūtur esse inimici amici vero illorū poti⁹ illos quos inimicos putant. ⁊ reddunt errando mala pro bonis: cū reddere mala christianus non debeat nec pro malis. Multa itaqȝ sunt genera elemosynaꝝ: quę cum facimus adiuuamur vt dimittant̄ nobis nostra peccata.

¶ Qualis sit elemosyna perfectorum. R Capitulum. lxxii.

Sed ea nihil est maius: qua ex corde dimittimus quod in nos quisqȝ peccauit. Minus eñ magnū est erga eū esse beniuolum siue etiā bn̄ficum qui tibi nihil mali fecerit. Illud multo grādius ⁊ magnificētissime bonitatis est vt tuum quoqȝ inimicū diligas: ⁊ ei qui tibi malū vult: ⁊ si pōt facit: tu bonum semp velis: faciasqȝ cum possis. audiēs dicētē iesuȝ Diligite inimicos vestros: benefacite eis qui vos oderunt: ⁊ orate pro eis qui vos persequuntur. Sed quoniam peccatorum sunt ista filiorum dei quo quidem se debet omnis fidelis extendere: ⁊ humanum animum ad hunc affectum orādo deum secumqȝ agendo luctandoqȝ perducere. tamē quia hoc tā magnum bonum tante multitudinis nō est: quantū credimus exaudiri cum in oratione dicitur. dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris proculdubio verba sponsionis hui⁹ implentur: si homo qui nondum ita profecit: vt iam diligat inimicum: tamē quādo rogatur ab homie q̄ peccauit in eū vt ei dimittat dimittit ex corde quia etiam sibi roganti vult vtiqȝ dimitti cum orat ⁊ dicit. sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. id est sic dimitte nobis debita nostra rogantibus nobis sicut ⁊ nos dimittim⁹ rogantib⁹ debitoribus nostris.

¶ Non esse deputandū inimicum q̄ peccato suo mouet̄ vt roget. ⁊ nullatenus a deo peccata dimitti eis: qui petentibus non dimittunt ex corde. L Capitulum. lxxiii.

Iam vero qui eum in quē peccauit hominē rogat: si pctō suo mouet̄ vt roget: n̄ ē adhuc deputād⁹ inimic⁹: ⁊ eū dilige sit difficile: sic difficile erat qñ inimicitias exercebat.

quis autem roganti ⁊ peccati sui penitenti non ex corde dimittit: nullo modo existimet a domino sua peccata dimitti: qm̃ mentiri veritas non potest. Quẽ vero euãgelij lateat auditorem siue lectorem: quis dixerit. ego sum veritas? Qui cũ docuisset orationem hãc: in ea positã sententiam vehementer cõmẽdauit dicens. Si eni dimiseritis hoib⁹ peccata eorũ: dimittet vobis pater vester celestis delicta vestra. Si aũt nõ dimiseritis hominib⁹ nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ad tam magnũ tonitruum qui nõ expergiscitur: non dormit sed mortuus est: ⁊ tñ potens est ille etiam mortuos suscitare.

¶ De his qui scelerate viuũt ⁊ testimonio dei abutũtur: qui ait. Date elemosinam ⁊ ecce omnia mũda sunt vobis. M Capitulum.lxxiiij

Sane qui sceleratissime viuũt nec curant talẽ vitã morẽsq; corrigere: ⁊ inter ipsa facinora ⁊ flagitia sua elemosynas frequentare nõ cessãt: frustra sibi ideo blandiuntur: qm̃ dñs ait. Date elemosinã ⁊ ecce oĩa munda sunt vobis. Hoc enĩ q̃ late pateat nõ intelligũt. Sed vt intelligãt attendant quibus dixerit. Nẽpe in euangelio scriptũ ẽ. Cũ loqueret̃ rogauit illũ quidã phariseus vt prãderet apd se: ⁊ ingress⁹ recubuit. Phariseus aũt cepit intra se reputãs dicere. Quare nõ baptizatus est ante prandium? Et ait dñs ad illum. Nũc vos pharisei qđ deforis est calicis ⁊ catini mũdatis. qđ autẽ intus est vestrũ: plenũ est rapina ⁊ iniquitate. Stulti: nonne qui fecit id quod foris est: etiam id qđ intus est fecit? Uerũtamen quod superest date elemosynã: ⁊ ecce omnia mũda sũt vobis. Ita nec hoc intellecturi sumus: vt phariseis nõ habẽtibus fidem christi: etiam si non in eũ crediderint: nec renati fuerint ex aqua ⁊ spũsancto mũda sint omnia tm̃ si elemosynas dederint: sicut isti eas dandas putant: cum sint immundi omnes quos non mundat fides christi. de qua scriptum est. Mundans fide corda eorũ. ⁊ dicat apostolus. Immundis autem et infidelibus nihil est mundum sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. Quõ ergo phariseis oĩa munda essent: si elemosynas darent ⁊ fideles non essent? Aut quõ fideles essent si in christũ credere: atq; in eius renasci gratia noluissent? Et tamen verũ est qđ audierant. Date elemosynam: ⁊ ecce omnia munda sunt vobis.

¶ Ut a seipso debeat incipere: q̃ vult elemosynã ordinate facere: sicut phariseos dñs increpando admonet. M Capitulum. .lxxv.

Qui aũt vult elemosynã ordinate dare: a seipso dꝫ incipere: ⁊ eã sibi primũ dare. Est ei elemosyna op⁹ misericordie: verissimeq; dictũ ẽ. Miserere aĩe tue placẽs deo. Propt̃ hoc renascimur vt deo placeam⁹. cui merito displicet: qđ cõtraxim⁹. Hec ẽ prima elemosyna quã nobis dedim⁹: qm̃ nosipsos miseros p̱ miserãtis dei miam requisiuim⁹: iustum iudiciũ eius confitentes: quo miseri effecti sumus. de quo dicit aplus. Judicium quidem ex vno in condẽnationem: ⁊ magne charitati ei⁹ gratias agentes. de qua idemipse dicit gratie predicator. Commẽdat aũt suã dilectionem deus in nobis: quoniã cũ adhuc peccatores essemus christus p̱ nobis mortuus est: vt et nos veraciter de nostra miseria iudicantes: ⁊ dei charitatem quã donauit ipse diligẽtes: pie recteq; viuamus. Qđ iudiciũ ⁊ charitatem dei cum pharisei preterirẽt: decimabãt tñ preter elemosynas quas faciebant etiã quecũq; minutissima fructuum suorũ: ⁊ ideo non dabant elemosynã a seipsis incipientes: secũq; pri⁹ misericordiã facientes: sicut isti eas dandas putant. Propter quem dilectiõis ordinem dictũ est. Diliges proximũ tuũ sicut teipm̃. Cum ergo increpasset eos q̃ forinsecus se lauabant: intus autem rapina ⁊ iniquitate pleni essent: admonens quandã elemosynã quam sibi homo debet primitus dare: et interiora mundare: verũtamen inquit quod superest date elemosynam: ⁊ ecce omnia

munda sunt vobis. Deinde vt ostenderet quid admonuisset: et quid ipsi facere nō curarēt: ne illū putarent elemosynas eorū ignorare: sed ve vobis inquit phariseis. Tanq̄ diceret. Ego quidem cōmonui vos ad elemosynā dandam p quam vobis omnia munda: sed ve vobis qui decimatis mentam et rutam et omne olus. has enim noui elemosynas vestras: ne de illis me vos nunc admonuisse arbitremini: et preteritis iudiciū et charitatem dei: qua elemosyna possetis ab omni inquinamēto interiori mūdari: et vobis mūda essent et corpora q̄ lauatis. hoc est enim omnia et interiora: scilicet et exteriora: sicut alibi legitur. Mundate intus sunt: et que foris sunt munda erunt. Sed ne istas elemosynas que fiunt de fructibus terre: respuisse videretur. hec inquit oportuit facere: id est iudicium et charitatem dei: et illa nō omittere: id est elemosinas fructuum terrenorum.

¶ Qz multū se seducunt qui per largissimas elemosynas indulgentiā sibi cōparare existimant: et a peccatis non cessant. Capitulum. lxxvi

Non ergo se fallant: qui p elemosynas quaslibet largissimas fructuū suorū vel cuiuscunq̄ pecunie impunitatem se emere existimant in facinorum immanitate ac flagitiorum nequitia permanendo. Non solum enim hec faciunt: sed ita diligunt: vt in eis semper optent tātum si possint semper impune versari. Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam non est misericors sed crudelis. Diligendo eam quippe secundum seculum odit eam secundum deū. Si ergo vellet ei dare elemosynam: per quam munda illi essent omnia: odisset eam s̄m seculum et diligeret eam s̄m deum. Nemo autem dat elemosynā qualibet: nisi vn̄ det ab illo accipiat qui nō eget. et ideo dictum est. Misericordia eius preueniet me.

¶ Qz leuia vel grauia pctā diuino sint pensanda iudicio: pro quibus tñ orare frequenter debem⁹. Ca. lxxvii

Que sint autem leuia et q̄ grauia peccata: nō humano sed diuino sūt pensanda iudicio Videm⁹ enim quedā ab ipsisq̄ aplis ignoscendo fuisse cōcessa quale illud ē qd venerabilis paulus cōiugibus ait. Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tēpus vt vacetis orationi. Et iterū ad idipsum reuertimini ne vos tentet sathanas ꝓpter incontinentiam vestrā. Quod putari posset nō esse peccatum: misceri. s. cōiugi nō filiorū procreandorū causa: quod bonū est nuptiale: sed carnalis etiam voluptatis: vt fornicationis: siue adulterii: siue cuiusq̄ alterius immundicie mortiferum malum. quod turpe est etiam dicere: q̄ potest tentante sathana libido pertrahere: incontinentium deuitet infirmitas posset ergo vt dixi: hoc putari non esse peccatum: nisi addidisset. Hoc autē dico s̄m veniam: non secundū imperium Quis aūt iā esse petm̄ neget: cum dari veniam facientib⁹ aplica auctoritas fateat. Tale quiddā est vbi dicit. Audet quisq̄ vestrū aduersus alterum negocium habens iudicari apud iniquos et non apud sanctos? Et paulopost. Secularia igit iudicia si habueritis inquit: eos q̄ contēptibiles sunt in ecclesia: hos collocate ad iudicandum Ad reuerentiam vobis dico. Sic non ē inter vos quisq̄ sapiēs qui possit inter fratrem suū iudicare: sed frater cū fratre iudicio suo cōtendit: et hoc apud infideles. Nam et hic posset putari iudicium habere aduersus alterū non esse peccatū: sed tm̄modo id extra ecclīam velle iudicari: nisi secutus adiungeret. Jam quidem omnino delictū est inter vos: q2 iudicia habetis vobiscū. Et ne quisq̄ ita hoc excusaret vt diceret iustū se habere negocium: sed iniquitatem se pati quā vellet a se iudicum sententia remoueri: continuo talibus cogitatiōibus vel excusationibus occurrit atq̄ ait. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Ut ad illud redeatur quod dñs ait. Si quis voluerit tunicam tuam

tollere: et in iudicio tecum contendere dimitte illi et pallium. Et alio loco. Qui abstulerit inquit tua: noli repetere. Prohibuit itaq; suos de secularib⁹ rebus cum aliis hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina dicit apostol⁹ esse delictum. Tamen cum sinit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus: extra ecclesiam vero terribiliter vetat: manifestum est etiam hic quid secundum veniaʒ cōcedatur infirmis. Propter hec atq; huiusmodi peccata et alia licet his minora que fiunt verborum et cogitationuʒ offensionibus apostolo Jacobo confitente ac dicente. In multis enim offendimus omnes: oportet vt quotidie crebro q; oremus dominum atq; dicamus Dimitte nobis debita nostra: nec in eo quod sequitur mentiamur. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

¶ De q̄busdā peccatis q̄ leuissima putarentur nisi grauiora in scripturis sctis demonstrarentur. R Capitulum. lxxviij.

Sunt autem quedam que leuissima putarētur: nisi scripturis demōstrarētur opinione grauiora. Quis enī dicentem fratri suo fatue reum gehenne putaret: nisi veritas diceret. Cui tamen vulneri subiecit continuo medicinam: preceptum fraterne reconsiliationis adiungēs. Mox quippe ait. Si ergo offers munus tuum ad altare: ꝛ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te et cetera. Aut quis estimaret q̄ magnum peccatum sit dies obseruare et menses et annos et tempora sicut obseruant q̄ certis diebus siue mensibus siue annis volunt vel nolunt aliquid inchoare: eo q; secundum vanas doctrinas hominū fausta vel infausta timeant tempora: nisi huius mali magnitudinem ex timore apostoli pensaremus: qui talibus ait. Timeo ne forte sine causa laborauerim in nobis.

¶ Ex etiam magna peccata cum in vsum venerint aut parua aut nulla esse credantur. S Ca. lxxix.

Hac accedit q; peccata q̄uis magna ꝛ horrenda: cū in consuetudinē venerit: aut parua aut nulla eē credunt: vsq; a deo vt nō solū nō occultāda: verūetiam iā p̄dicāda ac diffamanda videātur. q̄si sicut scriptū est. Laudatur peccator in desideriis anime sue. ꝛ qui iniqua gerit benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas et clamor vocatur. Sicut habes apud Esaiam prophetam de vinea mala. Expectaui inquit vt faceret iudicium fecit autē iniquitatem ꝛ non iusticiam sed clamorem. Unde est illud in genesi. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. Quia non solum iam apud eos non puniebantur illa flagitia: verumetiā publice velut lege frequētabātur. Sic nostris temporibus ita multa mala: et si non talia: i apertam ꝛ consuetudinem iam venerunt: vt ꝑ his non solum excōmunicare aliquē laicuʒ nō audeamus: sed nec clericū degradare. Unde cū exponerem ante aliquot annos epistolam ad Galathas: in eo ipso loco vbi ait apostolus: timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis: exclamare compulsus sum. Ue peccatis hominum que sola inusitata exhorrescimus. visitata vero pro quibus abluendis filii dei sāguis effusus est. q̄uis tam magna sint vt omnino claudi contra sese faciāt regnum dei: sepe vidēdo omnia tolerare: sepe tolerādo nōnulla etiam facere cogimur. Atq; vtinam o domine nō oīa que non poterimus prohibere faciamus. Sed videro vtrū me immoderatus dolor īcaute aliquid cōpulerit dicere.

¶ De duabus causis ignorantia et infirmitate quibus peccamus. T Capitulum. lxxx.

Hoc nunc dicam quod quidem et in aliis opusculorū meorum locis sepe iam dixi. Duabus ex causis peccamus. Aut nondum videndo quid facere debeamus. aut non faciēdo quod

debere fieri iam videmus. Quorũ duo
rum illud ignorantie malũ est: hec infir
mitatis. Contra q̃ quidez pugnare nos
conuenit: sed profecto vincimur: nisi di
uinitus adiuuemur: vt non solũ videa=
mus qd faciẽdum sit: sed etiam accedẽ
te sanitate delectatio iusticie vincat in
nobis earum rerum delectationes: q̃s
vel habere cupiendo: vel amittere me=
tuẽdo: scientes vidẽtesq3 peccamus: iã
non solũ peccatores: quod eramus etiã
cũ p ignorantiã peccabamus: verũetiã
legis preuaricatores cũ id non facim⁹
quod faciendum iam esse nouimus. vl
facimus qd nõ faciendum esse iã scim⁹
Quapropter nõ solũ si peccauimus vt
ignoscat: ppter qd dicimus. dimitte no
bis debita nostra: sicut et nos dimitti=
mus debitoribus nostris: verũetiã ne
peccemus vt regat. propter qd dicim⁹:
ne nos inferas in tentationem. ille rogã
dus est cui dicit in psalmo. Dñs illumi
natio mea et salus mea. Ut illuminatio
detrahat ignorãtiã: salus ĩfirmitatem.

¶ Q3 misericordia dei necessaria est vt
pellatur pudor vt penitẽtia agatur.
a Capitulum. lxxxi.

Nam et ipsa penitentia quã
do digna causa est s̃m mo
rem ecclesie vt agatur: ple
rũq3 infirmitate nõ agit: q2
et pudor et tĩor ẽ displicẽdi:
dũ plus delectat hoĩm estimatio: q̃ iu=
sticia qua se quisq3 humiliat penitendo
Unde nõ solũ cũ agitur penitẽtia: verũ
etiã vt agatur: dei misericordia necessa
ria est. Alioquin nõ diceret aplus de q̃
busdã: ne forte det illis deus penitentiã
Et vt petrus amare fleret: p̃misit euan
gelista et ait. Respexit eum dominus.

¶ Q3 in spiritũsanctuz irremediabilit
peccent q̃ in ecclesia catholica remitti si
bi pctã vsq3 ad finem vite non credunt
x Capitulum. lxxxii.

Qui vo ĩ ecclia remitti pctã
nõ credẽs. ɔtẽnit tãtã dini
muneris largitatẽ: et ĩ hac
obstiatiõe mentis diẽ clau
dit extremũ: re⁹ est illo irre
missibili pctõ in spm̃ sctm̃: in q̃ xp̃s pctã
dimittit. De q̃ q̃stione difficili in quodã
propter hoc solũ conscripto libello enu
cleatissime q̃tum potui disputaui.

¶ De vltima et generali resurrectione
carnis. y
Capitulum. lxxxiii.

Iam vero de resurrectione
carnis nõ sicut q̃dã reuixe=
re iterũq3 sũt mortui. s3 ĩ et
nã viã: sic xp̃i ipsi⁹ caro re=
surrexit: queadmodũ possĩ
breuit disputare: et omĩb⁹ q̃stionib⁹ q̃ de
hac remoueri assolent satisfacere: non
inuenio. Resurrecturã tñ carnẽ omniuz
q̃cunq3 nati sũt hoĩm atq3 nascentur: et
mortui sunt atq3 morient: nullo mõ du=
bitare debet christianus.

¶ Questio de abortiuis fetibus an sint
resurrecturi. z Ca. lxxxiiii.

Unde prio occurrit de aborti=
uis fetib⁹ q̃stio: q̃ iã q̃dẽ nati
sũt in vtis matrũ: s3 nõdũ ita
vt iã possint renasci. Si enim
resurrecturos eos dixerim⁹ de his qui
iam formati sunt: tolerari vtcumq3 po=
test qd dicitur. Informes vero abortus
quis non procliuius perire arbitretur:
sicut semina que concepta non fuerint?
Sed quis negare audeat: et si affirma=
re non audeat: id acturam resurrectio=
nẽ vt quicq̃d forme defuit ĩpleatur: at=
q3 ita ñ desit pfectio que accessura erat
tempore: queadmodũ non erunt vicia q̃
accesserunt tẽpore: vt neq3 in eo quod
aptum et congruũ dies allaturi fuerãt
natura fraudetur: neq3 in eo quod adũ=
sum atq3 cõtrarium dies attulerant na
tura turpetur: sed integretur quod nõ=
dum erat integrum: sicut instaurabitur
quod fuerat viciatum.

¶ Disputatio questionis quando inci=
piat homo in vtero matris viuere qui
ad carnis resurrectionem pertinere cre
ditur.
a Ca. lxxxv.

Ac per hoc scrupulosissime qui
dem inter doctissimos queri
ac disputari potest: qd vtruz
ab hoie iueniri possit ignoro
qñ ĩcipiat hõ ĩ vtero viuẽ. Utrũ sit q̃dã

vita occulta q̄ nondū motibus viuētis appareat. Nā negare vixisse puerpia: q̄ ꝓpterea mēbratim execāt̄ ⁊ eijciūtur ex vteris pregnātiū: ne matres quoqꝫ si mortua ibi relinquātur occidant: impudentia nimia videtur. Ex quo aūt incipit hō viuere: ex illo vtiqꝫ iā mori pōt. Mortuꝰ vero vbicūqꝫ illi mors potuit euenire. quō ad resurrectionē nō ptineat mortuoꝝ reperire nō possum.

¶ De monstris q̄ nascūtur ⁊ cito moriūtur: cū cōmemoratione cuiusdā bimēbris. B Capi. lxxxvi.

NEqꝫ enī ⁊ monstra q̄ nascūtur ⁊ viuūt q̄libet cito moriant̄: aut resurrectura negabūtur: aut ita viciata resurrectura credenda sūt. ac nō potius correcta emēdataqꝫ natura. Absit enī vt illū bimembrē q̄ nuper natus est in oriente: de quo ⁊ fratres fidelissimi qui eū viderūt retulerūt. ⁊ sācte memorie Hieronymꝰ presbiter scriptuꝫ reliquit. Absit inquā vt vnū hoiem duplicē: ac non potius duos: qḋ futurum fuerat: si gemini nascerent̄: resurrecturos existimemus. Ita cetera q̄ singuli quiqꝫ partꝰ vel āpliꝰ vel minꝰ aliq̄d habendo: vel quadam nimia deformitate monstra dicūtur: ad humane nature figurā resurrectione reuocabūtur: ita vt singule aie singula sua corpora obtineant nullis coherentibꝰ etiā quecūqꝫ coherentia nata fuerāt: sed seorsuꝫ sibi singulis sua membra gestātibus: quibus humani corporis cōpletur integritas.

¶ Qd caro homis mortui in q̄buslibet elemētis alijsqꝫ corporibus transmutet̄ aie quaꝫ reliquit resurrectione reuocetur. C Ca. lxxxvij.

NOn autē perit deo terrena materies: de qua mortaliū creat̄ caro: sꝫ ī quēlibet puluerē cinerē ve soluat̄: ī q̄slibet alitus aurasqꝫ diffugiat: in quācunqꝫ aliorū corporū substātiā vel ī ipsa elemēta vertat̄: in quorūcūqꝫ animaliū ēt hoim cibū cedat carnēqꝫ mutet̄. illi anime humane puncto temporis redit: q̄ illam primitus vt homo fieret. cresceret. viueret: animauit.

¶ Nō esse cōsequēs ad easdē corporis partes terrenas materies vnde lapse sunt in resurrectione reuocari: cum exēplo statue solubilis metalli. D Capitulum. lxxxviij.

IPsa itaqꝫ terrena materies que discedente aia fit cadauer: nō ita resurrectione reparabit̄: vt ea q̄ dilabuntur: ⁊ ī alias atqꝫ alias aliarū reꝝ spēs formasqꝫ vertunt̄. q̄uis ad corpꝰ redeāt vñ lapsa sūt: ad easdē q̄qꝫ corporis ptes vbi erāt redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit qḋ tā crebra tonsura detraxit: si vnguibus qḋ totiens dempsit exactio: īmoderata ⁊ īdecens cogitantibꝰ ⁊ ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit īformitas. Sed quēadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli: aut igne liquesceret: aut cōtereret̄ in puluerē: aut cōfunderet̄ in massam: ⁊ eā vellet artifex rursus ex illius materie quantitate reparare: nihil interesset ad eius integritatē q̄ particula materie cui mēbro statue redderetur: dū tñ totū ex quo cōstituta fuerat restituta resumeret: ita deus mirabiliter atqꝫ ineffabiliter artifex: de toto quo caro nostra constiterat eam mirabili ⁊ ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius reitegrationē: vtrū capilli ad capillos redeant: ⁊ vngues ad vngues. an quicq̄d eorum perierat mutetur in carnem: et in partes alias corporis reuocetur curāte artificis prouidentia ne quid indecens fiat.

¶ Utrū eq̄les an diuerse future sint stature vel figure resurgentiū corporum. E Capitulum. lxxxix.

NEc illud est consequens: vt ideo diuersa sit statura reuiuiscentiū singuloꝝ: q꞉ fuerat diuersa viuentiū: aut macri cū eadē macie: aut pinguis cū eadē pinguedine reuiuiscāt. Sed si hoc ē in concilio creatoris vt in effigie sua cuiusqꝫ proprietas et discernibilis similitudo seruetur: in ceteris autem corporis bo

n'e equalia cuncta reddantur: ita mo-
dificabitur illa in vnoquoq materies:
vt nec aliquid ex ea pereat: ⁊ qđ alicui
defuerit ille suppleat: qui etiā de nihilo
potuit qđ voluit opari. Si aũt in cor-
porib⁹ resurgentiũ rõnabilis inequali-
tas erit: sicut est vocũ qbus cantus im-
pletur: hoc fiet cuiq de materia corporis
sui: qđ ⁊ hoiem reddat equalem angeli-
cis cetibus: ⁊ nihil inconueniens cor͂ i
gerat sensibus. Indecorum quippe ali-
qđ ibi nõ erit: sed qcqđ futuruꝫ est hoc
decebit: q: nec futurũ est si nõ decebit.

¶ Qualiter resurgãt corpora sanctorũ
f Capitulum. xx.

Resurgent igitur sanctorum corpo
ra sine vllo vicio: sine vlla de
formitate: sicut sine vlla cor-
ruptione: onere: difficultate,
In qb⁹ tãta facilitas resurgẽ
di: q̃ta felicitas erit. Propter qđ ⁊ spiri-
talia dicta sũt cũ proculdubio corpa sint
futura nõ sp̃s. Sꝫ sicut nũc corp⁹ aiale
dicitur: qđ tñ corp⁹ nõ aia ẽ: ita tũc spiri-
tale corp⁹ erit: corpus tñ nõ sp̃us erit.
Proinde q̃tũ attinet ad corruptionẽ
q̃ nũc aggrauat aiam: ⁊ ad vicia qbus
caro aduersus sp̃m cõcupiscit: tũc non
erit caro sed corpus: q: ⁊ celestia corpo
ra phibentur. Propter qđ dictũ est. Caro
⁊ sanguis regnũ dei nõ possidebũt. Et
tanq̃ exponens qđ dixerit. Nec corru-
ptio indt icorruptionẽ possidebit. Qđ
pri⁹ dixit caro ⁊ sanguis hoc postea di-
xit corruptio. Et qđ prius regnum dei:
hoc postea incorruptionẽ. Quãtũ autẽ
attinet ad substãtiã: etiã tunc caro erit.
Propter qđ ⁊ post resurrectionẽ corp⁹
xp̃i caro appellatum est. Sed ideo ait
apl's. Seminatur corpus aiale: resurget
corpus spiritale. Qm̃ tanta erit tũc cõ
cordia carnis ⁊ sp̃us: viuificante spiritu
sine sustentaculi alicuius indigẽtia sub
ditam carnem: vt nihil nobis repugnet
ex nobis: sed sicut foris neminem: ita
nec intus nosipsos patiamur inimi-
cos.

¶ Qualiter etiam illi resurgant qui a
massa perditionis non sunt discreti.
G Capitulum. xxi

Quicunq vero ab illa pditio-
nis massa q̃ facta ẽ p hoiẽ
primũ: nõ liberantur p vnum
mediatorẽ dei ⁊ hoim: resur
gẽt q̃dẽ etiã ipi vnusq̃sq cũ
sua carne: sed vt cũ dyabolo et angelis
ei⁹ puniantur. Utrũ sane ipi cum vicijs ⁊
deformitatib⁹ suorum corporum resurgãt: q̃-
cũq in eis viciosa ⁊ deformia membra
gestarũt: inqrendo laborare qđ op⁹ est.
Neq eni fatigare nos debet icerta eo-
rũ habitudo vel pulchritudo: quorum erit
certa ⁊ sempiterna dãnatio. Nec moueat
quõ in eis erit corp⁹ icorruptibile si do
lere poterit. Non est eni vera vita: nisi
vbi feliciter viuitur. nec vera icorruptio:
nisi vbi salus nullo dolore corrũpitur.
Ubi aũt infelix mori nõ sinitur: vt ita di-
cã: mors ipsa nõ mori. ⁊ vbi dolor ppe-
tuus nõ interimit: sed affligit: ipsa cor-
ruptio non finitur. Hec in sanctis scri-
pturis secũda mors dicitur.

¶ Que nec prima nec secunda mors ho
mini accidisset si nemo peccasset. Et q̃
q̃uis impij diuerso modo crucientur: ta-
men paruulorum mitissima pena erit.
h Capitulũ. xxij.

Ec prima tñ mors q̃ suum
corpus aia relinq̃re cogitur.
nec scđa qua penale corp⁹
aia relinq̃re nõ pmittitur ho
mini accidisset: si nemo pec
casset. Mitissima sane oĩũ pena erit eo-
rũ q̃ p̃ter pctm̃ qđ originale traxerunt:
nullũ insup addiderunt. Et in ceteris q̃
addiderũt: tãto q̃sq tolerabiliorem ibi
habebit dãnationem: q̃to hic minorem
habuit iniquitatem.

¶ De remanentibus impijs in eterna
dannatione: tunc scient sancti quid bo-
ni eis ptulerit gratia. J Ca. xxiij.

Remanentib⁹ itaq angelis ⁊
hoibus reprobis i eterna pe
na: tũc sancti scient pleni⁹ qđ
boni eis cõtulerit gr̃a. Tunc
rebus ipsis euidẽtib⁹ apparebit qđ in
psalmo scriptũ est. Misericordiã ⁊ iudi
ciũ cantabo tibi dñe. Quia nisi per in-
debitam misericordiam nemo liberatur:
⁊ nisi p debitũ iudiciũ nemo dãnatur.

¶ Qz oia q̃ nūc nos latent: tunc non latebunt cum ad iudicium puenerimus. K Ca.xciiij.

Tunc non latebit quod nūc latet. cum de duobus paruulis vnus esset assumendus. in q̃ is qui assumeretur agnosceret q̃d sibi per iudicium debe retur: nisi mia subueniret. cur ille potiꝰ q̃ iste fuerit assumptus: cum causa vna esset ambobus. cur apud quosdam non facte sint virtutes: q̃ si facte fuisset egissent illi hoies penitētiā: ⁊ facte sint apō eos qui non fuerant credituri. Apertissime nanq; dñs dicit. Ue tibi corozaim. et ve tibi betsaida: quia si in tyro et sydone facte fuissent virtutes q̃ facte sunt in vobis: olim in cilicio et cinere penitentiam egissent. Nec vtiq; deus iiuste noluit saluos fieri: cum possent salui esse si vellent. Tunc in clarissima sapientie luce videbit: qđ nūc pioꝝ fides habet: anteq̃ manifesta cognitione videat q̃ certa ⁊ immutabilis ⁊ efficacissima sit volūtas dei: q̃ multa possit et nō velit: nihil aūt velit qđ non possit: q̃q; sit verū qđ in psalmo canit. Deus autē noster in celo sursū: in celo ⁊ in terra oia quecūq; voluit fecit. Qđ vtiq; non est verū: si aliqua voluit ⁊ non fecit. Et qđ est indignius: ideo nō fecit: q̃ñ ne fieret qđ volebat omnipotēs: volūtas hominis ipediuit. Nō ergo fit aliquid nisi oīpotens fieri velit: vel sinendo vt fiat: vł ipse faciendo.

¶ Qz recta ꝯfessione credamus omnipotentem deū bñfacere etiā cū sinit mala fieri. L Capitulum. xcv.

Nec dubitandum est deum facere bene. etiam sinendo fieri quecunq; fiunt male. Non eī hoc nisi iusto iudicio sinit. Et profecto bonum est omne quod iustum est. Quanuis ergo ea que mala sunt: in q̃tum mala sunt: non sint bona: tamen vt non solum bona sed etiam mala sint bonum est. Nam nisi esset hoc bonum vt essent et mala: nullo modo esse sinerentur ab omnipotente bono. Cui procuídubio q̃ facile est quod vult facere: tam facile est quod non vult esse non sinere. Hoc nisi credamus periclitatur ipsum nostre fidei confessionis initium: qua nos in deum patrem omnipotentē credere confitemur. Neq; enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens nisi quia quicquid vult potest. nec voluntate cuiuspiam creature voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

¶ Questio de dicto apostoli: q; deꝰ vult omnes homines saluos fieri: ⁊ non omnes salui fiunt. M Capitulum. xcvi.

Quamobrē videndū est quēadmodū sit de deo dctū: q; ⁊ hoc apl's verissime dixit: q̃ omēs hoies vult saluos fieri. Cū eī nō omnes: sed multo plures non fiunt salui: videtur vtiq; non fieri quod deus vult fieri. humana. s. voluntate impediente voluntatem dei. Quando enim q̃ritur causa cur non omnes salui fiant: respōderi solet. quia hoc ipsi nolūt. Qđ q̃dem de paruulis dici non pōt: quoꝝ nondum est velle seu nolle. Nā qđ infātili motu faciunt: si eorum volūtati iudicaretur esse tribuēdū: q̃ñ baptisantur cum resistunt q̃tum possunt: etiā nolētes saluos fieri diceremus. Sed apertius dñs in euangelio cōpellens impiā ciuitatem: quotiens inquit volui colligere filios tuos: sicut gallina pullos suos: ⁊ noluisti: tanq̃ dei volūtas supata sit hoim volūtate: ⁊ in infirmissimis nolēdo impediētibus: nō potuerit facere potentissimus quod volebat. Et vbi ē illa omipotentia qua in celo ⁊ in terra oia quecunq; voluit fecit: si colligere filios hirłm voluit ⁊ non fecit? An potiꝰ ⁊ illa q̃dē filios suos ab ipso colligi noluit: sed ea quoq; nolēte filios eius collegit ipse quos voluit: q; in celo ⁊ in terra non quedam voluit ⁊ fecit. q̃dam vero voluit ⁊ nō fecit: sed omnia quecunq; voluit fecit.

¶ Qz omnipotentia dei malas hominum voluntates in bonum conuertat. Item commendatio gratie iuxta apostolū: q̃ iacob ab esau discretꝰ est. N Capitulum. xcvii.

Quis porro tam impie desipiat vt dicat deum malas hominum volũtates: quas voluerit: qñ voluerit: vbi voluerit: in bonũ nõ posse conuertere. Sed cũ facit p misericordiã facit. cũ aũt nõ facit p iudiciũ nõ facit. Quia cuius vult miseretur: et quẽ vult indurat. Qd cũ diceret aplus: grãm commẽdabat. Ad cuius cõmẽdationẽ de illis in rebecce vtero geminis fuerat iã locutus qbus nondum natis nec aliqd agentibus boni seu mali: vt fm electionẽ propositũ dei maneret: nõ ex opibus sz ex vocante dictum est ei: qz maior seruiet minori. Propter qd adhibuit alterũ propheticum testimoniũ: vbi scriptũ est. Jacob dilexi: esau aũt odio habui. Sentiens autẽ quẽadmodũ posset hoc quod dictum est pmouere eos: q penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinẽ gratie quid ergo dicemus ait? Nũqd iniqtas est apud deum? Absit. Jniquũ enim videtur vt sine vllis bonorum malorũ ve operũ meritis: vnũ deus diligat: odiat qz alterũ. Qua in re si futura opa vel bona huius: vel mala illius. q deus vtiqz presciebat: vellet intelligi. nequaqz diceret: nõ ex operibus: sed diceret ex futuris operibus: eoqz modo istam solueret qstionẽ: imo nullã quã solui opus esset faceret qstionẽ. O Nunc vero cũ respondisset: absit. i. absit vt sit iniqtas apud deũ: mox vt pbaret nulla hoc iniquitate dei fieri inquit. Moysi enĩ dicit Miserebor cui misertus ero: et misericordiam prestabo cui misericors fuero. Quis enim nisi insipiens deũ iniquum putet: siue iudiciũ penale ingerat digno siue misericordiã prestet indigno? Deniqz infert et dicit. Jgitur non volentis neqz currentis sed miserentis est dei. Ambo itaqz gemini natura filij ire nascebantur. nullis quidem operibus propriis sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti. Sed qui dixit. miserebor cui misertus ero: et misericordiam prestabo cui misericors fuero. iacob dilexit p misericordiam gratuitam. esau autem odio habuit per iudiciũ debitum Quod cum deberetur ambobus in altero alt agnouit nõ de suis distãtibus meritis sibi esse gloriandum: qz in eadem causa idem suppliciũ nõ incurrit: sed de diuine grẽ largitate: qz non volentis neqz currentis sed miserentis est dei. Altissimo qppe ac saluberrimo sacramento vniuersa faciens: atqz vt ita dixerim vultus sanctarum scripturarum bene intuens id admonere inuenitur: vt qui gloriatur in domino glorietur.

¶ Cõmendatio iudicij dei fm aplm in obduratione pharaonis contra populum dei. Jtem qz figmẽtũ fingenti se nõ contradicat. ¶ Capi. xcviij.

Cum autem misericordiam dei cõmẽdasset i eo qd ait: igitur nõ volẽtis neqz currẽtis sed miserẽtis est dei. deide vt etiã iudiciũ cõmẽdaret: qm in buonon fit misericordia non iniqtas fit sed iudiciũ. non est qppe iniqtas apud deũ: cõtinuo subiecit atqz ait. Dicit ei scriptura pharaoni. Quia ad hoc te excitaui: vt ostendam in te potentiã meã: et vt annũcietur nomen meum in vniuersa terra. Quibus dictis ad vtrũqz concludẽs id est et ad misericordiam et ad iudicium inqt. Ergo cuius vult miseretur deus: et quẽ vult obdurat. Miseretur. s. magna bonitate: et obdurat nulla iniquitate. vt nec liberatus de suis meritis glorietur. nec dãnatus nisi de suis meritis cõqueratur. Sola enim grã redẽptos discernit a pditis: quos in vnã pditionis concreuerat massã ab origine ducta cã. cõmunis. Hoc aũt qui eo modo audit vt dicat: qd adhuc cõqueritur: nã voluntati eius qs resistit? tanqz ppterea malus non videatur esse culpãdus. qz deus cuius vult miseretur: et quem vult obdurat. absit vt pudeat nos rñdere: qd respondisse videmus apostolum. O hõ tu qs es q rñdeas deo? Nũquid dicit figmẽtum ei q se finxit. qd me fecisti sic? An non habet ptãtem figulus luti ex eadem massa facere: aliud quidem vas in honorem: aliud vo in cõtumeliã? Hoc enĩ loco quidam stulti putant aplum in responsione defecisse: et inopia reddende

rõnis repressisse cõtradictoris audaci=
am. Sȝ magnũ habet põd⁹ qȣ dictuȝ ẽ
O hõ tu q̃s es? Et in talib⁹ questioni=
bus ad sue capacitatis ꝯsiderationẽ re
uocat hoiem v̾bo q̃dẽ breui: ſȝ re ipsa
magna est redditio rõnis. Si eñi nõ ca
pit hec: q̃s ẽ q̃ respõdeat deo? Si autẽ
capit magis nõ inuenit q̃d r̃ndeat. Ui=
det eñ si capit vniuersũ gen⁹ humanuȝ
tã iusto iudicio diuino in apostatica ra
dice dãnatũ. vt etiã si nullus inde libera
ret̃: nemo recte posset dei vituperare iu
sticiam. ⁊ q̃ liberant̃ sic oportuisse libera=
ri: vt ex plurib⁹ nõ liberatis: atq̃ in dã=
natione iustissima derelictis: ostenderet̃
q̃d meruisset vniuersa cõspersio. ⁊ quo
etiã istos debitũ iudiciũ dei duceret: ni
si ei⁹ indebita mĩa subueniret. vt volen
tiuȝ de suis meritis gl̃iari: omẽ os ob=
struat̃. ⁊ q̃ gl̃iatur in dño glorietur.

¶ Admiratio opeꝝ dei q̃ fit vt de malis
hoim volũtatib⁹ bonã ipse impleat vo
lũtatẽ suã. Q Capitulum. xcix.

HEc sunt magna opa dñi exq̃=
sita i oẽs volũtates ei⁹. ⁊ tã
sapiẽter exq̃sita vt cũ angeli
ca ⁊ h̃uana creatura peccas=
set. i. nõ qȣ ille: ſȝ qȣ voluit ipã fecisset.
etiã p eandẽ creature volũtatẽ: q̃ factũ
est qȣ creator noluit: ipleret ipẽ qȣ vo=
luit: bñ vtẽs ⁊ malis tanq̃ summe bon⁹
ad eoꝝ dãnationẽ: quos iste predestina
uit ad penam ⁊ ad eorũ salutem quos
benigne predestinauit ad grãm. Quan
tũ eñ ad ipsos attinet qȣ deus noluit
fecerũt. quantũ v̾o ad oĩpotentiã dei:
nullo mõ id efficere valuerũt. Hoc q̃p=
pe ipso qȣ cõtra volũtatẽ dei fecerunt:
de ipsis facta est voluntas dei. Propte
rea nãq̃ magna opa dñi exquisita i om
nes volũtates ei⁹. vt miro ⁊ ineffabili
mõ nõ fiat pret̃ ei⁹ volũtatẽ: qȣ etiã con
tra ei⁹ fit volũtatem. q2 non fieret si non
sineret nec vtiq̃ nolens sinit sed volens
Nec sineret bonus fieri male nisi omni=
potens ⁊ de malo facere posset bene.

¶ De bonis volũtatibus hoim q̃ plera
q̃ bone voluntati dei non conueniũt et
de malis voluntatibus que conueniũt
S Capitulum. c.

ALiquãdo aũt bona volunta=
te hõ vult aliq̃d qȣ deus non
vult: etiam ipse bona multo
ampli⁹ multoq̃ certi⁹ volũta
te. Nã illi⁹ mala volũtas eẽ nũq̃ p̃t. Tã
q̃ si bon⁹ fili⁹ patrẽ velit viuere: quẽ de=
us bona volũtate vult mori. Et rursus
fieri potest: vt hoc velit homo volunta=
te mala qȣ de⁹ vult bona. velut si mal⁹
filius velit mori patrẽ: velit hec etiam
deus. Nempe ille qȣ non vult de⁹: iste v̾o
vult qȣ vult ⁊ de⁹ Et tñ bone volunta=
ti dei pietas illi⁹ potius consonat: q̃uis
aliud volẽtis: q̃ hui⁹ idẽ volẽtis impie
tas. Tñ interest q̃d velle hoi quid deo
cõgruat: ⁊ ad quẽ finẽ suã q̃sq̃ referat
voluntatẽ: vt aut approbet̃ aut impro=
bet̃. Nam de⁹ quasdã voluntates suas
vtiq̃ bonas implet p malorũ hoim vo=
luntates malas. Sicut per iudeos ma=
liuolos bona voluntate p̃ris xp̃s ꝓ no
bis occisus est. Qȣ tñ bonũ factuȝ est
vt apl̃s petrus quãdo id fieri nolebat:
sathanas ab ipso q̃ occidi venerat dice
ret̃. Quã bõe apparebãt volũtates pio
rũ fidelium: qui nolebant apl̃m paulũ
hierl̃m pergere: ne ibi pateret̃ mala q̃
ꝓpheta agabus predixerat: ⁊ tñ deus
hec illum pati volebat pro annũcianda
fide xp̃i: exercẽs martyrem christi. Neq̃
istã bonã volũtatẽ suã ipleuit per xp̃ia=
norum volũtates bonas sed per iudeo=
rũ malas. Et ad eũ potius pertinebant
q̃ nolebãt qȣ volebat: q̃ illi p quos vo=
lentes factũ est qȣ volebat. q2 idipsum
quidẽ: sed ipse per eos bona: illi autem
mala voluntate fecerunt.

¶ Qȝ quãtelibet sint voluntates q̃ con
ueniant aut non cõueniant dei volũtati
inuicta semp sit dei volũtas.
T Capitulum. ci.

SEd quãtelibet sint volunta=
tes vel angelorũ vl̃ hoim: vl̃
bonorũ vel malorũ: vel illud
qȣ de⁹ vl̃ aliȣ volẽtes q̃ de⁹
oĩpotẽtia volũtas dei semp inuicta est:
q̃ mala esse nunq̃ potest. Q2 etiã cũ ma
la irrogat iusta est: ⁊ ꝑfecto q̃ iusta est
mala nõ est. Deus igit̃ oĩpotens siue p
mĩaȝ cuius vult misereatur: siue p iudi

ciū quē vult obduret. nec iique aliquid facit. nec nisi volens quicq̄ facit: ⁊ oīa quecunq̄ vult facit.

¶ Qualiť intelligať deus velle omnes hoīes saluos fieri. u Capitu. cij.

SEd per hoc cū audim⁹: ⁊ in sacris lr̄is legim⁹. ꝙ velit oēs hoīes saluos fieri: q̄uis certū sit nobis nō oēs hoīes saluos fieri: nō tn̄ iō debem⁹ oīpotētissime dei volūtati aliq̄d derogare: ſʒ ita itelligere. quod scriptū est. qui vult omnes homīes saluos fieri: tanq̄ diceretur: nullū hominem fieri saluū nisi quē saluū fieri ipse voluerit non ꝙ nullus sit hominū nisi quem saluū fieri velit. ſʒ ꝙ nullus fiat nisi quem velit. ⁊ ideo sit rogandus vt velit. quia necesse est fieri si voluerit. De orando quippe deo agebat aplus vt hoc diceret. Sic enī intelligimus ⁊ qđ in euangelio scriptū est. Qui illuminat omnem hominē: non qꝛ nullus est hominū qui nō illuminetur. sed qꝛ nisi ab ipso null⁹ illuminatur: Aut certe sic dictum est. Qui omnes homīes vult saluos fieri: non ꝙ nullus hominū esset quē saluum fieri nollet. qui virtutes miraculoꝝ facere noluit apud eos: quos dicit acturos fuisse penitentiam si fecisset. sed vt oēs hoīes omne genus humanū itelligamus p q̄scunq̄ differentias distributū: reges: priuatos: nobiles: ignobiles: sublimes. humiles. doctos. indoctos. integri corporis. debiles. ingeniosos. tardicordes. fatuos. diuites. paupes. mediocres. mares. feminas. infantes. pueros. adolescentes. iuuenes. seniores. senes. in linguis oīb⁹. in morib⁹ oīb⁹. in ꝓfessiōib⁹ oīb⁹. in volūtatum ⁊ cōscientiaꝝ varietate inumerabili ꝯstitutos ⁊ si q̄d aliō differētiarū est in hoīb⁹.

x Quid ē eī eoꝝ vn̄ nō de⁹ p vnigenitū suū p dn̄m nr̄ꝫ p oēs gētes saluos fieri hoīes velit. ⁊ iō faciat. qꝛ oīnipotens velle inaniť nō pōt qđcunq̄ voluerit. Preceperat aūt apl's vt oraret p singulis hoīb⁹. ⁊ specialiť addiderat pro regibus ⁊ his q̄ i sublimitate sūt. q̄ putari poterāt fastu ⁊ supbia seculari a fidei xp̄iane humilitate abhorrere: proinde dicēs. Hoc eī bonū est coram saluatore nr̄o deo. i. vt etiā pro talib⁹ oretur. Statim vt desperationem tolleret addidit. Qui oīs hoīes vult saluos fieri et ad agnitionē veritatis venire. Hoc q̄ppe deus bonū iudicauit: vt orōnib⁹ humiliū dignaretur salutem prestare sublimium. Qđ vtiq̄ iā videm⁹ impletū. Isto locutionis mō ⁊ dn̄s ē vsus in euāgelio: vbi ait phariseis. Decimatis mentā ⁊ rutā ⁊ oē olus. Neq̄ eīn pharisei ⁊ quecūq̄ aliena ⁊ oīm p oēs terras alienigenaꝝ oia olera decimabant. Sicut ergo hic oē plus oē olerū genus. ita ⁊ illic oīs hoīes oīe hoīm genus intelligere possum⁹. Et quocq̄ alio mō intelligi potest dū tn̄ credere nō cogamur aliq̄d oīpotentē deū voluisse fieri: factūq̄ non esse q̄ sine vllis ambiguitatib⁹ si in celo ⁊ i terra: sicut eum veritas cātat. omnia q̄cunq̄ voluit fecit: profecto facere noluit quodcunq̄ non fecit.

¶ Cur prescius deus p̄mum hoīem peccaturum p̄destinauit bn̄facere de malo eius. y Capitulum. ciij.

QUapropť etiā p̄mū hoīem de⁹ in ea salute in q̄ conditus erat custodire voluisset eūq̄ oppoꝛtuno tpe post genitos filios sine interpositiōe mortis ad meliora pducere. vbi iā non solū pctm̄ nō cōmittere: sed nec volūtatē posset hr̄e peccādi: si ad pmanendū sine pctō: sicut fact⁹ erat ppetuā voluntatē habiturū esse prescisset. Qꝛ vero eū male vsuꝝ libero arbitrio: hoc est peccaturū esse presciebat: ad hoc poti⁹ preparauit voluntatē suā vt bn̄ ipse faceret etiam de male faciēte. ac si hoīs voluntate mala nō euacuaretur. sed nichilominus impletur oīpotētis bona.

¶ Qualē optuit p̄us hoīem fieri vel q̄lis postea futur⁹ sit. z Cap. ciiij.

SIc enim opoꝛtebat p̄us hominem fieri: vt et bene velle posset et male. nec gratis si bene. nec impune si male postea vero sic erit vt male velle nō possit nec libero iō carebit arbitrio. Multo ꝗp

ne liberius erit arbitriū qđ omnino nō poterit seruire pctō. Nec enim culpanda est voluntas. aut volūtas nō est. aut libera dicenda non est: qua bti eē sic volumus. vt esse miseri non solum nolim⁹ sed nequaq̄ prorsus velle possumus. Sicut enim nunc etiam anima nostra nolle infelicitatē: ita tunc nolle iniquitatē sēp habitura est. Sed ordo pretermittēdus non fuit. in quo deus voluit ostendere q̄ bonū sit animal rationale qđ etiā peccare possit: q̄uis sit meli⁹ qđ peccare non possit. sicut minor fuit immortalitas: sed tñ fuit in qua posset etiaȝ mori. Quis maior futura sit i qua non possit mori.

¶ De immortalitate quā perdidit homo p liberū arbitriū. ꝛ quā est accepturus p gratiā. A Capitu. cv

Illam natura humana pdidit per liberꝫ arbitriū. hāc ē acceptura p grāȝ: quā fuerat si nō peccasset acceptura p meritū q̄uis sine grā nec tūc vllū meritū eē potuisset. Qꝛ ꝛ si pctm̄ i solo erat libero arbitrio ꝯstitutū nō tñ iusticie retinēde sufficiebat liberꝫ arbitriū: nisi ꝑticipatiōe īmutabilis boni diuinū adiutoriū ꝑberet. Sicut eniȝ mori est in hoīs ꝑtāte cū velit: nemo est eniq̄ nō sei m: vt nihil aliud dicam: vt nō vescendo possit occidere: ad vitā vero tenēdam volūtas non satis est si adiutoria siue alimētoruȝ: siue quorūcūq̄ tutaminū desint. sic homo in paradiso ad se occidendū relinquendo iusticiam idone⁹ erat per voluntatē. vt autem ab eo teneret vita iusticie parū erat velle: nisi ille q̄ eum fecerat adiuuaret. Sed post illam ruinā maior est misericordia dei: qñ ꝛ ip̄m liberū arbitrium liberandum est a seruitute: cui dn̄atur cū morte peccatū. Nec omnino per seipsum ſȝ per solam dei gratiā: que in fide christi posita est liberatur. vt voluntas ip̄a sicut scriptū est: a domino preparetur. qua cetera dei munera capiant: per q̄ veniatur ad munus eternum.

¶ Qꝛ gratia dei sit vita eterna s̄m apostolum. stipendium vero peccati mors et q̄ primus homo suā potius q̄ dei faciens voluntatē: de ipso facta sit voluntas dei. B Capitulum. cvi.

Vide ꝛ ipsam vitam eternam que certa merces est operuȝ bonorū gratiā dei appellat apostol⁹. Stipendiū eīm inqt pctī mors. grā aūt dei vita eterna in christo iesu dn̄o nostro. Stipēdium pro opere militie debitum redditur: nō donat. ideo dixit. stipēdium peccati mors vt mortē peccato non immerito illatā sed debitam demonstraret. Gratia vero nisi gratis sit: gratia nō est Intelligendum est igitur etiā ipsa hoīs bona merita esse dei munera: quibus cum vita eterna redditur. quid nisi gratia pro gratia reddit? Sic ergo fact⁹ est homo rectus vt ꝛ manere in ea rectitudine posset: nō sine adiutorio diuino et suo fieri peruersus arbitrio: vtrūlibet horum elegisset: dei voluntas fieret aut etiam ab illo aut certe de illo. Porro quia suam maluit facere q̄ dei de illo facta est voluntas dei: qui ex eadem massa pditionis q̄ de illius stirpe ꝓfluxit: facit aliud vas in honoreȝ: aliud in ꝯtumeliā p iudiciū. vt nemo glriet i homine. ac per hoc nec in se.

¶ Per qualē mediatorem reconciliari oportebat genus humanum deo.

C Capitulum. cvij

Nam neq̄ per ipsum liberaremur vnum mediatorem dei ꝛ hominum hominem christuȝ iesum: nisi esset et deus. Sed cum factus est adam homo. scilicet rectus mediatore non opus erat. Cum vero genus humanū peccata longe separauerūt a deo. per mediatorē qui solus sine peccato natus est: vixit ꝛ occisus ē: reconciliari nos oportebat deo: vsq̄ ad carnis resurrectionem in vitam eternā vt ꝛ humana superbia p humilitatem dei argueretur ac sanaretur: et demonstraret hoi q̄ longe a deo recesserat. cū per incarnatum deum reuocaretur. ꝛ p hoiem deū exēplū obediētie contumaci hmōi preberet. ꝛ vnigenito suscipiente formam serui: q̄ nihil ante meruerat

fons gratie panderet: ꝛ carnis etiaꝫ resurrectio redeᷓptis ꝓmissa in ipso redēptore premōstraret. ꝛ ꝑ eandem naturam quā se decepisse letabat diabolus vinceret. nec tm̄ hō gloriaret: ne iterum supbia nasceret. et si quid aliud de tanto mediatoris sacramento a proficientibus videri ꝛ dici pōt: aut tm̄ videri ēt si dici non potest.

¶ Qualr se habeāt aie defūctoꝝ añ vltimā resurrectionē. D Ca.cviij.

Tempꝰ aūt qđ inter hoīs mortē ꝛ vltimā resurrectionē interpositū est: aīas abditis receptaculis ꝯtinet: sicut vnaq̄ꝗ digna est vl̄ requie vel erūna: ꝓ eo ꝙ sortita est in carne cū viueret.

¶ De sacrificijs ꝛ elemosynis q̄ ꝓ baptisatis defūctis offerunt E Ca.cix

Neq̄ꝫ negādū ē defūctoꝝ animas pietate suoꝝ viuētiū releuari: cū ꝓ illis sacrificium mediatoris offert: vl̄ elemosyne ī ecclia fiūt. Sꝫ eis hec ꝓsunt: q̄ cū viuerent vt hec sibi postea ꝓdesse possent meruerūt. Est quidā viuēdi modꝰ: nec tā bonꝰ vt non reqrat ista post mortē: nec tā malus vt ei nō ꝓsint ista post mortē Est vero talis in bono vt ista nō requirat: ꝛ est rursꝰ talis ī malo vt nec his valeat cū hec vita trāsierit adiuuari. Quocirca hic oē meritū cōparat quo possit post hāc vitā releuari q̄s piā vel ḡuari. Nēo aūt se speret qđ hic neglexerit: cū obierit apud deū ꝓmereri. Non igit ista q̄ pro defunctis cōmendādis frequētat ecclia: illi apostolice sunt aduersa snie qua dictum est. Omnes eī astabimus ante tribunal christi: vt referat vnusquisq̄ꝫ sm̄ ea que per corpꝰ gessit siue bonū siue malū. Quia etiaꝫ hoc meritū sibi quisq̄ꝫ cū in corpore viueret comparauit: vt ei possent ista prodesse. Non eīm omnibꝰ prosunt. Et quare non omnibꝰ ꝓsunt: nisi ꝓpter differentiam vite quā quisq̄ꝫ gessit in corpore? Cum ergo sacrificia siue altaris: siue quarūcunq̄ꝫ elemosynarum pro baptisatis defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis grāꝝ actiones sunt: ꝓ nō valde malis propiciatiōes sunt. pro valde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum: qualescunq̄ꝫ viuoꝝ consolationes sunt. quibꝰ autem prosunt: aut ad hoc prosūt vt sit plena remissio: aut certe vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.

¶ Quos fines habiture sint bonorum malorumq̄ꝫ due ciuitates post resurrectionem. F Capitulum.cx.

Post resurrectionem vero facto vniuerso cōpletoq̄ꝫ iudicio: suos fines habebūt ciuitates due. vna christi: altera diaboli. vna bonorū: altera malorum. vtraq̄ꝫ tamē ꝛ angeloꝝ ꝛ hominū. Istis volūtas: illis facultas non poterit vlla esse peccandi: vel vlla cōditio moriēdi: istis in eterna vita vere feliciterq̄ꝫ viuētibus: illis infeliciter in eterna nocte sine moriendi potestate durātibus: qm̄ vtriq̄ꝫ sine fine. sed ī beatitudine isti: alius alio prestabilius: in miseria vero illi: alius alio tolerabilius permanebunt.

¶ De his qui humana miseratione cōmoti non credunt eternas eē penas impiorum.. G. Capitu .cxi

Frustra itaq̄ꝫ nonnulli immo q̄ꝫ plurimi eternā dānatorum penā: ꝛ cruciatus sine itermissione ꝑpetuos humano miserātur affectu: atq̄ꝫ ita futuruꝫ esse nō credūt. nō quidē scripturis aduersando diuinis: sed pro suo motu dura queq̄ꝫ molliendo: ꝛ in leniorē flectendo sententiā: q̄ putāt in eis terribilius eē dicta q̄ꝫ verius. Nō eī obliuiscet inquiūt misereri deus: aut cōtinebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidē ī psalmo legitur sancto. Sed de his sine vllo scrupulo intelligitur: qui vasa misericordie nuncupant. Quia ꝛ ipsi non pro meritis suis: sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si ad hoc omnes existimāt pertinere: non ideo necesse est vt dānationem opinentur posse finiri eorum de quibus dictum est. et ibunt hi ī supplicium eternum: ne isto modo putetur habitura finem quandoq̄ꝫ felicitas etiā illorū de quibus econtrario dictū

est. Justi aūt in vitā eternaȝ. Sȝ penas dānatoꝝ certis tēporū intuallis existiment si hoc eis placet: aliquatenus mitigari. etiā sic quippe intelligi pōt manere in illis ira dei. hoc est ipa dānatio. Hec em̄ vocat ira dei: nō diuini animi pturbatio: vt in ira sua: hoc ē manente ira sua: nō tñ cōtineat miseratiōes suas: nō eterno supplicio finem dando: sȝ leuamen adhibendo vel interponendo cruciatib⁹. Qr nec psalm⁹ ait. ad finiendā irā suā: vel post iraȝ suam. sed in ira sua. Que si sola esset quanta ibi minima cogitari pōt: perire a regno dei: exulare a ciuitate dei: alienari a vita dei carere tā magna multitudine dulcedinis dei: quā abscōdit timentib⁹ se. pfecit aūt sperātibus in se: tā grādis est pena vt ei nulla possint tormenta q̄ nouimus cōparari: si illa sit eterna: ista aūt sint q̄libet multis seculis longa.

¶ Qȝ perpetua sit pena dānatorum q̄uis diuersa pro qualitate factoꝝ. sicut et iustoꝝ eterna erit btitudo, licet meritis inter se differt. D Cap. cxij.

Manebit ergo sine fine mors illa ppetua dānatoꝝ. i. alienatio a vita dei: ⁊ omib⁹ erit ipa cōis q̄libet hoīes de varietate penaꝝ: de doloꝝ releuatiōe vel intermissiōe: p suis humanis motib⁹ suspicētur: sicut manebit cōiter oīm vita eterna sctōꝝum q̄libet bonoꝝ distātia cōcorditer fulgeant.

¶ Qualiter ex confessione fidei nascat spes fideliū. ⁊ ne q̄s in seipso spem habeat. J Capi. cxiij

Ex ista fidei cōfessione q̄ breuiter symbolo ptinet. ⁊ carnalit̄ cogitata lac ē paruuloꝝ. spūalr aūt ɔsiderata atq; tractata cib⁹ ē fortiū: nascit spes bona fideliū: cui charitas sctā comitat. Sȝ de his oīb⁹ q̄ fidelit̄ sūt credēda: ea tm̄ ad spem ptinēt: q̄ in orōne dñica cōtinent. Maledict⁹ est em̄ ois: sicut diuina testant eloq̄a. q̄ spē ponit in hoīe. ac p hoc erit in semetipso q̄ spē ponit: huius maledicti vinculo innectitur. Ideo nō nisi a dño deo petere debemus q̄cq̄d speramus nos vel bñ opaturos: vel pro bonis opibus adepturos.

¶ Quō dñica oratio septē petitiones cōtineat apud euāgelistā matheum. K Capitulum. cxiiij.

Proinde apd euāgelistā matheū septē petitiōes cōtinere dñica videt orō: quaꝝ in trib⁹ eterna poscūt: i reliq̄s q̄tuor tpalia: q̄ tñ pp eterna cōsequēda sūt necessaria. Nā qd dicim⁹ sctificet nomē tuū. adueniat regnū tuū. fiat volūtas tua sicut i celo ⁊ i terra: qd nō absurde quidam intellexerūt in spū ⁊ corpore: omnino retinenda sunt sine fine. ⁊ hic inchoata quantūcunq; proficimus augent in nobis: pfecta vo: qd in alia vita sperādum est: semp possidebūtur. Quod vo dicim⁹. panē nrm q̄tidianum da nob hodie: ⁊ dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. ⁊ ne nos inferas i tēptationē: sed libera nos a malo. q̄s non videat ad presentis vite indigentiā pertinere? In illa itaq; vita eterna vbi nos sēper speramus futuros: ⁊ nois dei sctificatio: ⁊ regnū eius voluntas eius. in nro spū ⁊ corpore perfecte atq; inmortaliter permanebūt. Panis vo quotidianus iō dictus est. q: hic est necessarius q̄tus anime carniq; tribuēdus est: siue spiritualit̄ siue carnalit̄: siue vtroq; itelligatur mō. Hic est etiā quā poscimus remissio: vbi est ois cōmissio petōꝝum. Hic tēptatiōes q̄ nos ad peccādum vl' alliciunt vel ipellunt. Hic deniq; malū vn̄ cupimus liberari. Illic autem nichil est istoꝝum.

¶ De quinq; petitiōib⁹ apd lucā euāgelistā a mattheo nō discrepātib⁹. L Capitulum. cxv.

Euangelista vero lucas in oratione dñica petitiōes nō septē sȝ quinq; cōplex⁹ est. Nec ab isto vtiq; discrepauit: sȝ q̄ mō ista septe sint intelligēda: ipa sua breuitete cōmonuit. Nomē q̄ppe dei sctificat in spū dei aūt regnū i carnis resurrectiōne ventuꝝ est. Ostēdēs g lucas tertiā petitionem duarum supioꝝ esse quodā-

modo repetitionē:magis eā ꝑtermittē
do fecit intelligi. Deinde tres alias ad
iungit. de pane quotidiano. de remissio
ne peccatorum: de tēptatione vitanda.
At vero quod ille in vltimo posuit: sed
libera nos a malo: iste non posuit: vt in
telligeremꝰ ad illud superius qđ de tem=
ptatiōe dictū est pertinere. Ideo quip=
pe ait. sed libera. nō ait. ⁊ libera: tanq̄
vnā petitionem esse demōstrans. Noli
hoc: sed hoc vt sciat vnusqꝫ in eo se li=
berari a malo: qđ nō infertur ī tempta=
tionem.

¶ De excellentia charitatis sine q̄ etiā
q̄ recte credit ac sperat non pōt ad bea=
titudinē ꝑuenire. M Ca. cxvi.

Vȝ porro charitas quā dua=
bꝰ istis. i. fide ac spe maiorē
dixit apl's quāto in quocūqꝫ
maior est: tanto melior est in
quo est. Cum enim queritur
vtrū quisqꝫ sit homo bonꝰ: non queriť
q̄d credat aut speret: sȝ q̄d amet. Nam
q̄ recte amat: ꝑculdubio recte credit ⁊
sperat. Qui vero nō amat: inaniť credit:
etiā si sunt vera q̄ credit. inaniť sperat
etiam si ad verā felicitatē doceantur ꝑ
tinere q̄ sperat: nisi ⁊ hoc credat ac spe=
ret qđ sibi petēti donari possit vt amet.
Quamuis enim sperare sine amore nō
possit: fieri tm̄ potest vt id non amet: si=
ne quo ad id qđ sperat non pōt perueni
re. Tanq̄ si speret vitam eternā. Quis
nō habeat ⁊ non amet iusticiā: sine qua
nemo ad illā ꝑuenit. Ipa est aūt fides
xp̄i: quā cōmēdat aplus. q̄ per dilectio=
nem operatur: ⁊ quod in dilectione non
dum habet: petit vt accipiat. querit vt
inueniat. pulsat vt aperiatur ei. Fides
nāqꝫ impetrat quod lex impat. Nam si
ne dei dono. i. sine spūsctō ꝑ quē diffun=
diť charitas in cordibꝰ nr̄is: iubere lex
poterit: nō iuuare. ⁊ preuaricatorem in
sup facere q̄ de ignorantia se excusare
nō possit. Regnat em̄ carnalis cupidi=
tas: vbi nō est dei charitas.

¶ De quatuor differentijs hois quem
deus gr̄a sua de tenebris ignorātie ad
se vocare dignať: quibꝰ dei quoqꝫ popu
lus ordinatꝰ diciť. N Ca. cxvij.

Ed cū in altissimis ignoran
tie tenebris nlla resistēte ra
tione viuiť sȝ carnē. hec sūt
ꝑma hois. Deide cū ꝑ legē
cognitio fuerit facta pctī: si
nondū diuinꝰ adiuuat spūs: fm legē vo
lēs viuere vinciť: ⁊ sciēs peccat: pctōqꝫ
subditus seruit: a quo em̄ qs deuictꝰ est
huic ⁊ seruus addictꝰ est est. id agente
scientia mādati: vt peccatum opeť i ho
mine oēm cōcupiscentiā cumulo ꝑuari
cationis adiecto: atqꝫ ita qđ scriptū est
impleať. Lex subintrauit vt abundaret
delictum. Hec sūt scđa hois. Si aūt re=
spexerit deꝰ vt ad implenda q̄ mandat
ipse adiuuare credať. et agi homo ce=
perit dei spū: cōcupisciť aduersus carnē
fortiore robore charitatis: vt quis sit
adhuc qđ hoī repugnet ex homine: non
dum tota infirmitate sanata: ex fide tm̄
iustus viuat. iusteqꝫ viuat: inquantum
non cedit male cōcupiscētie: vincēte de=
lectatiōe iusticie. Hec sūt tertia bōe spei
hominis. In quibus si pia ꝑseuerantia
quisqꝫ ꝓficiat: postrema pars restat: q̄
post hanc vitam in requie spūs: deinde in
resurrectione etiā carnis implebiť. Ha=
rū quattuor differentiarū prima est ante
legē: scđa sub lege: tertia sub gr̄a: quar=
ta in pace plena atqꝫ perfecta. Sic est ⁊
dei populꝰ ordinatꝰ per tēporū interual=
la sicut deo placuit. q̄ in mensura et nu=
mero ⁊ pondere cūcta disponit. Nā fu=
it primitus an̄ legem. scđo sub legē: q̄ ꝑ
moysem data est. deinde sub gr̄a que re
uelata est per primū mediatoris aduē=
tū. Que q̄dē gr̄a nec antea defuit q̄bus
impertiri eam oportuit: quis pro tem=
poris dispensatiōe velata ⁊ occulta. Ne
qꝫ enī antiquorū quicūqꝫ iustorū preter
xp̄i fidē salutē potuit inuenire. Ad vero
nisi et illis cognitus fuisset: non potuiť
sed nobis ꝑ eorū ministeriū al's apertiꝰ
alias occultius prophetari.

¶ Ut in qualibȝ istarū quattuor velut
etatū gr̄a regenerationis hoīem inuene
rit: ibi remittunť ei cuncta peccata. ⁊ q̄
busdā gratiā tribuat: vt oīno sub lege
non seruiant. O
Capitulum.

IN quacunqȝ aũt ętuor istarũ velut etatũ singu-lũ quẽqȝ hoĩes grã rege-nerationis inuenerit: ibi ei remittuntur pterita vni-uersa pctã: ⁊ reatus ille nascẽdo cõtract⁹: renascẽdo dissoluitur Tãqȝ multũ valet ꝙ spũs vbi vult spi-rat: vt quidã sm̃ illã seruitutẽ sub lege eẽ nõ nouerint: sed cũ mãdato incipiãt adiutorium habere diuinum.

¶ Nõ obesse his q̃ p baptismũ iã rege-nerati sunt. ⁊ mãdati necdũ capaces sũt ⁊ sm̃ carnẽ viuũt: si mox ex hac vita di-scedãt. P Capitu. cxix

TAtqȝ possit autẽ hõ capax esse mãdati: sm̃ carnẽ viuat necesse est. sed si iã sacramen-to regenerationis imbut⁹ est: nihil ei mors oberit si tunc ex hac vita migrauerit. Q: iõ xp̃s mortu⁹ est ⁊ re-surrexit: vt ⁊ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dñetur. Nec tenebit regnum mortis eũ: ꝓ quo mortuus est ille liber in mortuis.

¶ De charitate dei ⁊ proximi: ad quam oĩa precepta referũtur. ⁊ de qualitate ei⁹ in hoc seculo ⁊ in futuro. Q Capitulum cxx.

OMnia igr̃ p̃cepta diuina re feruntur ad charitatẽ. de q̃ dt apls. Finis aũt p̃cepti ẽ cha ritas: de corde puro ⁊ cõsci entia bona: ⁊ fide nõ ficta. Oĩs itaqȝ p̃-cepti finis est charitas. i. ad charitatẽ refertur oẽ p̃ceptũ. Qd̃ v̾o ita fit vel timore pene vel aliqua intentione carnali: vt nõ referatur ad illã charitatẽ quã diffun dit spũsſctũs in cordib⁹ nr̃is: nõdum fit quẽadmodũ fieri opȝ: q̃uis fieri videatur Charitas quippe ista dei est et proximi Et vtiqȝ in his duobus preceptis tota lex pendet ⁊ prophete. Adde euangeliũ ⁊ apostolos. Non enim aliũde vox ista est. Finis precepti est charitas: ⁊ deus charitas est. Quecunqȝ ergo mandat deus: ex quib⁹ vnũ est. nõ mechaberis: ⁊ quecunqȝ non iubentur: sed speciali con sil'io monẽtur: ex quib⁹ vnũ est. bonum est homini mulierem nõ tangere: tũc re cte fiunt cũ referũtur ad diligendũ deũ. et proximum propter deum: ⁊ in hoc se-culo ⁊ in futuro: nunc deum per fidem: tũc per speciẽ: ⁊ ipsum ꝓximũ nunc p fi-dem. nõ eñi scim⁹ mortales corda mor-taliũ. tũc aũt illuminabit dñs abscõdi-ta tenebrarũ: ⁊ manifestabit cogitatio-nes cordis. Et tunc laus erit vnicuiqȝ a deo. q: id laudabitur ⁊ diligetur a proxi-mo in proximo: quod ne lateat ab ipso illuminabitur deo. Minuitur autem cu-piditas charitate crescẽte: donec veniat hic ad tantã magnitudinẽ qua maior esse non possit. Maiorem aũt charita-tem nemo habet: ꝙ vt aĩam suã ponat pro amicis suis. Ibi autem quis expli-cet quãta charitas erit: vbi cupiditas quã vel coercẽdo superet: nulla erit: ꝙ summa sanitas erit. qñ contentio mor-tis nulla erit.

¶ De fine voluminis vtrũ eum enchiri-dion appellare vel habere debeas ⁊ ꝙ de fide spe ⁊ charitate sit scriptus.
R Capitulum cxxi.

SEd sit aliquãdo huius volu-minis finis: qd̃ ipse videris vtrũ enchiridion vel appella re debeas vel habere. Ego tñ cũ spernanda tua in xp̃o iesu studia nõ putarem: bona de te credens: in adiuto rio nostri redemptoris confidẽs ac spe-rans. teqȝ in eius membris plurimum diligens: librum ad te sicut valui vtin̄ sĩ tam cõmodum ꝙ prolixũ: de fide spe ⁊ charitate conscripsi. Amen.

Finis libri enchiri dion sancti Augusti-ni ad Laurentium.

¶ Diui Augustini Hipponensis episcopi de triplici habitaculo libellus feliciter incipit. T

Ria sūt oīpotētis dei manu facta hītacula. Pmū: imū ⁊ mediū: q̄ꝝ sūmū regnū dī vl' r̄gnū celoꝝ dr. imum vocat̄ ifernus: mediū mūdus pn̄s: vl' orb terraꝝ appellat̄. Quoꝝ extrema oīa sibiīn uicē sūt 9ria: ⁊ nulla sibi societate 9iuncta. Que ei societas p̄t eē lucis ad tenebras: ⁊ xp̄i ad belial. Mediū aūt non nullā hꝫ silitudinē ad extrema. Vn̄ lucē ⁊ tenebras hꝫ. frig⁹ ⁊ calorē. dolorē ⁊ sanitatē. leticiā ⁊ merorē. odiū ⁊ amorē: bonos ⁊ malos. iustos ⁊ iniustos. dn̄os ⁊ suos. regnū ⁊ subiectionē. famē ⁊ sacietatē. mortē ⁊ vitā: ⁊ innumera hmōi. Quoꝝ oim pars vna imaginē hꝫ regni dei: ps altera iferni. Cōmixtio nāq; sit bonoꝝ ⁊ maloꝝ in hoc mūdo est. In regno aūt dei nulli mali sūt ſ; oēs bōi. At in iferno nulli boni ſ; oēs mali. Et vterq; loc⁹ ex medio supplet̄. Hoim em̄ hui⁹ mūdi alii eleuātur ad celū. alij trahunt̄ ad infernū. Similes q̄ppe silib⁹ iūgunt̄. i. boni bonis: ⁊ mali malis. Iusti hoies iustis āgelis: ⁊ trāsgressores hoies trāsgressorib⁹ angelis. Serui dei deo. serui diaboli diabolo. Bn̄dicti vocant̄ ad regnū sibi paratū ab origine mūdi. Maledicti expellunt̄ in ignē eternū: q̄ paratus ē diabolo ⁊ āgelis ei⁹. Bona aūt regni celestis dicē: vl' cogitare: vl' itelligē vt sūt null⁹ p̄t carne vestit⁹. A Mlto ei maiora ⁊ meliora sūt q̄ꝫ cogitant̄ ⁊ intelligūtur. dū scriptū est. Q̄ ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit: nec i cor hois ascēdit q̄ prepauit de⁹ diligētib⁹ se. Regnū nāq; dei oī fama mai⁹: ⁊ oī laude meli⁹: oī sciētia inumerabilius. oī gl'ia q̄ putat̄ excellēti⁹. Mala aūt inferni dicere vel cogitare vt sūt: nemo pōt. Peiora quippe sūt valde q̄ꝫ cogitant̄. Regnū itaq; dei plenū est lucis ⁊ pacis et charitatis ⁊ sapiētie ⁊ glorie ⁊ honestatis ⁊ dulcedinis ⁊ melodie ⁊ leticie ⁊ beatitudinis perennis: ⁊ oīs boni ineffabilis: qđ nec dici nec cogitari pōt. At lacus inferni plen⁹ est tenebraꝝ discordie: odij: stulticie: miserie: turpitudis amaritudinis: offensionis: doloris: adustiōis: sitis: famis: ignis inextinguibilis: tristicie: vindicte perennis: ⁊ omnis ineffabilis mali: quod nec dici nec cogitari potest. Ciues celi sunt iusti homines: ⁊ angeli. quorum rex est deus omnipotens. At cōtra. Ciues inferni sunt ipij hoies ⁊ demones: quoꝝ princeps est diabol⁹. Satiat iustos visio sanctorum hominū ⁊ angelorum: ⁊ super omnia ipsius dei. X Cruciat impios ⁊ pctōres visio hoim dānatoꝝ ⁊ demonū: ⁊ super oīa ipsius diaboli. Nihil in regno dei desiderat̄ qđ nō inueniat̄ at in inferno nihil iuenit̄ qđ desiderat̄. In regno dei nihil inuenitur nisi quod placet ⁊ delectat ⁊ satiat. At contra in lacu miserie perennis nihil videt̄: nihilq; sentitur nisi qđ displicet: nisi qđ offendit: nisi quod cruciat. In regno eterno erit vita sine morte. veritas sine errore. felicitas sine pturbatione. Omne bonum in regno dei abūdat ⁊ nullū malum. Oē malū abundat in carcere diaboli: ⁊ nullū bonum. Nullus indign⁹ in regno suscipitur dei. Nullus vo dign⁹ null⁹ iust⁹ ad infernuꝫ trahit̄. Principalia duo sunt tormenta in inferno: frigus intolerabile: ⁊ calor ignis inextinguibilis. Vn̄ in euangelio legit̄. Illic erit flet⁹ ⁊ stridor dentiū. Fletus nāq; ⁊ liquefactio oculoꝝ ex calore nascit̄. Stridor vo dētiuꝫ ex frigore nascit̄. Hinc etiam btūs Iob: de aq̄s inq̄t niuiū transibūt ad calorē nimiū. De q̄bus duobus innumera pendēt penarū genera. videlicet sitis intolerabilis: pena famis. pena fetoris. pena horroris pena timoris. pena angustie. pena tenebraꝝ. seueritas tortoꝝ. presentia demonū. ferocitas bestiarum. crudelitas ministrātiū. dilaceratio imortaliū vermiū ꝯmis 9sciētie. ignite lachryme. suspiria. miserie: dolor sine remedio. vincula sine solutione. mors eterna. pena sine

sine

fine. absentia xpi quo ad visionē eius: q̄ sola oia supradicta supat: ⁊ omibus penis intolerabilior. Ve igit illis q̄ perēne subire hec omia mala etiā sine fine merent p delectabili vniꝰ hore somnio
sior q̄ vt a me valeat perscrutari. et idq̄d hoꝝ duoꝝ sit. an vo fortassis vtrūqꝫ sit vt aliqñ ista fiant p ipsam presentiā martyꝝ: aliqñ p angelos suscipientes personā martyrum: diffinire non audeo: mallem a sciētibus ista pquirere. Neqꝫ eñ nemo est qui hec sciat. non q̄ scire videat̄ ⁊ nesciat. dona eñ dei sunt his alia ⁊ illis alia largientis: ſm apostolū qui dicit. vnicuiqꝫ dari manifestationem spūs ad vtilitatē. Alij quidem inq̄t datur p spiritū ſmo sapie: alij sermo sciētie ſm eūdem spiritū: alteri aūt fides i eodē spiritu. Alteri gr̄a curationū in vno spū. alij opationes virtutum alij pphetie. alij diiudicatio spirituū. alij genera linguarū. alij interpretatio sermonū. Oia aūt hec operat̄ vnus atqꝫ idē spūs: diuidens propria vnicuiqꝫ put vult. Hoꝝ oīm spiritaliū donorum q̄ cōmemorauit aplus: cui data est diiudicatio spirituum. ipse scit ista sicut sciēda sunt. R Talem fuisse credendum est ioānē monachū: quem de belli ciuilis euentu maior theodosius cōsuluit impator. Habebat q̄ppe etiam prophetiā. Neqꝫ eñ singulos singula munerū istoꝝ: sed etiā plura vnū habere posse non ambigo. Joannes ḡ iste cuidā mulieri religiosissime impatienter eū videre cupienti: atqꝫ vt hoc impetraret p maritū suū vehementer instāti: cū ille nollet: qm̄ id nunq̄ pmiserat feminis vade inq̄t dic vxori tue. Uidebit me nocte prima: sed in somnis. Et factum est Monuitqꝫ illā quicq̄d fidelē cōiugatā moneri oportebat. Que cum euigilasset talē se vidisse hoīem dei viro suo q̄lē ille eū nouerat: et q̄d ab illo audierat indicauit. Qui hoc ab eis comperit retulit mihi. vir grauis ⁊ nobilis dignissim⁹ credi. sed si illum sanctum monachum ipse vidissem. quia sicut fertur patiētissime interrogabat: ⁊ sapientissime rn̄debat: quesissem ab eo q̄d ad istam pertinet questionē. vtrū ipse ad illam feminā venisset in somnis. i. spūs eius in effigie corporis sui: sicut nosipsi in effigie corporis nostri somniamus: an ipso aliud agente: vel si dormiebat aliud somniante: siue per angelum siue quocūqꝫ alio modo in mulieris somniū talis facta sit visio: atqꝫ id futurū vt ipse pmitteret pphetie spū releuante presciuerit Si eñ ipse interfuerit somnianti: mirabili gr̄a vtiqꝫ id potuit nō natura ⁊ dei munere non propria facultate. Si autē ipso aliud agente siue dormiente ⁊ visis alijs occupato eū mulier vidit in sōnis: pfecto tale aliquid factum est q̄le illud est q̄d i actib⁹ aploꝝ legimus. vbi dn̄s iesus loq̄tur ananie de saulo: ⁊ indicat ei qꝫ saulus vidit ad se venientem ananiā: cum hoc ananias ipse nesciret. Quodlibet hoꝝ mihi responderet ille hō dei: ⁊ de martyrib⁹ ab illo pquererē querere: vtrum ipsi assint in somnis vel quocūqꝫ alio modo videtibus eos in q̄ figura voluerint. ⁊ maxime qñ ab eis se torqueri demones in hoībus confitētur. ⁊ rogant oēs vt parcāt sibi. An ista fiāt dei nutu per angelicas ptātes ꝛ honorem cōmendationēqꝫ sanctoꝝ: ad vtilitatē hoīm: illis in summa quiete positis: ⁊ ad alia lōge meliora visa vacantibus seorsum a nobis: orātibusqꝫ pro nobis. Nā mediolani apud sanctos Prothasiū et Seruasiū martyres expresso noīe sicut defunctorum q̄s eodem mō cōmemorabāt adhuc viuūt demones epm cōfitebant̄ Ambrosiū: atqꝫ vt sibi parceret obsecrabāt illo aliud agente atqꝫ hoc cū agerer̄ oīno nesciente. An forte aliq̄d p ipsam presentiā martyꝝ fiant ista: aliqñ per angeloꝝ: ⁊ vtrū possint vel q̄b⁹ signis possint a nobis duo ista discerni: an ea sētire ac iudicare nō valeat: nisi qui habeat illud donū per dei spiritum diuidentē ppria put vult vnicuiqꝫ. Dissereret mihi vt arbitror hec oīa sicut vellem ipse Joānes vt aut eo docente discerem: ⁊ ea q̄ audirem vera ⁊ certa eē cognoscerem: aut ego crederem q̄ nescirem: illo docente que sciret. Qꝫ si mihi forsitan de sancta scriptura responderet ac diceret. altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scrutaueris: sed q̄ precepit tibi dn̄s illa cogita semper: id etiam gratanter acciperem. Nō eñ paruus est fruct⁹: si aliqua ob-

scura ꝛ icerta q̄ ꝯp̄hendere nō valem⁹: clarꝫ saltē certūq; sit nob̄ nō eē q̄rēda. et qd̄ vnusq̄sq; vult discere: putās ꝓdesse si sciat: discat nō obesse si nesciat. que cū ita sint: nō existimem⁹ ad mortuos pro q̄bus curā gerimus ꝑuenire. nisi q̄ pro eis siue altaris siue orōnū: siue elemosynarꝫ sacrificijs solēnit̄ supplicamus q̄uis nō ꝓ q̄b⁹ fiūt oibus ꝓsint: sꝫ his tm̄ q̄bus dū viuūt ꝯpant̄ vt ꝓsint. ꝟ Sꝫ qr nō discernim⁹ q̄ sint: opꝫ ea ꝓ regn̄atis oib⁹ facere: vt null⁹ eorū preter mittat̄ ad q̄s hec bn̄ficia possint ꝛ debeant ꝑuenire. Meli⁹ eni superūt ista eis q̄b⁹ nec obsūt nec ꝓsunt: q̄ eis deerunt q̄b⁹ ꝓsunt. Diligēti⁹ tm̄ facit hec q̄sq; ꝓ necessarijs suis q̄ ꝓ illo fiat simul̄r a suis. Corpori aūt hūano q̄cq̄d ipendit̄ nō est p̄sidiū salutis: sꝫ hūanitatis officiuꝫ s̄m affectū: q̄ nemo vnq̄ carnem suam odio hꝫ. Vn̄ opꝫ vt quā pōt ꝓ carne ꝓximi curā gerat: cū ille recesserit q̄ regebat. Et si hec faciūt q̄ carnis resurrectionē nō credūt: q̄to magis debēt facere q̄ credūt: vt corpori mortuo sꝫ tm̄ resurrecturo ꝛ i etn̄itate mānsuro ipensū eiusmōi officiū: sit etiā q̄dāmodo eiusdē fidei testimoniū. Qꝫ vo q̄sq; apud mēoriā martyrū sepelit̄. hoc tantū mihi videt̄ ꝓdesse defūcto: vt ꝯmendās eū etiā martyꝝ p̄rocinio. affect⁹ ꝓ illo supplicatōis augeat̄. Habes ad ea q̄ a me putasti eē q̄renda: q̄lē potui reddere r̄nsionē meā: q̄ si vltra q̄ sat est ꝓlixa est: da veniā. id ei factū est amore diutius loquēdi tecū. Hūc ḡ librū q̄madmodū acceꝑit venerabilis dilectio tua: peto rescriptis tuis noueri: quē tibi ꝑlator ei⁹ faciet sine dubio gratiorē. frater. s. ꝛ cōpresbyter nr̄ cādidian⁹: quē ꝑ tuas l̄ras cognitū toto corde suscepi: inuitusq; dimisi. Multū ei nos i charitate xp̄i sua p̄ntia ꝯsolat⁹ est: ꝛ qd̄ fatēdū est ei⁹ instantia tibi parui. Nam cor meum tanta distendunt: vt nisi ipso assidue commonēte nō sineret obliuisci: ꝑfecto iter rogationi tue mea r̄nsio defuisset.

¶ Explicit Augustinus de cura ꝓ mortuis agenda.

Beatissimi aurelii

Augustini de vera ꝛ falsa penitētia ad xp̄i deuotam.

¶ Prefatio. R Capi. primum

Quantuꝫ sit appetenda gr̄a penitentiͤe oīs auctoritas declarat: oīs bonorꝫ vita conat̄ ꝯsidere. lāguores ei sanat: leprosos curat: mortuos suscitat: vitia fugat: virtutes exornat: mētē munit ꝛ roborat: oīa satiat: oīa reitegrat: oīa letificat: s̄aitatē auget quā ꝯs̄uat. Claudis gressuꝫ: aridis copiā: cecis restituit visū. Tēperat successi⁹: ꝯstrigit impet⁹: moderat̄ excess⁹. Ignorās se ꝑ hāc recognoscit: q̄rēs se ꝑ hāc iuenit. Hec ē q̄ hoies ad āgelos ducit: ꝛ creaturā reddit creatori. Ista ouē ꝑditā mōstrauit q̄rēti: ꝛ decimā drachmā obtulit āxiāti. Hec dissipatorē filiuꝫ ad p̄rem reduxit: ꝛ vulneratū a latronib⁹ custodi curādū reseruauit. In hac oē bonū iuenit̄: ꝑ hāc oē bonū reseruat̄. fugat tenebras: iducit lucē: excoq̄t oīa: ipsa ignis ꝯsumēs. Hec oīa ꝓuida virago sēsisti: q̄ hoc tm̄ bonū dilexisti. Vix ei diligit̄ qd̄ oīno ignorat̄. Sup̄ hoc bonū inixa fortis eē poteris ad oīa bōa. Ita q; volūtatē tuā quam sup̄ hoc bono cognoui libent̄ adiuuo: ꝛ suauē laborē vt rogasti: sup̄ hac re desiderant̄ suscipio: sperās dei adiutoriū i tuo merito. Scio ei itētionē tuā nūq̄ frustrādā: sꝫ i oib⁹ q̄ desiderat ditādā. Nā cū esses diues paupere te ꝓ xp̄o reddidisti ꝛ in aīa diues eris sc̄ti ꝯmercij. Vn̄ felix ego si q̄d auxilij ad veras tuas diuitias adhibē potero. Tue itaq; trado dilectiōi q̄cq̄d de pnia sētio: auctoritate patrū ꝛ illustratiōe sc̄tis sp̄ūs. Nec mō hui⁹ tp̄is tm̄ ipugnam⁹ errores: sꝫ ēt de ipugnatis ꝑ copiā rōnū conamur tibi addere dulcedinē suauitatis: vt itegritas tue mētis: q̄ d̄o donāte ōēs repulit falsitates sup̄ fu

gatis ratiocinando letetur.

¶ Qualiter fides est pnie fundamentum ꝛ ꝙ p laborē ꝛ dolorē acqrit donū idulgentie. Capitulū.ij.

SI fides fundamentū est pnie pctī quam nihil est qd bonū fit: appetēda est pnia quā cōstat in fide eē fūdatā. Nō eī pōt arbor bona fructus malos facere. Pnia itaq̃ q̄ ex fide nō ꝓcedit vtilis nō est. Op3 aūt credi remediū pnie a saluatore ꝯcedi. Si enī ois pnia sterilesz peccatorib⁹: neq̃ ad pniam reuocarēt xpi iniectores: quā p̄dicauit dn̄s mitis et mansuetus: ꝛ eius p̄cursor. dixit enī. fructus facite dignos pnie: ofidens pniam nō sterilē: sed digne fructificare. Qui eī maluit miam q̄ sacrificiū: non expectabat mortē pctōris: sed vt ꝯuersus viueret. Quis aūt cōuiti pōt vt viuat: nisi q̄ erat in regiōe lōgiqua? In iniqtatibus se meminit cōceptū dauid: ꝛ in delictis a matre sua genitū: cui dn̄s testimoniū ꝑhibet. Inueni hoīm sm cor meū. Hic idem a domino laudatus p̄sumēs de dn̄o dicit. Propici⁹ eris pctō meo: multū est enī. Non q: mltū erat: sed q: id dauid multū reputabat. Sicut q̄ iā inde satur erat ꝛ fastidiosus. Nō enī laborat exonerari pctō cui non videt nimium. Quō ḡ multū videret si adhuc in illo delectaret? Quō rogaret perdere: nisi doleret hr̄e? Si eī non doleret hr̄e. gauderet cōmisisse. ¶ Scimus quō deleuit dn̄s pctm̄ dauid: aut q: dolebat peccasse: aut q: gemebat: ꝛ stratū suum lachrimis rigabat: ꝛ tāq̄ panē cinerē mādūcabat. Si aūt gauderet: nō magnum sed paruū pctm̄ suū diceret. Fallunt itaq̄ q̄ obiicientes pniam aplo: et eum irridentes dicūt ꝯ eū. Peccauim⁹ vt gr̄a abūdet. Dicebat enī. Cōuertimini ī pniam: spate de venia: etiā si maria sit iniqtas: q: vbi abundauit pctm̄: superabundabit ibi ꝛ gr̄a. Nullū pctm̄ pōt remanere añ pniam. Predicat enī conuerti. Sed vñ se ꝯuerteret aliqs: cui p̄or status placeret? Qui itaq̄ cōuertit: necessario dolet hr̄e qd gaudet pdere. Penitentia itaq̄ acqrit idulgētiā sine qua nemo puenit ad veniā. Si enim sine ea aia saluaret: non diceret: peccasti: qesce. Cur enim quesceret nisi q: malum est si peccaret? Quō diligi ꝛ odio hēri potest quod retentum dānat ꝛ fugatū saluat? Qui ergo nunc quiescit dolere oportet ꝙ non prius quieuit. Sicq̄ saluatur quia dolet: sicq̄ liberatur q: penitet. Ex dolore enim dicit: peccaui: qd faciam tibi. quasi dicat: adeo doleo peccasse qd michi tam graue est ꝙ non velim ꝯtra me te non vindicare. Quero enim in me qd supplicij possit excogitare qd tibi possit sufficere. Nichil michi graue si me a peccato pōt liberare. Relinquit ergo penitere volentibus veniam inuenire.

¶ Contra eos qui dicunt non valere penitentiam: nisi vsq̄ ad baptismū: postea nō. mlt̄isq̄ ꝓbat exēplis. etiā lapsis p⁹ baptismū pniam ꝓficere ad salutē. Capitulum. iij.

SUnt autem q̄ credunt vsq̄ ad baptismum pniam proficere. namq̄ syr⁹ erat naamā: q̄ p aquā pdidit leprā: sed postea peccantib⁹ cassā ꝑseuerare. Gaudēt enī singularitate arrogantes ex hoc ꝙ non habent: iactantes se mundos esse: vtpote quasi nichil post baptismum cōmiserint vñ iure dolere possint. Hij sinistre oia intelligētes vires ex sanctorū auctoritate sumētes: ꝛ sequentes patrem mendacij: mēdaciter exponūt qd ꝯcordat veritati. Legāt in aplo qd intelligere nolūt. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt ꝛ gustauerunt donum celeste ꝛ participes effecti sunt gr̄ia spūsancti: ꝛ gustauerunt bonum verbū dei: virtutesq̄ seculi futuri itum renouari p pniam. rursum crucifigētes filiū dei: ꝛ ostētui hn̄tes. Sed si supbia eos non excecasset: viderent aplm non ita esse destructorē sui laboris atq̄ sui gaudij. Quos eī per eplas corrext nisi qui post baptismū ceciderāt: ꝛ ī peccato ꝑseuerabāt? Gentiles enī visitabat corporali p̄sentia: rōnibus ꝛ miraculis eos confutans. Quō scriberet infidelibus ipsis eidem multiplicit ꝯdicētib⁹? hunc lapidabant: virgis cedebāt: ꝛ eis

scriberet vt se corrigerent. Cur autem correctiones infidelibus indiceret: si de eorum salute desperaret? Quod scriberet q̄ scienter & necessario nichil omnino p̄ficeret? Si nō possent renouari p pniam cur predicaret eam? Preterea corrithum reuocat post baptismū peccantem: & fornicationem gentium superantes. Quō reciperet penitentem: si sic contra suum p̄dicaret preceptū? Sed de baptismo hoc intellexit. Dixit enim eos renouari p pētentiam īpossibile esse vt rursum crucifigant filium dei: & ostētui habeāt. i. vt iterū baptizent. B Qui enim baptizat: mortem crucis & sepulturam xp̄i representat in imersione sua. In signo enim crucis quisq̄ in aqua submergitur & submersus sepultus ostenditur. Non enim qui lapsi sunt per iteratū baptismum consequi veniā poterit. Sicut enim semel xp̄s crucifixus est: sic baptismus iterandus non est. Una enim morte suos oēs redemit: vt ampli⁹ mori nō oporteat. Quō vidēs ecclia intellexit nō iterandum baptismum. Per fructus itaq̄ penitētie: baptizatis adhibet spes venie. Nā filius qui recesserat a patre in regionē longinquā: susceptus est a pr̄e p penitentiam. Dixit enim patri cōfitens Jam non sum dignus vocari filius tu⁹ Non enī ista a te didici ista apud te reperi. Hunc suscepit pr̄familias & stola & anulo induit eum. Stola induit eū: q2 in eo integritatem charitatis restaurauit atq̄ anulū in manu posuit q2 ex fide eius fecit opari. p spūsancti dona cum subarrauit: & etiam calciamenta pedū reddidit: q2 eccliam eius predicatiōe ditauit. In cuius conuiuio occisus est vitulus saginatus: q2 in quo habitat omis plenitudo diuinitatis corporaliter illi factus est cibus. p hoc ostēdens etiā sacramēta dn̄ici corporis per pniam & cōfessionē reddi pctōrib⁹ baptizatis. S Si enim aliter esset petrus post dn̄i ascēsionē caput ecclie nō psuasisset symoni in emptiōe spūsācti spē habēti: vt pniam sumeret inde: cui pecuniā dicauerat in maledictionē. Ille quoq̄ qui incidit in latrones: ab hierusalē descendebat: nō in egyptum ad tenebras. nō ad idumeos sanguineos & puluere aspersos: sed ad hierico. qui incidit in latrones nō habitauerat cum eis. Sed licet inciderit qui prius latro non erat: non est relictus a samaritano: sed adiutus & cura refectus. Quōd nō fuisset si solū nō baptizatis spē reliquisset. Amicus vocatus est lazarus & postea resuscitat⁹ est fetidus & quatriduanus a mortuis: ostēdens q̄tū cūq̄ peccet hō: etiā postq̄ fuerit amic⁹ dei: viuere poterit eius spūs. Sed valido dei clamore & multorū fletu foras a pctō vocabit. prius tollet lapis desup ab ipso: q2 cordis duricia p̄iicietur ex aīo: quā tollent intercessores & p̄dicatores labore suo. Filiā abrahe qua alligauerat sathanas: soluit dn̄s reclamātibus iudeis: hec erat filia & ligata & soluta in sabbato.

¶ Contra eos qui dicūt non valere penitentiam lapsis post baptismum: & q̄liter intelligendum sit peccatum in spiritum & ad mortē. C Capitulū. iiij.

Adhuc sunt qui reclamant nō esse remissiones peccatorum baptisatis p pniam dicentes pctm̄ in p̄rem & filiū remitti: in spm̄ sctm̄ omnino nō ignosci: putātes pctā i patrē & filiū esse infideliū: & hr̄e remissionē p baptismū. Isti peccāt absq̄ spū quē non acceperit. Illi aūt in spiritū sanctū peccāt quē acceperit p baptismū: qui eius dona non retinent: et dyaboli venena eligunt. Istos intelligūt nec hic nec in futuro miām consequi posse. Sed iste itellectus magis est erroris q̄ fidei sancte. Si enī p solū baptismū quod iterandū nō est: fit pctōrū remissio: cur adderet dn̄s: neq̄ in futuro? Constat autē q̄dam in futuro remitti vbi non est opatio baptismi. In futuro autem nemo baptizabit. Sicq̄ falsa est interpretatio que remissionem cōcedit soli baptismo Non itaq̄ soli infideles peccant in patrem & filium: sed quicunq̄ peccata cōmittunt. Sed soli peccant in spm̄ sctm̄ q̄ impenitētes existūt vsq̄ ad mortem. Spūs enim sanctus charitas est deitatis. amorē genitoris & genite veritatis. q̄

fuā gratiā nobis tribuit suꝑius arrā. Qui igit peccat: et gratiā suā recupare non amat. et nūq̄ curat ab eo diligi qui totus ē amor et charitas: nec ad eū tendit vn̄ sumpsit arram. in spūmsctūm peccat: et nunq̄ post mortē sicut nec viuens ꝯsequtur veniā. Sicq̄ null⁹ peccat in spūsctm̄ qui fugit ad ipm̄. ¶ Si quis lectiōis seriē ⁊ vbi hoc legit: ⁊ vbi cām cogitauerit: ⁊ si alit intelligat sinistre interpretātib⁹ non cōcordat. Dicebant enī iudei. In beelzebub eijcit demonia: opus spūscti attribuentes diabolice ptāti. Dixit ḡ. Sūt pctā q̄ quoq̄mō sunt fereda: sūt blasphemie consecuture miam. Sed blasphemare in spūm sctūm vt incepistis ducet vos ad mortē Vñ postea dixit. Non pōt arbor mala fructus bonos facere. Quasi dicat. Cōuenit vite vestre de spū talia dicere. Arbor bona non pōt fruct⁹ malos facere: Cōsiliū ē. Conuertimini in arborē bonam transite. nec iā poteritis de spūsctō talia sentire. Obijciunt aliud dictū iohānis. Est aūt pctm̄ non ad mortē ꝓ q̄ oret qs. Est aliud ad mortē ꝓ quo non oret qs. Quasi ꝓ pctis añ baptismum est orandū: pro alijs nō. Falluntur q̄ sic intelligūt. Contrari⁹ nō est sibi ipsi q̄ penitentiā ad monet ecclie pgami. Sȝ sūt quedā pctā venialia que orone dñica q̄tidie soluūtur: cum dr Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitorib⁹ nr̄is Et hec vt idē ait nō sūt ad mortē. Alia vero q̄ sunt ad mortē non sic: sed p fructus pnie soluunt. Qui petrū lachrymantē suscepit: remessionem non negauit baptizatis. Iam enī audierat: tibi dabo claues regni celoꝝ. Qui licet postea dñm negauerit: ⁊ a se amicos xp̄i excōicauerit: p pniam et amaros fletus veniā recupauit. Egrū se dn̄s dicit respiciens ad membra sibi vnita. Qui xp̄i mēbra sūt per baptismi sacramenta deo vniti sunt. In quib⁹ se egrū cū cōmemorat: nō ab hoibus pctā committi negat: q̄ quotidie per penitētiam destruit.

¶ Contra eos q̄ dicunt semel tm̄ ⁊ non amplius deū pctā dimittere lapsis post baptismū. Sed econtra totiēs apparet diuina miseratio quotiens fit a penitente confessio. ✠ Capitulum. v.

Adhuc instāt pfidi q̄ sapiūt plus q̄ oporteat. non sobriū sed excedentes mensurā. Dicūt enim. ⁊ si semel peccantibus post baptismū valeat pnia: nō tm̄ sepe peccātibus ꝓderit iterata. alioquī pnia ad pctm̄ esset incitatio. dicūt enim Quis nō semper peccaret si redire semper posset? Dicūt enī dñm incitatorem mali si semper penitētibus subuenit: et etiā ei placere pctā quibus semp presto est grā. Errāt aūt immo constat ei pctā multū displicere: qui semp presto est ea destruere. Si enim ea amaret: nō ita sēper destrueret sed conseruaret: atq̄ vt sua munera foueret. Semp destruit peccata que inuenit: ne soluat qd̄ creauit: ne corrūpat qd̄ amauit. Sumunt occasionem hypocrite isti ex factis dñi. Quem enim celū bis illuminauit? quē leprosuȝ bis mundauit? quē mortuuȝ bis suscitauit? Non lazaꝝ quē prius dilexit. non filium vidue quē mistus matri reddidit Non filiū dissipatorē legit bis suscepisse. non filiā abrae bis a demonio liberasse. In nulla ꝑsona itauit factum docens vt aiunt non sepe a domio fieri remedium. Dixit mulieri. Vade ⁊ amplius noli peccare. ne deteius aliquid tibi ꝯtigat ꝓmittēs penā. nō amplius veniā. Qui aūt multos cecos ⁊ diuerso tp̄e illuminauit: ⁊ multos debiles confortauit: ostēdit in diuersis, illis eidem sepe peccata dimitti: vt quem prius sanauit leprosū: alio tp̄e illuminauit cecum. Ideo enim tot saluabit febricantes: sepe lāguidos. sepe claudos cecos ⁊ aridos. ne desperꝫ sepe peccans. Ideo non scribit aliq̄s nisi semel sanatus: vt timeat q̄sq̄ iūgi peccato. Videmus adhuc quotidie ī ecclia sepe febricitantes. sepe languidos: sepe passiōib⁹ captos: sepe liberari: vt appareat totiens opus miserātis: quotiens confessio fit penitentis. Quomodo enī corpus quod vilius est et ab ipso dissimilius sepe sanaret: ⁊ animam dignio=

rem ⁊ redemptam nō totiens liberaret Medicū se vocat: et non suis sed male habentibus opportunum. ✠ Sed qualis hic medicus q̄ malū iteratū ne sciret curare? Medicoꝝ eni est centies infirmū visitare: cētics curare. Qui ceteris minor esset si aliis possibilia ignoraret. Memor est sui q̄ promisit. Nolo mortem pctōris: sed vt conuertat̄ et viuat. Quē eni peccatorem excludit? Et q̄ omib⁹ ꝓmisit indulgētiā: aliis ꝓmissionibus declarat. Qui me confessus fuerit corā hominibus: id est omnis quātūcunqꝫ et quotiensc̄ūqꝫ peccator cuiuscunqꝫ ordinis: etiā si fuerit sacerdos: cōfitebor ⁊ ego eū corā p̄re meo. Nā qui inuocauerit nomē dn̄i. id est ſm q̄ nominat̄ dn̄s: id est q̄ vocauerit eū ad se seruiendo: nō cōtradicendo: vt forsitan sepe fecit: ois. i. quicūqꝫ sit ille peccator saluus erit. Oēm eni animā iste ꝓmissor saturauit bonis: etiā sedentes in tenebris et vmbra mortis: nullam excipiens aiam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille q̄ corinthios p̄ eplas suas voluit corrigere: ⁊ vt ip̄e testatur ter in lr̄is suis eos correxit. Oportebat eni vt quotiens videret cadere: totiens iuuaret eos surgere. Memor eniꝫ erat illius qui dixerat. quorum remiseritis pctā remittunt̄ eis. Scim⁹ autem ⁊ primos patres: et in omi t̄pe etiam ecclīaꝫ dei sup̄ vsqꝫ in septuagiesseptics: qđ est semp: pctā dimittere. Quā potestatem isti ab ecclīa dei conātur auferre. Opꝫ enim sic ecclesiam credere q̄ confitetur sepe peccare. Negat enim veritatem in esse qui se absqꝫ pctō audet iactare. In multis eni offendimus omnes: nec infans vnius diei abs ꝑpctō super terram esse potest. Quapropter eliminandus est ab ecclīa iste error qui vnq̄ penitentibus negat indulgentiam. Non eni inquerit q̄d apl̄s senserit qui dixit. Nihil mihi conscius sū. sed non in hoc iustificatus sum. Sentiēs enim ⁊ iustis pctā solere cōtingere: non se cōfirmabat absqꝫ peccato: q̄ se nouit indissolubili vinclo charitatis christo coniunctum. Nisi eni sciret iustos sepe venire ad veniā q̄modo dubitaret se peccare. qui se sciebat spūm dei habere: ⁊ intentione mundissima ei seruire? ʒ Cur eni dn̄s petri pedes lauisset: ⁊ ecclīam hoc idē docuisset: nisi q: quotidiana est offensio: oportet vt quotidiana sit remissio? Cur docuisset ipse dn̄s orantes dicere. dimitte nobis debita nostra. nisi ipse misericors pseuerat: qui nos ab hac petione non vult deficere? Nullus itaqꝫ tantum vnq̄ posset peccare q̄ penitens delit desperare. Quid enim aliud est desperare q̄ deum sibi cōparare? Nā q̄ de deo non presumit veniā: nō aiaduertit plus pctō suo dei posse clemētiam. Si enim sentiret deū magis bonū q̄ se malū: quicq̄d in se iustitie non inueniret a deo magis bono expectaret: ⁊ quidē diffidit: q: summi boni bonitatem maioreꝫ sua nequicia non sētit. Ille enim sol⁹ diffidat qui tm̄ peccare pōt quātum deus bonus ē. Cum sit aūt null⁹ qui hoc possit: qui timet de se malo: p̄sumat de meliore. Diabol⁹ eni ⁊ omnis nequicia mior est q̄ dei mia. Ipse ei si possꝫ sp̄are ⁊ culpam in se sētire. quod non inuenit in se p̄sumēret in dei bonitate. Adhuc qui diffidit ⁊ suam nequiciam dei pietati comparat: finem imponit diuine ꝟtuti: dās finē infinito. ⁊ pfectioneꝫ diuinitatis auferens deo: cui nichil deest: qđ etiam cogitari non pōt. Non itaqꝫ etiam si sacerdos peccauerit desperare debꝫ: licꝫ scriptum sit. quis orabit pro eo? Tota nāqꝫ eccclesia: atqꝫ alius sacerdos: ⁊ omnis sāctorum ordo orabit pro eo. ⁊ ipse xp̄s qui pro nobis offert se deo. Sed hoc cōsiderādum est sacerdoti ne facile cadat. cui in hoc grauior notat̄ pena. Dicat. apud se: si plebs sesuna ꝟbi dei peccauerit: oportebit me ferre patrem ponderꝫ non audebo illi im portabilia imponere: ⁊ non digito ea mouere. Sed ego si peccauero quid faciam? Non sic facile euadam: me optebit flere mihiam. Nō enim est sic statutū de me sicut de subiecta plebe. Sic sacerdos ⁊ timeat peccare: sed magis timeat desperare.

¶ Contra eos q̄ audac̄ peccāt nimis p̄ sumētes de dei misricordia. A

Capitulum. vi.

Sunt alij inimici desperatiõis qui adeo presumunt ꝛ de deo confidunt: ꝙ quādam sibi licētiam acquirunt peccandi: ꝛ sine pnīa expectāt veniā. q2 credūt qm̄ christiani sūt nō posse damnari adulantes sibi eo ꝙ scriptum est. oīs quicunqꝫ inuocauerit nomē dn̄i saluus erit. Putāt em̄ se nomē dn̄i iuocare qm̄ pñt xp̄ꝫ credere ꝛ sacramēta ecc̄ie sumere: non verentes multos esse vocatos: sed paucos electos. Putāt ei xp̄ianos paucos esse in multitudine gētium ꝛ iudeoꝛuꝫ. Quare ꝛ si omnes saluantur credētes: paucorum tamē est electio in tāta multitudine. Sed si ds aiaduertere voluerit deceptos hos esse ecc̄ia iudicabit: licꝫ cōfidant in xp̄i redēptione. Dicunt em̄: qd ꝑdesset xp̄m venisse si mali tm̄ sicut ꝛ an aduētum suuꝫ adhuc perirēt. Ante em̄ ꝙ fieret de⁹ homo: mali tm̄ dānabantur. ꝛ si adhuc idem esset: eum venisse quid prodesset? Multū inꝙ. Nam omis bonus ante aduētum dn̄i saluus factus est ꝑ vēturum. Nemo em̄ infernum egredi posset: nisi a xp̄o peruenien te in eum extrahi meruisset. Necꝫ enim facultas bene operādi: ꝛ diabolo contradicendi tanta hominibus inesset, nisi christus tanta pati ꝛ resurgere decreuisset. Hi necꝫ aploꝝ necꝫ dn̄i verba attendunt: q̄ fornicatorib⁹ ꝛ criminosis hominibus tam multipliciꝭ: ꝛ totiēs penas promittunt.

¶ Adhuc cōtra presumentes. B Capitulum. vij.

Adhuc addiꝭ iniquitas priori cōsimilis: licꝫ ꝯtria. Desperātes cū hi iudicātmiaꝫ hi cōdēnāt iusticiā iniustū deū blasphemātes q̄ reddē mala malis ignorat: ꝛ pctā eoꝝ exaltat. Sed miror cur nō credāt aplo dicenti. spes nō cōfundit: q̄ negāt penā quā ideꝫ criminosis ꝑmittit. Si em̄ vbi minatur verax non est. cur confidūt ꝙ sperātibus verū dicat. Sed q̄ verus est in ꝑmittendo: verus est etiā in mīnando. Sed non est sperare tandē bonū pro malis expectare: imo temerari⁹ est q̄ pctm̄ non abhorret. Sed cum peccat ad pniam recurrat. confidat in dn̄o: quē timeat iustū ꝛ immundiciarum inimicum.

¶ Que sint pctā venialia: ꝛ ꝙ in his assidue peccātibus assidue penitēdum ꝛ confitēdum est: ꝛ de dolore pro dilatione penitētie. C Capitulum. viij.

Cum itaqꝫ pnīa efficax est: ꝛ fructifera: neminem relinquens sine venia: mortuos resuscitās. de modo ꝛ varietate ei⁹ differam⁹ alique. Penitētia enim baptizandis nō est necessaria. sed baptisatis de maioribus ꝛ minorib⁹ peccatis penitēdum est. Per fidem em̄ ecc̄ie sola remittūtur pctā q̄ cōtrarit hō in origine. vt sicut a patre peccante dānationē accepit: ita ꝑ m̄ris ecc̄ie fidē ꝯsequaꝭ remissionē. Sꝫ q̄ ꝑ se peccauit. ꝑ dolorē ꝓpriū ꝛ per fidem ecc̄ie indulgētiā acq̄siuit. hec ꝑ baptismū reddūt hoīem mundum ꝛ nouū vt nihil remaneat qđ deo displiceat. Sine pnīa nulli profuit baptismus qui peccauit spōtaneus. Si quis aūt baptizareꝭ inuit⁹: ꝛ in falsitate confessus cum penituerit saluus erit. adiuuāte fide ꝛ charitate toti⁹ m̄ris ecc̄ie ꝑ totū orbem diffuse. Ob hoc sunt cathecumini ab ecclesia constituti: vt dum baptismum expectāt vn̄ iure peniteant doceantur. Hec restituit hoīem in libertatē arbitrij primi parētis: adhuc in abundantia virtutum cōstituti. Est eni penitētia assidue peccātibus assidue necessaria. In multis em̄ offendim⁹ omnes: q̄ quotidie remittūtur si semꝑ deploranꝭ. Ista ꝑ sacramedta ecc̄ie ꝛ orōnes semꝑ fugantur: vt iure audiant: tota pulchra es et macula non est in te. Non quin fiat dicor: sed manere non potest. Tanta est virtus petitionis tue ꝛ vnitatis ecclesie: vt quicq̄d extraneum acciderit durare non possit. Licet enim speciosi sint pedes euangelizantium pacem euangelizantiū bona: lauatis tm̄ i remissionis figura excutiēdus est puluis q̄ contrahitur in via. Hec pctā ꝛ si sint parua per dei misericordiā: fiunt magna in pecca-

toribus negligentia. Nullū enim peccatum adeo paruum quod non crescat neglectū. Nō enī cōsiderandū est qđ fecerit sed quē offenderit: ꝙ bonus est: ꝙ benignus: ꝙ pius: ꝙ ꝓpicius: q̄ illum sua dulcedine et pietate creauit ex nichilo qui eum absq̄ merito ꝑduxit ad baptismum. et educauit et nutriuit vt filium. ad cuius commodum creauit celū ⁊ terram: et omnia q̄ in eis sunt ex nihilo cui seruiunt omnia tanꝙ filio. cui misit angelū in auxiliū: propter quē fortē ⁊ callidū debellauit hostē eius antiquum ꝓpter quem tam multipliciter pati sustinuitvt eum mereretur habere filiū cuȝ quodignaretur habere ꝯsortium. Qui de⁹ maiestate sua regit ⁊ gubernat omnia ꝓpter eū potestate sua. Talē patrem offendere: cōtra eius volūtateȝ aliqđ cōmittere: aiaduertentibus ac se non ignorantibus ꝙ est crudele? Unde qui se cognoscunt sicut semꝑ peccāt ita semper plorāt vt tota vitam suā q̄ est tēꝑato sup terram plorent tota vita sua. Ista aūt sunt cuȝ aliquid citra vel vltra modum agit. Ipsa enī bona q̄ per se bona sunt: aliquid cōtrahunt cum excedūt Quicquid deest a perfectione: quicqđ deficit ab hoie: quicqđ ⁊ nostrū est plorando dolendū est. Quicqđ alio modo agit non recta ⁊ mundissima intentiōe quicqđ alio modo operamur: ⁊ non tā purissimo dei amore: nō est liberū a fragilitatis operatione. Quicūq̄ tam miserū esse vt hois est dilexerit: ⁊ q̄ ei⁹ fragilitatē non abhorruerit sed ominosibi reseruauerit ⁊ suū esse nunꝙ nisi ꝓpter acqrendum verū esse quod deus est tolerauit addit operi diuio ꝓculdubio dolendum. Et qui se cognoscit qđ est: diligat hoc solum qđ spectat ad illuȝ q̄ est. Siqs enī sapienter cogitat quid turpissime fragilitati ab ipsa cōditione īhereat ꝙ fedus ꝙ turpis sit in carne: ꝙ mutabilis in mente: hoc solum in se diliget quia tale eū ad deumducet. Quicquid enim boni facimus si id melius facere possumus: a nobis est ꝙ in culmie boni non sum⁹. Si qđ boni nouerimus: ⁊ minus aliquo modo operamur: nō omni no a nostra operatiōe est alienum. Ista continua ⁊ assidua: ⁊ quasi quodāmodo necessaria: assidua lauentur cōfessione: assidua restaurentur ꝯpūctiōe. Surgamus purissimi ad purissimam perfectionem: ne istis que parua sunt multiplicatis: quasi quadā scabie patiamur corrumpi et collidi: ne pinguedine charitatis imminuta sinamur macie affligi. et tortura immunde conscientie macerari. Semper tēdamus in melius: sēper in puritatem baptismi tendentes: ⁊ eam summopere conseruantes vt cū de hac vita exibimus ad eum qui mundissimus est mundi perueniamus: et sine mora ab eo suscipiamur. Doleamus esse exules a patria: doleamus viuere in corruptibili materia. Hic dolor magis ex desiderio ꝙ ex vidicta fit. Unde differt a penitentia. Penitentia eni est quedam dolentis vindicta: puniens in se quod dolet commisisse. Qui auteȝ dolet quod retinetur in mortali corpe: desiderat quod amat: plorat quod tardat. Omis penitētia ē de maleuola libertate. Iste vero dolor magis de necessitate est. Nullū enim peccatū est necessariū. Ipsum aūt peccatum originis ob hoc est malū q: fuit in adam spōtaneū Illius enī voluptas male vse libertatis punit in nobis. non q: necessarium: sed q: fuit spontaneū. Nihil enī a nobis q̄ritur qđ cōmisissemus: nihil a nobis exigit nunc qđ fecissemus. Relinquit ī filijs opus paterne voluptatis. Requirit diabolus filios in seruitutē quorum patris emit libertatē. Iste dolor factus est: non ex conscientia peccatricesed ex opante charitate: non puniens malū sȝ augmentans bonū non impatiēter habitus sed ex desiderio susceptus. In hoc desiderio erat andreas: q̄ in cruce positus a dn̄o requirebat. Tp̄s est vt cōmēdes terre corpus meum. Uolebat enim eum plebs de cruce deponere: Ipse autem cepit dominū rogare. Ne me ꝑmittas dn̄e descendere viuum. Sed tempus est vt commendes terre corpus meum. tamdiu enim iam portaui. tamdiu super cōmendatum vigilaui ⁊ laboraui

q velle iã ab ipsa obedientia liberari & isto grauissimo indumento expoliari. Recordor quantũ in portando onerosũ in fouendo infirmũ: in coercẽdo lentũ: in domando superbum laboraui. Scis dñe quotiens a puritate contemplationis me retrahere contendebat: quotiẽs a dulcissimo quietis tue somno excitare obtendebat: quãtum & quotiens dolorẽ ingerebat. Qui igitur tandiu pax benignissime pugnãti restiti: & tua ope supaui et vici: a te pio et iusto remuneratore posco: ne mihi vltra commẽdes: sed depositum reddo. Commendo alij quẽ illud vltra non impediat. et resurrecturũ seruet et reddat: vt et ipsum sui laboris mercedẽ recipiat: terre commẽda: vt vigilare me amplius non oporteat: et libere ad te fontẽ indeficiẽtis gaudij tendere anxiantẽ me iam non retrahat: nec impediat. Hic dolebat iam nõ esse cũ dño: nec penitebit cõmendatum resurrexisse dño. Sic itaqꝫ non ois dolor est penitentia.

¶ De differentia vere & false penitentie et q de omib⁹ peccatis penitendum ẽ. F Capitulum.ix.

Sunt ẽt petã alia q̃ oino criminũt vitã nisi succurrat pnia Nõ eni oisq dicit mihi dñe dñe itrabit i regnũ celorum Quare agẽda ẽ pnia vt deleant crimina. Sꝫ qm penitẽtia nõ ois est bona: dicam⁹ aliqua q̃ separant veram a falsa: sterilem a fructuosa. Sunt enim quos peccasse penitet propt presentia supplicia. Displicent enim latroni peccata qñ agit de pena. Desit vindicta: reuertit ad crimina. Ista est penitentia nõ ex fide procedens: nec est charitate munita sed sterilis & sine misericordia Hec non purgat conscientiam: nec lauat crimina. In hac nulla est spes venie: nulla expectatio indulgẽtie. Huic cõcordant q̃ cõfitent inuiti: non amore boni sed vt fugiant dãnum vel incommodum seculi. Seruiunt mundo quem amant. querunt suã gloriã quam anhelant. recipiũt mercedẽ quam expectant Si quis tali penitentia securus extiterit: & ad veram pniam de ista nom condescenderit: deceptus & miser eternaliter peribit. Utilis ergo erit penitentia si sit spontanea: dñm querens quem amisisse doleat. ad illum anxians preter quem non est vita. Sunt plures quos penitet peccasse: sed nõ omnino: reseruãtes sibi quedã in quibus delectent: non animaduertẽtes dñm simul surdum & mutum a demonio liberasse. per hoc docet nos nũq̃ nisi de omibus sanari. Si enim vellet ex parte peccata reseruari: habenti septem demonia: manente vno proficere potuerat sex expulsis: expulit autem septẽ vt oia crimina simul eijciẽda doceret. Legionem autẽ ab alio eijciens neminẽ reliquit ex omnibus q̃ liberatũ possideret. ostendẽs q si etiam peccata sint mille oportere de omnibus penitere. G Laudatus est eni dominus qm eiecto demonio locutus est mutus. Nũq̃ aliquẽ sanauit quẽ omino non liberauit. Totũ eni hominẽ sanauit in sabbato. q: & corpus ab infirmitate: & animã ab omni cõtagiõe: indicans penitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in aia et corpore. Scio ei dñm inimicũ omni criminoso. Quõ ergo qui crimen reseruat de alio recipiet veniam? Sine amore deo consequeretur indulgentiam: sine quo nemo vnq̃ inuenit gratiam. Hostis eni dei est dum offendit perseuerãter. Quedam enim impietas infidelitatis est ab illo qui iustus et iusticia est dimidiam sperare veniam. Iam enim foret fine penitentia inuenire gratiam. Penitentia eni vera ad baptismi puritatem cõfitentem conat adducere. Recte enim penitens quicqd sordidũ post purificationem contraxit: oportet vt abluat saltem lachrymis mentis Sed satis durus est cuius metis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat culpabiliter se durum: q̃ deflet damna tpis vel mortem amici: & dolorẽ peti lachrimis non ostẽdit. Nõ itaqꝫ est vt qs excuset se non habere fontẽ lachrimar q̃ vnq̃ lachrimis oñdit dolorem tpalium.

¶ De fructu erubescẽtie & vtilitate con=

fessionis: ₇ quibus ₇ qualiter confitendum est. ¶ Capitulū. x.

Quem ergo penitet: oīno peniteat: ₇ dolorem lachrymis ostēdat: rep̄sentet vitā suam deo per sacerdotem. preueniat iudiciū dei per confessionem. precepit enī dn̄s mūdatis vt ostenderēt ora sacerdotib⁹: docēs corporali presentia confitēda pctā: non p nunciū non p scriptum manifestāda. Dixit enim ora mōstrare. ₇ omēs: non vnus pro omibus. Nō aliū statuatis nūcium q̄ pro nobis offerat mun⁹ a moyse statutum. Sed q̄ per vos peccastis per vos erubescatis. Erubescētia enī ipa partē habet remissionis. Ex mīa enī hoc precepit dn̄s: vt neminē peniteret in occulto. In hoc eī q̄ sper seipsum dicit sacerdoti: ₇ erubescentiam vincit. timore offensi: fit venia criminis: fit enī per confessionē veniale q̄d criminale erat ī operatiōe. Et si nō statim purgat̄: fit tñ veniale q̄d cōmiserat mortale. Multū enim satisfactiōis obtulit: q̄ erubescentie dn̄ans: nihil eoꝝ q̄ commisit nuncio dei denegauit. De⁹ eī misericors ₇ iust⁹ ē: sicut ꝯseruat miaꝫ in iusticia. ita ₇ iusticiā in mia. Op⁹ eī ē mie peccanti pctā dimittere. Sꝫ oportet vt iust⁹ misereat̄ iuste. Oportet eniꝫ vt nō solū quid: sed in quo doleat ꝯsideret: si dign⁹ est non dico iusticia ꝫ mia. Justicia enī sola damnat. Sed dignus mia est qui spūali labore petit gratiam. Laborat enim mens patiēdo erubescētiā. Et qm̄ verecūdia magna est pena: q̄ erubescit pro xp̄o fit dignus mia. Unde patet ꝙ q̄to plurib⁹ confitebit̄ in spe venie turpidinē criminis: tanto facilius consequtur miam remissionis. Ipsi eniꝫ sacerdotes plus iam possunt proficere. plus confitentibus parcere. quib⁹ enim remittūt remittit dn̄s. Lazarum enim quē de monumēto iā suscitauit obtulit dn̄s discipulis soluendū: ꝑ hoc ostēdēs potestatem soluendi concessam sacerdotib⁹. ¶ Dixit eīn. quodcūq͂ solueritis sup terrā soluet̄ ₇ ī celis. hoc est. ego deus ₇ oēs ordines celestis militie: ₇ omnes scti in mea glīa laudant vobiscum: ₇ cōfirmāt quos ligatis ₇ soluitis. Nō dixit. quos putatis ligare et soluere: sed in quos exercetis opus iusticie ₇ mie. Alia aūt opa vestra in peccatores non cognosco. Quare qui confiteri vult pctā: vt inueniat grām. q̄rat sacerdotem scientēꝫ ligare ₇ soluere: ne cum negligēs circa se extiterit. negligatur ab illo q̄ eū misericorditͬ monet ₇ petit: ne ambo in foueā cadant quā stult⁹ euitare noluit. Tanta itaq͂ vis confessionis est: vt si deest sacerdos confiteatur proximo. Sepe enim cōtingit ꝙ penitens non pōt confiteri corā sacerdote: quē desideranti nec loc⁹ nec t̄ps offert. Et si ille cui confitebit̄ ptātem soluendi non habet: fit tñ dign⁹ venia ex desiderio sacerdotis: q̄ ei confitet̄ turpitudieꝫ criminis. Mundati enim sunt leprosi: dum irent ostendere ora sacerdotibus anteq̄ ad eos peruenirēt. Unde patet deum ad corꝫ respicere: dū ex necessitate ꝓhibet̄ ad sacerdotes peruenire. Sepe q̄dem eos querēt sani ₇ leti: sed duꝫ querēt anteq̄ perueniāt moriunt̄. Sed dei mia ē vbiq͂: qui ₇ iustus nouit parcere: ₇ si non tam cito sicut si soluerēt̄ a sacerdote. Qui igit̄ oīno cōfitet̄: sacerdoti meliori q̄ pōt confiteatur.

¶ De priuata ₇ publica cōfessiōe ₇ satisfactiōe. ¶ Capitu. xi

Et si peccatum occultum est sufficiat referre in noticiam sacerdotis: vt grā sit oblatio muneris. Nam in resuscitatione filie principis pauci interfuerē qui viderēt. Nondum enim erat sepulta. nōdum extra portam ciuitatis delata: nōdum extra domum in noticiam deportata. Intus resuscitauit quam intus inuenit. relictis solis petro ₇ iohāne ₇ iacobo ₇ p̄re ₇ m̄re puelle. In quibus figuralit̄ continent̄ sacerdotes ecclie. Quos autem extra inuenit animaduētenduꝫ ē quō suscitauit. Flebat aūt turba post filium vidue: fleuit martha ₇ maria supplicans pro f̄re: flebat etiā turba q̄ mariam fuerat secuta: lachrimis marie admonita. In quo docemur publice peccātibus: nō ꝓpriū sed ecclie sufficere meri

tuum. Sic itaqꝫ mortuus iaceat: sicqꝫ se mortuū ostendat. publice mortē suā predicando publice fructus pnie ostēdendo vt turba ploret admissum: ꝛ defleat quē dolet mortuū. Istis lachrymis mouebit dñs q̄ reddet matri vnicū filium. Si minus perseuerauerit: si se mortuū per fructus pnie nō declarauerit: tanto pl⁹ oportet addere. Unde lachrymis excitetur non solū marthe: sꝫ etiā marie. Cū se affligat. tū se dolere ꝛ se mortuū sentire ostendat. vt audientes ꝛ cōtēplantes plorando orent veniā. Quoꝝ fletū imitet eccl̄ia. Qui eni multos offendit peccādo: placare multos oportet satisfaciendo: vt eccl̄ia pri⁹ offensa p culpa: in cōuersione flectat in mia: orans pro ipso quē defunctū dolebat. vñ deus flectet ad veniam q̄ adhibuit miam.

¶ Q extra vnitatem eccl̄ie nemo pōt digne penitere: ꝛ quantum penitenti ꝓ sunt suffragia eccl̄ie L Ca.xij

Laboret itaqꝫ penitens i ecclesia esse: ꝛ ad eccl̄ie vnitatē tēdere. Nisi eni vnitas eccl̄ie succurrat: nisi qđ deest petōri sua opitulatione cōpleat de manibus inimici nō eripiet aia mortui. Credēdū est eīn: ꝛ pietas si dei expostulat credere: q̄ oīs eleinosyne tot⁹ eccl̄ie ꝛ orones ꝛ opa iusticie ꝛ mie succurrant recognoscenti mortem suā ad conuersionē suā: hoim nemo digne penitere pōt quem nō sustineat vnitas eccl̄ie. Idcoqꝫ non petat sacerdotes p aliquā culpā ab vnitate eccl̄ie diuisos. Judas eīn penitens iuit ad phariseos. reliquit aplos. nihil inuenit auxilij sed augmentū desperationis. Dixerūt enī Quid ad nos: tu videris. Si peccasti tibi sit. non tibi succurrimus: nō petā tua charitatiue suscipim⁹: non ꝯportāda ꝓ mittim⁹: nō qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis ꝛ misericordie qui nec opera sequimur iusticie? Isset ad fratres: isset ad illos qui orauerant pro socru petri febricante: q̄ chananeam improbam misericordi misericorditer obtulerant. interrogasset petrum pro se lachrymas effundentem. non fugisset mariam ꝛ martham: que vitam lazaro impetrauerant: non turbam plorantem: q̄ vnicum filium acquisierat vidue. Fuit ad diuisos ꝛ diuisus periit Hanc vnitatem omnis boni sentit operatricem qui dixit. Uinea fuit pacifico in ea que habet populos. Nisi enim in ecclesia vniuersali populos se continentes cognosceret: se vineam non presumeret. Scit enim ꝛ experimento cognoscit: vtpote qui pro omnium salute laborauerat: se absqꝫ auxilio ecclesie stare non posse. Non enim est parum cui oīe bonum succurrit: siue in celo siue in terra constitutum. Hoc amittens per excommunicationes nisi recuperet per sancte matris vnitatē vel pietatem: quomodo vnq̄ poterit penitere: quomō deum beniuolum poterit inuenire: qui eius sanctissimam sponsam ꝛ matrem: filiam ꝛ sororem non dubitauit offēdere. ꝛ eius auxilium omnino cōtemnere.

¶ Q semp ex fide penitēs doleat: ꝛ de dolore gaudeat. M Capitulum. xiij.

Ex fide peniteat: credat hāc esse medicinam omnes fructus sue pnie paruos habeat: nunq̄ credat sufficere sēper doleat: semp corā dño añ quē peccauit erubescat: dolorē cum vita finiat. Nā ꝛ si apostolus etiā petā per baptismū remissa ꝯtinue plorat: nobis etiā sup fundamētū aplorū positis qđ preter plorare restat? Quid nisi semper dolere i vita? vbi eīn dolor finit: deficit ꝛ pnia. Si aūt pnia finit: qđ relinquitur de venia? Tā diu eīn gaudeat ꝛ speret de gr̄a: q̄diu sustētat a pnia. Dixit eīn dñs. Uade ꝛ ampli⁹ iam noli peccare. Nō dixit: ne pecces: sed nec volūtas peccādi i te oriat. Qđ quō seruabit nisi dolor cōtinue in pnia custodiat? Hic semp doleat: ꝛ de dolore gaudeat: ꝛ de doloris pnia si cōtigerit semper doleat Et si sit satis q̄ doleat: sꝫ ex fide doleat: ꝛ non semper doluisse doleat.

¶ Q nō solum petā sed omēs circunstantias petōꝝ petōr deflere ꝛ confiteri debet. N Capi.xiiij.

[C]Onsideret qualitatē criminis: in loco: in tpe: in pseuerantia: in varietate persone et quali hoc fecerit tentatione: et in ipsius vicij mltiplici executione. Oportet enim penitē fornicātem sʒ excellentiā sui status aut officij: et fm modū meretricis: et sʒ modū opis sui: et qualiť turpitudinē suā peregit. Si in loco sacro: aut cui debuit excellētiā fidei: vt sunt dom⁹ dñoꝝ: et aliorū multoꝝ. Si in tpe orationi cōstituto: aut in festiuitate sctōꝝum et in tpe ieiunij. Consideret q̄tum pseuerauerit: et defleat q perseueranter peccauerit: et quanta vict⁹ fuerit impugnatiōe. Sunt eñ q̄ nō solū vincunť: sʒ vltro se pctō offerunt. nec expectant tētationē: sed preueniūt voluptatem. et ptractāt secum q̄ multiplici actione vicij delectabiliť peccent. Ois ista varietas cōfitenda est et deflenda: vt cum cognouerit q pctm̄ ē multū. cito inueniat deū ppiciū. In cognoscendo augmētum pcti: inueniat se cui⁹ fuerit etatis: cui⁹ sapie et ordinis: et statū oēm alterius nō peccātis. Immoreť in singulis istis: et sentiat modū criminis: purgans lachrymis oēm qualitatē vicij. defleat virtutē q̄ interim caruit. Dolēdū est enim et dolore purgandū nō solū q peccauit: sed etiā q se virtute priuauit. Nā licʒ speret se consecuturū veniā: dolere tñ pōt. q nō promeruit vñ remunerari confidat. anxieť et doleat q mō effugiēs de preteritis penā miser: nō inde expectet gl'iam: cuius omne tps qm̄ breuissimum est debuit decertauisse ad cōseqndū premium. Defleat etiam qm̄ ī vno offendēs fact⁹ est oīm per ingratitudinē reus. Ingratus eñ extitit q̄ plen⁹ virtutib⁹ deū omnino non timuit. ¶ In hoc ei q̄sqs pctōr fit culpabilior: q̄ est deo acceptior. Ideo eñ adā plus peccauit: q oī bono abundauit. Etiā alio mō offendens in vno: reus est oīm: q ois virtus patitur detrimentū ab vno vicio. Nam si q̄s cadit in auariciā largitatē destruit: et etiam castitatē minorauit. Amore eñ pecunie vel violaret castitatē: vel saltem minus amaret. Si enim ppť deū tanta adhuc castitas inest vt nolit eā pdere. tñ saltem minori gaudio minori affectu tuetur: vbi videt inde pcedere dānū pecunie. Sicqʒ et etiā in alijs: q̄ etiam si non expellanť: tñ p cōceptionē vni⁹ vicij vel satis vel pax minuunť: vel intentiōe deteriorant. vñ ois virtus cuicunqʒ crimini est deflēda: et de oib⁹ indulgētia ē petēda. Animaduertere etiam oportet: et aīaduertendo deflere aiam pximi: quā fornicator deo eripuit: vel ereptā ī malo pfirmauit: etiā q exēplum extitit mali in opatione sui criminis: cui magis pfuisset: si alijs fuisset cā conuersionis Defleat itaqʒ alioꝝ vitā in sua corruptā vel corruptā conseruatam. et cōmodum pximi qd dedisset exemplo boni. Doleat tristicia: quā peccādo bonis ītulit: et de leticia quā eis nō adhibuit. Et nō solum cogitet q̄d et qualiter fecerit: sed q̄ iniuste deū vt dixim⁹ peccando offenderit. Timeat illā veritatis sniam. Nō potestis duobus dñis suire. Timeat ergo ne oia bona q̄ fecit: dum in vno pctō pseuerauerit: ex contaminatione mali perdiderit: vt qui seruiuit diabolo p crimen. dei quā obtulit amiserit seruitutē Piū est tñ credere vt recepta dei gratia q̄ in eo destruit mala priora etiaʒ remuneret bona. vt cum destruxerit qd suum non inuenit: amet et diligat bonum qd etiā in peccante plantauit.

¶ De plenaria satisfactione per iudicium sacerdotis: et de dignis fructibus penitentie. ¶ Capitulū. xv.

[I]N omnibus dolēs aut seculum derelinquat: aut saltē illa q̄ sine admixtiōe mali nō sunt admināstrata: vt mercatura et milicia: et alia que vtentibus sunt nociua: vt administrationes seculariū potestatū: nisi his vtatur ex obedientie licētia. Ponat se omnino ī potestate iudicis. ī iudicio sacerdotis nihil sibi reseruās sui: vt oia eo iubente paratus sit facere pro recipiēda aie vita: quecūqʒ faceret pro vitanda corporis morte. et hoc cum desiderio quia vitam recuperat infinitā vt deus.

Cū gaudio ei debet facere immortalis
futurus:q̄ faceret pro differenda morte
moritur⁹.Sēq̄ dep̄cet deū certus de ve
nia:q̄ oībus modis ⁊ sine tedio dubius
rogaret p̄tātē terrenā.Abstineat a mul
tis licitis:q̄ ꝑ libertatē arbitrij cōmisit
illicita.Semper offerat deo mētē ⁊ cor
dis cōtritionē:⁊ deide qđ pōt de posses
sione.Tūc qđ offerat secur⁹ offerat.Re
sperit ei dñs ad abel ⁊ ad munera eius
Sed prius dicit ad abel ꝙ̄ ad munera.
Sumēs eni mētē quā cognouit hūilē ⁊
purā remunerauit ei⁹ largitatis mūe-
ra.Ad cayn xͦo nō respexit nec ad eius
munera.Mentē ei ei⁹ quā viderat qm̄
nō cognouit hūilē:ei⁹ munera nō rece-
pit.In iudicio ei cordis ꝯsideranda est
elemosyna tribuentis.Nec iā cōsiderā-
dum est ꝙ̄tum:sꝫ qua mēte:q̄ affectiōe
dat qđ pōt.Vidua eni duob⁹ q̄ habuit
larga minutis:plus oībus misit. Q
Qui igr̄ vult pctā sua redimere tp̄aliū
oblatiōe:caueat vt offerat mentē pri⁹.
Caut⁹ sit ne verecūdia ductus diuidat
apud se ꝯfessionē:⁊ diuersa diuersis sa-
cerdotib⁹ velit manifestare. Quidā ei
vni celant q̄ alij manifestanda conser-
uant:qđ est se laudare ⁊ ad hypocrisim
tendere:⁊ sꝑ venia carere:ad quā ꝑ fru-
stra totā putat ꝑuenire.Caueat preteri-
ta que vera delectat pnia:nō prius ad
dñi corp⁹ accedat ꝙ̄ confortet bona cō-
sciētia.Sꝫ in hac separatiōe tremendū
dei iudiciū cogitet:vbi magis terribi-
lis snīa peccantes separabit in ignem
Gemat ꝙ̄ nondū audet sumere quē ml-
tū desiderat cibū salutarem.Isti sunt di
gni fruct⁹ pnie:aīam captiuā elaqueā-
tes:⁊ in libertate seruantes. Cohibeat
se p̄terea a ludis ⁊ a spectaculis seculi:
q̄ perfectā vult consequi grām remissi-
onis.Nam dyna si se cohibuisset:si int
suos remansisset:ab extraneo raptore
corrupta non fuisset.Tanto igitur ma-
gis sibi caueat ⁊ cohibeat se aīa que se
pe vel semel corrupta est ⁊ rapta:time-
at iam docta experimēto quod ignora-
uit xͦgo:eligat quē imitetur.nō sequat
quem animus suus dānat.se enim iudi
cat qui fructus penitētie non hn̄tem a
se non elongat.laudet em̄ ⁊ amet quos
digne fructificare non ignorat:querat
fruct⁹ dignos:⁊ si non dignos penitētie
Sunt em̄ digni fruct⁹:vtutum fructus
q̄ non sufficiunt penitentib⁹.Penitētia
em̄ grauiores expostulat vt sic pacetur
eccl̄ia:vt pacata dolore et gemitibus
mortuis impetret vitam.

¶ Vt penitēs nō excuset peccatuꝫ suuꝫ
nec defendat:quod multis modis fieri
solet. R Capitulum.xvi.

Sentiat culpā nec velit excusa
re ne augeat crimē:vt adam
cui nō sufficiebat peccasse:sꝫ
āpliauit crimē culpādo vxo-
rē ⁊ culpā trāsferēs in auctorē.Istđ pec
catū multotiēs icurrit:sꝫ neglectū igno
rat.Nō itaqꝫ peccātes dicam⁹:nō aliđ
potui cur me ꝯstituisti furē:qꝛ de⁹ fecit
me pauperē.Nec mirū si dedit⁹ suꝫ for
nicatiōi:quia talis creat⁹ sum nature ⁊
fragilitatis.Fragilitas em̄ vi cogit vt
volūtas cōmittat criminalia. Errat q̄
fallitur. Natura em̄ talis est vt quisqꝫ
possit resistere malo cui se subijcit ex ar
bitrio.Sūt aūt q̄ defendūt culpā in dei
ꝓuidentia:reputantes dei ordinationi
⁊ necessitati qđ relictū est volūtati ⁊ ar
bitrij libertati.Sciuit em̄ de⁹ q̄d factu
rus esset q̄ peccat:sꝫ nō ordinauit petm̄
q̄ nullū relinqt īpunitū. Ordinauit pe-
nā amantib⁹ culpā.Ignis eni opus est
iusticie:vt habeāt vñ doleāt q̄ gaudere
nō amant.Nō ordinauit peccare q̄ pec
catū voluit curare:sed ꝑmisit libertati
qđ peccator donauit necessitati. Si eni
nō posset peccare:nō deberet qui totus
est iusticia remunerare. Idō nō sctificat
aīalia muta.quia nulla pn̄t committere
crimina.Angeli qꝫ q̄ ꝑstiterunt si liberi
nō fuissent vñ coronarētur. Potuerūt
eni peccare quoꝝ siles ceciderūt. Licet
eni misericorditer cūcta creauerit:iusti
ciā tn̄ in mia q̄ iust⁹ est custodire opor-
tuit.Sꝫ dicit q̄ nō sentit culpā suaꝫ.Ni-
hil boni possum hr̄e nisi inspirante grā
nihil em̄ sine grā possum facere. S
Si ipse itaqꝫ me nō ꝯseruat:ego qui ex
me nihil possum:quaꝫ habeo culpam.
Si ego sine eo possem vitare crimen:

me sentirem culpabilem. Adhuc. oĩa
quecunqꝫ voluit dñs fecit in celo ⁊ ĩ ter
ra. Quid itaqꝫ culpe in me est si nõ vult
saluare. Multum inq̃. Licet enim nil
consequi possis sine mĩa illa quã repel=
lis. potes tñ libere tenere grãm quam
retinẽdo potes: si tñ placeat euitare cul
pam. Deus eñ qui semel incepit bene=
facere: nisi qᵒ oĩno nostrũ est dereliqua
mus eiꝰ bñficiũ: q̃ pius est inspirãdo co
giẗ ex necessitate iuste misericordie ne=
minem prius posse relinquere. Nõ eniꝫ
sui relinquere est: nisi relinquentem. Id
circo eñ culpa nostra est: qua fugamꝰ
grãm quam possemus habere perpetu
am sẽper inuita recedit ⁊ nunq̃ aliqueꝫ
spontanea deserit. Cui tamen sententie
nõ cõtradicit: sed oĩa quecũqꝫ voluit fe
cit. Creauit eñ quicq̃d voluit: nec plus
creauit q̃ voluit. Vult tñ in vnoq̃ꝫ bo=
nũ: ⁊ in nullo malũ. Sed sic vult vt hõ
quem nõ vult peccare nõ desit esse hõ.
illam qͦ ſonabãt cũ eã vellent oñdere.
Hoc ãt eos velle ex motu corpis apie-
bat̃ tanq̄ ꝟbis naturalibꝰ oim gētium
q̄ fiũt vultu ⁊ nutu oclorũ. ceterorumq̄
mēbroꝝ actu: ⁊ ſonitu vocis indicante
affectionem animi impetēdis habēdis
reijciendis fugiendiſq̄ rebꝰ. Ita ꝟba in
varijs ſententijs locis ſuis poſita ⁊ cre
bro audita: quaꝝ reꝝ ſigna eſſent pau-
latim colligebã: meaſq̄ iam voluntates
edomito in eis ſignis ore per hec enun
ciabã. Sic cum his inter quos erã volũ
tatũ enũciandaꝝ ſigna cõmunicaui: et
vite hũane ꝓcelloſam ſocietatē altꝰ in
greſſus ſum: pendēs ex parentũ autori-
tate nutuq̄ maioꝝ hoim. I
Deꝰ deꝰ meꝰ q̄s ibi miſerias expꝰ ſum
⁊ ludificatiões. qñ quidē mihi recte vi
uere puero id ꝓponebat̃ obtemperare
monentibꝰ: vt in hoc ſc̃lo florerem ⁊ ex-
cellerem linguoſis artibꝰ ad honorem
hoim: ⁊ falſas diuitias famulantibus.
Inde in ſcholã datꝰ ſum vt diſcerem lit-
teras: in quibus q̄d vtilitatis eſſet igno
rabã miſer. ⁊ tñ ſi ſegnis in diſcendo eſ-
ſem vapulabam. Laudabat̃ enim hoc a
maioribꝰ. Et multi añ nos vitam iſtaꝫ
agētes preſtruxerũt erũnoſas vias: per
quas tranſire cogebantur multiplicato
labore ⁊ dolore filijs adam. Inuenimus
autem dñe hoies rogantes te: ⁊ didici-
mus ab eis: ſentientes te vt poteramus
eſſe aliquē magnum qui poſſes etiam
non apparens ſenſibus nr̃is exaudire
nos ⁊ ſubuenire nobis. Nam puer cepi
rogare te auxiliũ ⁊ refugiũ meum: ⁊ in
tuã inuocationē rũpebã nodos lingue
mee: ⁊ rogabã te puus non paruo affe-
ctu: ne in ſchola vapularē. Et cuꝫ me nõ
exaudiebas: qͦ non erat ad inſipientiaꝫ
mihi: ridebant̃ a maioribus hominibꝰ
vſq̄ ab ipſis parentibus qui mihi acci-
dere mali nihil volebant plage mee.
K Magnum tũc ⁊ graue malum
meum. Eſt ne quiſq̄ dñe tã magnꝰ ani-
mus pre grandi affectu tibi coherens?
Eſt ne inq̄ quiſq̄? Facit enim hoc que-
dam etiã ſtoliditas. Eſt ergo q̄ tibi pie
coherendo ita ſit affectus granditer: vt
eculeos et vngulas atq̄ huiuſcemodi
varia tormenta: pro quibus effugien-
dis tibi per vniuerſas terras cum timo
re magno ſupplicat̃: ita parui eſtimet
irridens eos qui hec acerbiſſime infli
gunt. quemadmodum parentes noſtri
ridebant tormenta quibus pueri a ma
giſtris affligebamur. Non eñi aut mi-
nus ea metuebamus: aut minus te de
his euadendis deprecabamur: ⁊ pecca-
bamus tñ minus ſcribendo aut legen-
do aut cogitando de litteris q̄ exigeba
tur a nobis. Non enim deerat dñe me-
moria vel ingenium q̄ nos habere volu
iſti pro illa etate ſatis: ſed delectabat lu
dere: ⁊ vindicabatur in nos ab eis qui
talia agebant. Sed maiorum nuge ne-
gocia vocant̃. puerorum aũt talia cum
ſint puniunt̃ a maioribus: ⁊ nemo miſe
ratur pueros vel illos vel vtroſq̄: niſi
vero approbet quiſq̄ bonus reruꝫ arbi
ter vapulaſſe me: quia ludebã pila pu-
er: et eo ludo impediebar: quo minus
celeriter diſcerem litteras. quibꝰ maior
deformius luderem. Haud aliud facie-
bat idē ipſe a quo vapulabã. Qui ſi in
aliqua queſtiũcula a condoctore ſuo vi
ctus eſſet: magis bile atq̄ inuidia tor-
queret̃: q̄ ego cum in certamine pile a
colluſore ſupabar. Et tñ peccabam dñe
deꝰ ordinator ⁊ creator oim rerum na-
turaliũ: peccatorũ autem tm̃ ordinator
Dñe deus peccabã facindo contra pre-
cepta parentum ⁊ magiſtrorũ illorum.
Poterã eñi poſtea bene vti lr̃is: quas
volebant vt diſcerē: quocunq̄ animo il
li mei. L Nõ eñi meliora eligēs
eram inobediens: ſed amore ludendi
amans in certaminibus ſupbas victo-
ras: et ſcalpi aures meas falſis fabel-
lis quo prurirent ardētius: eadē curio-
ſitate magis magiſq̄ per oculos peri-
culoſa micante in ſpectacula ludoſq̄
maiorũ. Quos tñ q̄ edunt ea dignitate
prediti excellunt: vt hoc pene oẽs op-
tent paruulis ſuos. quos tñ cedi liben-
ter patiunt̃: ſi ſpectaculis talibus im-
pediant̃ a ſtudio: quo eos ad talia eden
da cupiunt ꝑuenire. Uide iſta dñe mi-

fericorditer:et libera nos iam inuocan
tes te.libera etiã eos q̃ nondũ te inuo=
cant. vt inuocẽt te ⁊ liberes eos. Audi
erã eni ego adhuc puer de vita eterna
nobis ꝓmissa p humilitatẽ dñi dei no=
stri descendentis ad supbiã nostrã : ⁊ si=
gnabar iã signo crucis ei⁹:⁊ condiebar
ei⁹ sale:iã inde ab vtero matris mee: q̃
multũ sperauit in te. Uidisti dñe cũ ad=
huc puer essem ⁊ quadã die pressus sto
machi dolore repente estuarẽ pene mo=
riturus vidisti de⁹ me⁹:qm custos me⁹
eam eras : quo motu animi ⁊ qua fide
baptismũ xp̄i tui dei ⁊ dñi mei flagita=
ui a pietate matris mee ⁊ matris oim
nr̃m ecclie tue. Et pturbata mater car=
nis mee:qm ⁊ sempiternam salutẽ meã
charius parturiebat corde casto in fide
tua iam curaret festinabunda vt sacra=
mentis salutarib⁹ initiarer ⁊ abluerer:
te dñe iesu confitens i remissionẽ pctõ=
rũ nisi stati recreat⁹ essem. M Di=
lata est itaq̃ mũdatio mea:quasi neces
se esset vt adhuc sordidarer si viuerem
quia videlicet post lauacrum illud ma
ior ⁊ periculosior in sordibus delictorũ
reat⁹ foret. Ita iã credebã ⁊ illa et oĩs
dom⁹:nisi pat solus:q̃ tñ nõ euicit i me
ius materne pietatis:quo min⁹ in xp̄m
crederem:sicut ille nondum crediderat
Nã illa satagebat vt tu mihi pater es=
ses deus me⁹ poti⁹ q̃ ille. et in hoc ad
iuuabas eã:vt superaret virũ cui melior
seruiebat.q: et in hoc tibi vtiq̃ iubenti
seruiebat. Rogo te de⁹ meus vellẽ scire
si tu etiã velles.quo consilio dilatus sũ
ne tũc baptizarer. vtrum bono meo mi=
hi quasi laxata sint lora peccãdi : an nõ
laxata sint. Unũ ḡ etiam nũc de aliis at=
q̃ aliis sonat vndiq̃ in auribus nostris
sine illum:faciat q̃ vult. nondum enim
baptizatus est:⁊ tñ in salute corporis si
dicim⁹.sine:vulnereẽ amplius nondum
eñ sanat⁹ est. Quanto ergo meli⁹ vt ci=
to sanarer.⁊ id agereẽ mecum meorum
meaq̃ diligentia. vt recepta salus ani=
me mee tuta eẽt tutela tua q̃ dedisses
eã. Melius vo. Sed quot ⁊ quanti flu
ctus impendere tentationum post pue=
riciam videbãtur:nouerat eos iam illa
mater:⁊ territa per eos. vñ postea for=
marer: quã ipsam iã effigiẽ cõmittere
volebat. N In ipa tñ pueri=
cia de qua mihi min⁹ q̃ de adolescentia
metuebaẽ:nõ amabã lr̃as:⁊ me i eas vr
geri oderam. ⁊ vrgebar tñ. ⁊ mihi bene
fiebat:nec faciebã ego bñ. Nõ eñ disce
rem nisi cogerer Nemo aũt inuitus bñ
facit:etiã si bonũ est qd facit. Nec qui
me vrgebant bene faciebant : sed bene
mihi fiebat abs te de⁹ meus. Illi enim
nõ intuebãtur quo referrẽ qd me disce=
re cogebant:pt̃erq̃ ad satiendas insa
tiabiles cupiditates copiose inopie et
ignominiose glorie. Tu vero cui nume=
rati sũt capilli nostri:errorẽ omniũ qui
michi instabant vt discerẽ vtebaris ad
vtilitatem meã. meo aũt q̃ discere nole=
bam vtebaris ad penã meã. qua plecti
non erã indign⁹ tãtillus puer ⁊ tantus
peccator. Ita de non bñfaciẽtib⁹ tu be=
nefaciebas michi . et de peccante me
ipso iuste retribuebas michi. Iussisti eñ
⁊ sic est: vt pena sua sibi sit omnis inor=
dinatus animus. Quid aũt erat cause
cur grecas lr̃as oderã:quibus puerul⁹
inducbar.ne nunc michi quidẽ satis ex=
ploratũ est . Adamaueram eni latinas
non quas primi magistri: sed quas do=
cerẽt q̃ grãmatici vocanẽ. Nã illas pri=
mas vbi legere ⁊ scribere ⁊ numerare
discit:nõ minus onerosas penalesq̃ ha=
bebã q̃ omnes grecas. Un tñ ⁊ hoc ni=
si de pctõ ⁊ vanitate vite. q: caro erãt ⁊
spũs ambulans ⁊ non reuertens. Nam
vtiq̃ meliores:q: certiores erant prime
ille lr̃e q̃bus fiebat in me : ⁊ factũ est et
habeo illud vt legam si qd scriptum in=
uenio. ⁊ scribã ipe si qd volo:q̃ ipse qui
bus tenere cogebar enee nescio cui⁹ er=
rores oblitus error meorum ⁊ plorare
didonem mortuam . quia se occidit ob
amorẽ:cum interea meipsũ in his a te
morientẽ deus me⁹ vita mea siccis ocu
lis ferrẽ miserrim⁹. O Quid
eni miserius misero nõ miserante seipsum. ⁊
flente didonis mortem q̃ fiebat amãdo
eneam. non flẽte autem mortem suã q̃
fiebat non amando te. Deus lumen cor
dis mei et panis oris intus anime mee

et virtus maritans mentē meā ⁊ sinum cogitationis mentis mee. non te amabā: et fornicabar abs te: ⁊ fornicanti sonabāt vndiq; euge euge. Amicitia eni huiꝰ mūdi fornicatio ē abs te. Et euge euge dicit̄ vt pudeat si nō ita hō sit. Et hec nō flebā ſ flebā didonē extinctā: ferroq; extrema secutā. sequens ipse extrema condita tua relicto te. ⁊ terra iens ī terrā: et si prohiberer ea legere dolerē q2 nō legerē qd dolerē. Tali dementia honestiores ⁊ vtiliores lr̄e putantur: ꝙ ille q̄bus legere et scribere didici. Sed nunc in animā meā clamet deꝰ meus: ⁊ veritas tua dicat mihi. Non ē ita. Melior est prorsus doctrina illa prior. Nā ecce paratior sū obliuisci errores enee atq; oīa eiusmodi ꝙ scribere et legere. At enī vela pendent in liminibus grammaticarū scholarū: sed non illa magis honorē secreti ꝙ tegumentū erroris significant. Nō clamēt aduersum me q̄s iam non timeo dū confiteor tibi q̄ vult aīa mea deus meus: ⁊ acq̄esco in reprehensione malaꝝ viaꝝ meaꝝ. vt diligam bonas vias tuas. Nō clamēt aduersū me venditores grammatice vel emptores: q2 si proponā eis interrogans vtrū verū sit ꝙ eneā aliquando carthaginē venisse poeta dicit: indoctiores se nescire respondebūt. doctiores aut etiā negabūt verū eē. ¶ At si querā q̄bꝰ litteris scribat̄ enee nomē: omnes mihi q̄ hec didicerunt verum respondebūt ſm id pactum ⁊ placitū quo inter se hoīes ista signa firmarūt. Item si querā quid horū maiore vite huius incōmodo quisq; obliuiscatur legere ⁊ scribere: an poetica illa figmenta: q̄s non videat q̄d responsurus sit: q̄ non est penitꝰ oblitꝰ sui ¶ Peccabā ego puer cū illa inania istis vtilioribus amore preponebā: vel potius ista oderā: illa amabā. Iā vero vnū ⁊ vnum duo: duo ⁊ duo quatuor: odiosa cantio mihi erat: ⁊ dulcissimum spectaculū vanitatis: equus ligneus plenꝰ armatis: ⁊ troie incendium. atq; ipsius vmbra creuse. Cur ergo grecam etiam grammaticam oderam talia cātantē? Nam ⁊ homerus peritus texere tales fabellas ⁊ dulcissime vanus est: michi tñ amarus erat puero. Credo etiā grecis pueris virgilius ita sit: cum eū sic discere cogunt̄: vt ego illum. videlicet difficultas omnino ediscēde lingue peregrine: qua si felle aspergebat oēs suauitates grecas fabulosarum narrationum. ¶ Nulla ei verba illa noueram. ⁊ seuis terroribus ac penis vt noscerem instabat̄ mihi vehementer. Nam ⁊ latina aliq̄n infans vtiq; nulla nouerā: ⁊ tñ aduertēdo didici sine vllo metu atq; cruciatu: inter etiā blandimenta nutricum ⁊ ioca arridentium ⁊ leticias alludentium. Didici vero illa sine penali onere vrgentium cum me vrgeret cor meum ad pariēda concepta sua q̄ non possem nisi aliqua verba didicissem non a docentibus sed a loquentibꝰ in quorum auribus ⁊ ego parturiebā quicquid sentiebam. Hinc satis elucet maiorem habere vim ad discenda ista liberam curiositatem ꝙ meticulosam necessitatem. Sed illius fluxum restrigis legibus tuis deꝰ: legibus tuis a magistrorum ferulis vsq; ad tentationes martyrum valentibus legibus tuis miscere salubres amaritudines reuocātes nos a te a iocunditate pestifera qua recessimus a te. Exaudi domine depcationē meam: nec deficiat anima mea sub disciplina tua. neq; deficiam in confitendo tibi miseratiōes tuas: quibus eruisti me ab oībꝰ meis vijs pessimis: vt dulcescas michi super omnes seductiōes quas sequebar. ⁊ amē te validissime: ⁊ amplexer manum tuam totis precordijs meis. vt eruas me ab omni tentatione vsq; in finem. Ecce enim tu domine rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ: tibi seruiat q̄cq̄d vtile puer didici: tibi seruiat qđ loquor ⁊ scribo ⁊ lego ⁊ numero. Qm̄ cū discerē vana tu mihi disciplinā dabas: ⁊ in eis vanis pctā delectationū meaꝝ dimisisti mihi. ¶ Didici eni in eis multa verba vtilia sed et in rebus non vanis disci possunt. et ea via tuta est in qua pueri ambularēt Sed ve tibi flumen moris humani. Quis resistet tibi. Quandiu non siccaberis? Quousq; volues eue filios in

mare magnum et formidolosum quod vix transeunt qui lignum conscenderint. Nonne ego intelligo et tonantem iovem et adulterantem? Et utique non posset hec duo: sed actum est ut haberet autoritatem ad imitandum verum adulterium: lenocinante falso tonitru. Quis autem penulatorum magistrorum audit aure sobria. ex eodem puluere hominem clamantem et dicentem. fingebat hec homerus et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos. Sed verius dicitur quod fingebat hec quidem ille. sed hominibus flagitiosis divina tribuendo: ne flagitia flagitia putarentur: et ut quisquis ea fecisset non homines perditos sed celestes deos videretur imitatus. Et tamen o flumen tartareum: iactantur in te filij hominum cum mercedibus ut hec discant: et magna res agitur: cum hoc agitur publice in foro: in conspectu legum super mercedem salaria decernentium: et saxa tua percutis et sonas dicens. Hinc verba discuntur: hinc acquiritur eloquentia rebus persuadendis sententijsque explicandis maxime necessaria. S Ita vero non cognosceremus verba hec: imbrem aureum et gremium: et fucum et templa celi: et alia verba que in eo loco scripta sunt: nisi therentius induceret nequam adolescentem proponentem sibi iovem ad exemplum stupri: dum spectat tabulam quandam pictam in pariete: ubi inerat pictura hec. Iovem quo pacto diane misisse aiunt in gremium quondam imbrem aureum: fucum factum mulieri. Et vide quemadmodum se concitat ad libidinem quasi celesti magisterio. At quem deum inquit? Qui templa celi summo sonitu concutit. Ego homuncio id non facerem? Ego vero illud sponte feci ac libens. Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commodius discuntur: sed per hec verba turpitudo ista confidentius perpetratur. Non accuso verba quasi vasa electa atque preciosa. sed vinum erroris quod in eis nobis propinabatur ab ebrijs doctoribus: et nisi biberemus cedebamur. nec appellare ad aliquem iudicem sobrium licebat. Et tamen ego deus meus in cuius conspectu iam secura est recordatio mea libenter hec didici: et in eis delectabar miser: et ob hoc bone spei puer appellabar. T.

Sine me deus meus dicere aliquid et de ingenio meo munere tuo: in quibus a me deliramentis atterebatur. Proponebatur enim michi negocium anime mee satis inquietum premio laudis et decoris: vel plagarum metu: ut dicerem verba iuuonis irascentis et dolentis quod non posset italia teucrorum avertere regem. Que nunquam iunonem dixisse audieram: sed figmentorum poeticorum vestigia errantes sequi cogebamur: et tale aliquid dicere solutis verbis quale poeta dixisset versibus. Et ille dicebat laudabilius in quo pro dignitate adumbrate persone ire ac doloris similior affectus eminebat: verbis sententias congruentes vestientibus. At quid mihi illud o vera vita mea deus meus? quod mihi recitanti acclamabatur pre multis coetaneis et collectoribus meis? Nonne ecce illa omnia fumus et ventus? Ita ne aliud non erat ubi exerceretur ingenium meum et lingua mea? Laudes tue domine laudes tue per scripturas tuas suspenderent palmitem cordis mei: et non raperetur per inania nugarum turpis preda volatilibus. Non enim uno modo sacrificatur transgressoribus angelis. Quid autem mirum quod in vanitates ita ferebar et a te deus meus ibam foras: quando mihi imitandi proponebantur homines qui aliqua facta sua non mala si cum barbarismo aut solecismo enunciarent reprehensi confundebantur. si autem libidines suas integris et rite consequentibus verbis copiose ornateque narrarent: laudati gloriabantur. V Vides hec domine et taces longanimis et multum misericors et verax. Nunquid semper tacebis? et nunc eruis de hoc immanissimo profundo querentem te animam et sitientem delectationes tuas et cuius cor dicit tibi. quesivi vultum tuum: vultum tuum domine requiram. Nam tui longe a vultu tuo: in affectu tenebroso. Non enim pedibus aut spacijs locorum itur abs te: aut reditur ad te. Aut vero filius ille tuus minor equos aut currus vel naues quesivit aut avolavit penna visibili: aut moto poplite iter egit: ut in longinqua re-

gione viuēs ꝓdige dissiparet qd̾ dede-
ras proficiscenti. Dulcis pater q̄ dede-
ras: ⁊ egeno redeunti dulcior. In affe-
ctu ergo libidinoso: id ei est tenebroso:
atq; id est longe a vultu tuo. Uide dn̄e
deus: ⁊ patienter vt vides: vide quomo
do diligēter obseruent filij hoim pacta
litterarꝫ ⁊ sillabarꝫ accepta a prioribus
locutoribus: ⁊ a te accepta eterna pa-
cta ꝑpetue salutis negligāt. vt qui illa
sonorꝫ vetera placita teneat aut doceat.
si contra disciplinam grammaticā siue
aspiratione prime sillabe ominem dixe-
rit magis displiceat hoib᷒: q̄ si contra
tua p̄cepta hominē oderit cū sit homo
x Quasi vero quēlibet inimicuz
hominē ꝑniciosius sentiat: q̄ ip̄m odiū
quo in eū irritaꝝ: aut vastet quisq̄ per-
sequendo aliū grauius q̄ cor suū vastat
inimicādo. Et certe nō est interior lr̄arꝫ
sciētia q̄ scripta ꝯsciētia id se alteri fa-
cere qd̾ nolit pati. Quā tu secretus es
habitans in excelsis in silentio deus so-
lus magnus: lege infatigabili spargēs
penales cecitates sup̄ illicitas cupidita
tes. Cum hō eloquentie famam querit
astans an̄ hoiem iudicem circumstante
hoim multitudine: inimicū suum odio
immanissimo insectans: vigilantissime
cauet ne per lingue errorem dicat omi-
nes: ⁊ ne p̄ mentis furorem hoiem aufe
rat ex hoibus non cauet. Horū ego pu-
er morum in lumine iacebā miser: et hu
ius arene palestra erat illa vbi magis
timebā barbarismū facere: q̄ cauebam
si facerē non faciētibus inuidere. Dico
enī ⁊ confiteor tibi deus me᷒ in quibus
laudabar ab eis: quibus placere tunc
mihi erat honeste viuere. Nō enī vide-
bā voraginē turpitudinis in quā proie-
ctus eram ab oculis tuis. Nam in illis
iā quid me fedi᷒ fuit: vbi etiam talibus
displicebā fallēdo inumerabilib᷒ men-
dacijs ⁊ pedagogum ⁊ magistros ⁊ pa
rentes amore ludendi: studio spectandi
nugatoria: et imitandi ludicram inqe-
tudinē? y Furta etiā faciebā
de cellario parentum ⁊ de mensa: vl' gu
la imperitante: vel vt haberē qd̾ darem
pueris: ludum suum mihi quo pariter
vtiq; delectabātur tn̄ vendētibus. In q̄
etiam ludo fraudulentas victorias: ip
se vane excellētie cupiditate victus sepe
ancupabar. Quid aūt tā nolebā pati:
atq; atrociter si dep̄hēderē. q̄ id quod
alijs faciebam ⁊ si deprehensus argue-
rer seuire magis q̄ cedere libebat. Ista
ne est innocētia puerilis? Nō est dn̄e nō
est: oro te deus me᷒. Nā hec ipsa sūt q̄ a
pedagogis ⁊ magistris: a nucib᷒ ⁊ pilu
lis ⁊ passeribus: ad prefectos ⁊ reges:
aurum. predia. mancipia: hec ipsa omi-
no succedētib᷒ maiorib᷒ etatib᷒ transe-
unt: sicuti ferulis maiora supplicia suc-
cedunt. Humilitatis ergo signum in sta
tura puericie rex noster ꝓbasti cū aisti
taliū est regnum celoruz. Sed tn̄ dn̄e ti-
bi excellentissimo atq; optimo condito
ri ⁊ rectori vniuersitatis deo nostro gra
tias. etiā si me puerū tantum esse volu
isses. Erā enī etiam tūc viuebā atq; sen
tiebā: meāq; incolumitatē vestigium se-
cretissime vnitatis ex qua eraz cure ha
bebā: custodiebā interiore sensu integri
tatem sensuū meorum: inq; ip̄is ꝑuis
paruarūq; rerꝫ cogitationib᷒ veritate
delectabar. z Falli nolebā:
memoria vigebā. locutione istruebar:
amicia mulcebar: fugiebā dolorem ab
iectionē: ignorātiam. Quid in tali ani-
māte non mirabile atq; laudabile? At
ista oīa dei mei dona sunt. nō mihi ego
dedi hec: ⁊ bona sunt. ⁊ hec omnia ego.
Bonus ergo est qui fecit me: ⁊ ipse est
bonū meum: ⁊ illi exulto bonis omib᷒
quibus puer eram. Hoc enim peccabā
q̄ non in ipso sed in creaturis ei᷒ me at
q; ceteras voluptates: sublimitates: ve
ritates querebā: atq; ita irruebā i dolo
res: ꝯfusiones: errores. Grās tibi dulce
do mea ⁊ honor meus: ⁊ fiducia mea
deus meus Gracias tibi dn̄e de donis
tuis: sed tu mihi ea serua. Ita enim ser
uabis me: ⁊ augebuntur ⁊ ꝑficiēturq̄
dedisti mihi. ⁊ ero ipse tecum: quia ⁊ vt
sim tu didisti mihi.

¶ Explicit liber primus.

Incipit secūdus. A

Recorda
ri volo trāsac-
tas feditates
meas ⁊ carna-
les corruptio-
nes aīe mee: nō
ꝙ eas amem:
sꝫ vt amem te
de⁹ me⁹. Amo
re amoris tui facio istō :recolens vias
meas neq̄ssimas ī amaritudine recogi
tatiōis mee. vt tu dulcescas mihi dulce
do nō fallax:dulcedo felix ⁊ secura. ⁊ col
ligēs me a dispsiōe ī q̄ frustatī discissꝰ
sū:dū ab vno te auersꝰ ī multa euanui.
Exarsi eī aliqn̄ satiari ī inferis ī adole-
scētia. ⁊ siluescere ausꝰ sū varijs ⁊ vm-
brosis amoribꝰ:⁊ ꝯtabuit spēs mea : et
ꝯputrui corā oclis tuis placēs mihi:et
placere cupiēs oclis hoim. Et q̄d erat
qd me delectabat:nisi amare ⁊ amari?
Sꝫ nō tenebaꝛ modꝰ ab aīo vsqꝫ aīm:q̄
tenꝰ ē luminosꝰ limes amicitie. sꝫ exala
banꝛ nebule de limosa ꝯcupiscētia car-
nis ⁊ scatebra pubertatis:⁊ obnubila-
bant atqꝫ obscurabant cor meuꝫ. vt nō
discerneretur serenitas dilectionis a ca
ligine libidinis. Utrunqꝫ in ꝯfuso. estua
bat:⁊ rapiebat imbecillem etatem per
abrupta cupiditatum : atqꝫ mersabat
gurgite flagitiorū. Inualuerat sup me
ira tua ⁊ nesciebā. Obsurduerā stridore
cathene mortalitatis mee:pena supbie
aīe mee:⁊ ibā lōgiꝰ a te:⁊ sinebas:⁊ ia-
ctabar ⁊ effūdebar ⁊ diffluebā ⁊ ebullie
bā ꝑ fornicatiōes meas ⁊ tacebas. B
O tardū gaudiū meū. Tacebas tūc et
ego ibā porro lōge a te ī plurima ⁊ plu
ra sterilia semia dolorꝫ supba deiectiōe
⁊ inq̄eta lassitudie. Quis mihi mode-
rareꝛ erūnā meā ⁊ nouissimarꝫ rerū fu-
gaces pulchritudines ī vsū ꝯuerteret: ea-
rūqꝫ suauitatibꝰ metas p̄figeret. vt vsqꝫ
ad ꝯiugale litꝰ exestuarēt fluctꝰ etatis
mee. si trāq̄llitas ī eis nō poterat eē si-
ne ꝓcreādorꝫ liberorꝫ ꝯtenta. sicut p̄scri
bit lex tua dn̄e:q̄ formas etiā ꝓpaginēꝫ
mortalitatis nostre potēs imponere le-
uem manū ad tēperamētū spinarum a
paradiso tuo seclusarꝫ? Nō eī longe ē a
nobis oīpotentia tua. etiā cuꝫ longe su-
mus a te. Aut certe sonitū nubiū tuarū
vigilātius aduerterem. Tribulationeꝫ
aūt carnis habebūt hmōi. Ego aūt vo
bis parco. Et bonū est hoī mulierē non
tangere. Et q̄ sine vxore est cogitat ea q̄
sunt dei quō placeat deo. Qui aūt ma-
trimonio iunctus est : cogitat ea q̄ sunt
mūdi quō placeat vxori. Has ḡ voces
exaudirē vigilātior:⁊ abscisus propter
regnū celorꝫ felicior expectarē amplexꝰ
tuos. Sꝫ efferbui miser sequēs impetū
fluxꝰ mei relicto te:⁊ excessi omnia legi
tima tua:nec euasi flagella tua. Quis
eīm hoc mortaliū? Nam tu semper ade-
ras misericorditer seuiens ⁊ amarissi-
mis aspergens offensionibus oēs illici
tas iocūditates meas:vt ita quererem
sine offensione iocūdari. Et vbi hoc pos
sem nō iuenirē quicq̄:p̄ter te dn̄e : p̄ter
te q̄ fingis dolorē in p̄cepto:⁊ percutis
vt sanes : et occidis nos ne moriamur
abs te. Ubi erā ⁊ q̄ lōge exulabaꝫ a de
licijs domus tue. āno illo sextodecimo
etatis carnis mee cū accepit in me sce-
ptrū. ⁊ totas manꝰ ei dedi vesania libi
dis licētiose ꝑ dedecus hūanuꝫ :illicite
aūt ꝑ leges tuas? Nō fuit cura meoruꝫ
ruentem excipe me in ꝯiugio:sed cura
fuit tm̄ vt discerē s̄monē facere q̄ opti
mū ⁊ ꝑsuadere dictiōe. Et anno quideꝫ
illo itermissa erāt studia mea:dū mihi
reducto a madauris in qua vicina vr-
be iā ceperā litterature atqꝫ oratorie ꝑ-
cipiende grā ꝑegrinari: longinquioris
apō carthaginē ꝑegrinatiōis sumptus
p̄parabanꝛ. aīositate magis q̄ opibus
p̄ris municipis thagastensis ad modū
tenuis. Cui narro hec? C Neqꝫ eī
tibi deꝰ meꝰ: sed apō te narro hec gene
ri meo generi humano. q̄tulacunqꝫ ex
particula incidere pōt in istas meas lit
teras. Et vt q̄d hoc? Ut vicꝫ ego ⁊ quis
quis hec legit:cogitemus de q̄ ꝓfūdo
clamandum sit ad te. Et q̄d ꝓpius au-
ribus tuis si cor confitens ⁊ vita ex fide
est? Quis eīm non extollebat laudibus

tunc hoies patrem meũ. qd vltra vires rei familiaris sue ipẽderet filio qcqd ẽt lõge pegrinãti studiorũ cã opꝰ eẽt: Mlʼ torũ eĩ ciuiũ lõge opulẽtiorũ: nullus tale negociũ ꝑ liberis erat. Cũ iterea nõ sa tageret idẽ pr̃ q̃lis crescerem tibi aut q̃ castꝰ essẽ. dũ mõ essẽ disertꝰ vel desertus potiꝰ a cultura tua deꝰ. q̃ es vnꝰ verꝰ et bonus dñs agri tui cordis mei. Sz vbi sexto illo et decimo ãno iterposito ocio ex necessitate domestica feriatus ab oĩ schola cũ parentibus esse cepi: excesse runt caput meũ vepres libidinum: et nul la erat eradicans manus. Quinimmo vbi me ille pater in balneis vidit pube scentem: et inquieta indutum adolescen tia: q̃si iã ex hoc i nepotes gestiret gau dens matri indicauit: gaudens vinolẽ tia: in qua te mũdus iste oblitꝰ est crea torem suum: et creaturã tuã ꝑ te ama uit diuino inuisibili: puerse atq̃ inclina te in ima volũtatis sue. Sed matris in pectore iam inchoaueras templũ tuum et exordium sancte habitatiõis tue. Nã ille adhuc cathecuminus: et hec recens erat. Itaq̃ illa exiluit pia trepidatiõe ac tremore. et q̃uis mihi nõdũ fideli: ti muit tñ vias distortas: in quibꝰ ambu lant q̃ ponũt ad te tergũ et non faciem. Hei mihi et audeo dicere tacuisse te de us meꝰ cũ irẽ ad te longiꝰ. Ita ne tu ta cebas tũc mihi? Et cuius erãt nisi tua verba illa p matrẽ meã fidelẽ tuã que cantasti in aures meas. Nec inde q̃cq̃ descendit in cor meum vt facerem illud. Volebat eĩ illa et secreto meminit me monuerit cũ sollicitudine ingenti ne forni carer: maximeq̃ ne adulterarẽ cuiusq̃ vxorẽ. Qui mihi monitꝰ muliebres vi debantur: quibus obtẽpare erubescerẽ Illi aũt tui erãt et nesciebã: et te tacere putabã atq̃ illã loqui p quam mihi tu nõ tacebas. et in illa ɔtẽnebaris a me fi lio eius: filio ancille tue seruo tuo.

D Sz nesciebã: et preceps ibam tan ta cecitate: vt inter coetaneos meos pu deret me minoris dedecoris: q̃ audie bam eos iactantes flagitia sua: et tanto gloriãtes magis q̃to magis turpes es sent: et libebat malum facere non solum libidine facti: verũetiã laudis. Quid dignũ est vituperatione: nisi vicium? Ego ne vituparer viciosior fiebã: et vbi non suberat quo admisso equarer perditis fingebã me fecisse qd non feceram: ne vi derer abiectior quo eram innocentior: et ne vilior haberer quo eram castior.

Ecce cũ quibus comitibus iter agebam platearũ babilonie: et volutabar in ce no eius tanq̃ in cinamomis et vnguen tis preciosis: et in vmbilico eius quo te nacius hererẽ. Calcabat me inimicus inuisibilis et seducebat me: q2 ego sedu ctilis eram. Non eñ et illa que iam de medio babylonis fugerat: sed ibat i ce teris eius tardior mater carnis mee si cut monuit me pudicitiam: ita curauit qd de me a viro suo audierat. Iãq̃ pe stilentiosum et in posterũ piculosum sen tiebat coercere termino cõiugalis affe ctus si resecari ad viuum nõ poterat. nõ curauit hoc: q2 metus erat ne impedire tur spes mea compede vxoria. Nõ spes illa quã in te futuri seculi habebat ma ter: sed spes litterarum quas vt nossem nimis volebat parẽs vterq̃. Ille quia de te prope nihil cogitabat. de me autẽ inania: illa autẽ quia non solum nullo detrimento: sed etiam nõnullo adiumẽ to ad te adipiscendum profutura existi mabat vsitata illa studia doctrine. Ita enim conijcio recolens vt possum mo res parẽtũ meorũ. E Relaxabantur etiã mihi ad ludendũ habene vltra tẽ peramentũ seueritatis in dissolutionem affectionũ variarũ: et in oĩbus erat cali go intercludens mihi deus meus sere nitatẽ veritatis tue: et prodiebat tanq̃ ex adipe iniqtas mea. Furtũ certe pu nit lex tua dñe. et lex scripta in cordibus hoĩn quã ne ipsa quidẽ delet iniquitas Quis eni fur equo animo furem pati tur? Nec copiosus adactum inopia. Et ego furtũ facere volui et feci nulla com pulsus egestate: nisi penuria et fastidio iusticie et sagina iniquitatis. Nam id furatus sum quod mihi abundabat: et multo melius. Nec ea re volebam frui quam furto appetebam: sed ipso furto et peccato. Arbor erat pirus in vicinia

vinee nostre pomis onusta nec fora nec
sapore illecebrosis. Ad hanc excutiēdā
atq asportandam nequissimi adolescē-
tuli perreximus nocte intempesta: quo-
usq ludum de pestilentie more in areis
produxeramus: τ abstulimus inde one-
ra ingentia: non ad nostras epulas: sed
vel proiicienda porcis etiam si aliquid
inde comedimus: dum tamen fieret a
nobis q eo liberet quo non liceret. Ec-
ce cor meum deus meus: ecce cor meū
quod miseratus es in imo abyssi. Di-
cat tibi nunc ecce cor meum quid tibi
querebat vt essem gratis malus: et ma
licie mee causa nulla esset nisi malicia.
Feda erat et amaui eam. Amaui
perire. amaui defectum meum. non illō
ad quod deficiebam: sed defectum me-
um ipsum amaui turpis anime τ dissi-
liens a firmamēto tuo in exterminium
non de decore aliquid sed dedec⁹ appe-
tens. F Etenim speci-
es est pulchris corporibus τ auro et ar-
gento τ omnibus τ in contactu carnis
congruentia valet plurimum: ceterisq
sensibus est sua cuiq accōmodata mo-
dificatio corporum habet etiam honor
temporalis τ imperitandi atq superandi
potentia suum decus. vnde etiam vindi
cte auiditas orit. τ tamen in cuncta hec
adipiscenda non est egrediendum abs
te domine: neq deuiandum a lege tua.
Et vita qua hic viuimus habet illece-
bram suam propt quēdam modum de-
coris sui τ conuenientiam cum his om-
nibus infimis pulchris. Amicitia quo-
q hominū caro nodo dulcis est propter
vnitatem de multis animis. Propt vni
uersa hec atq huiusmodi petm admit-
tit: dum immoderata in ista inclinatio-
ne cum extrema bona sint meliora τ summa
deserunt tu domine deus noster τ veri-
tas tua τ lex tua. Habēt enim τ hec ima
delectationes: sed non sicut deus meus:
qui fecit omnia: quia in ipso delectat iu
stus. τ ipse est delicie rectorum corde.
Cum itaq de facinore querit qua cau-
sa factum sit: credi non solet nisi cum ap
petitus adipiscēdi alicuius illorum bo
nor q infima diximus eē potuisse appue
rit: aut metus amittēdi. Pulchra sunt
enim τ decora qq p bonis superiorib⁹ τ
beatificis abiecta τ iacētia. Homicidium
fecit. Cur fecit? Adamauit eius coniu-
gē aut prediū: aut voluit depdari vnde
viueret: aut timuit ab illo tale aliquid
amittē: aut lesus vlcisci se exarsit. Num
homicidium sine causa faceret ipso ho-
micidio delectatus? Quis crediderit?
Nam τ de quo dictum est vecordi τ ni-
mis crudeli homine q gratuito poti⁹ ma
lus atq crudelis erat. Predicta est ta-
mē causa ne p ocium inquit torpesceret
manus aut animus. Quare id quoq?
Cur ita? Ut scilicet illa exercitatione sce-
ler capta vrbe honores imperia diuitias
assequeret: τ careret metu legum: τ diffic
tate rer propt inopiam rei familiaris:
τ conscientiam scelerum. Nec ipse igit ca-
tilina amauit facinora sua: sz vtiq aliō
cuius causa illa faciebat. G
Quid ego miser in te amaui o furtum
meū o facinus illud meū nocturnū sexti
decimi anni etatis mee? Non enim pul
chrum eras cum furtum esses. Aut vero
aliquid es vt loquar ad te? Pulchra e-
rant poma illa que furati sumus: quo-
niā creatura tua erant pulcherrime oī-
um creator: oīm deus bone: deus sum-
mum bonum τ verū meum.
Pulchra erant illa poma: sz non ipa cō
cupiuit anima mea miserabilis. Erat eī
mihi meliorum copia: illa aūt decerpsi
tantum vt furarer. Nā decerpta pieci:
epulatus inde solā iniquitatē qua leta-
bar fruēs. Nam τ si qd illor pomorum
intrauit in os meū: cōdimētū ibi facin⁹
erat. Et nunc dñe deus meus q̄ro quid
me in furto delectauerit: τ ecce species
nulla est. Non dico sicut in equitate at-
prudentia: sed neq sicut in mente homi
nis atq memoria et sensibus et vege-
tante vita. neq sicut speciosa sunt side-
ra et decora locis suis: et terra et ma-
re plena fetibus qui succedunt nascen-
do decedentibus non saltem vt est que-
dam defectiua species et vmbratica vi-
ciis fallentibus. Nam et superbia celsi-
tudinem imitat cū tu sis vnus sup om-
nia deus excelsus. Et ambitio quid nisi

honores querit et gloriam: cum tu scis cunctis honorandus vnus et gloriosus in eternum. Et seuitia potestatem timeri vult. Quis autem timendus nisi vnus deus? Cuius potestati eripi aut subtrahi qd pōt: qñ et vbi aut quo vel a quo pōt? H Et blanditie lasciuientium amari volunt: sed neq3 blandius ē aliqd tua charitate: nec amat quicq3 salubrius q̄ illa pre cunctis formosa et luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videt studiū sciētie: cum tu oia sūme noueris. Ignorantia quoq3 ipsa atq3 stulticia simplicitatis et innocentie nomine tegitur: quia te simplicius quicq3 non repit. Quid autē te innocētius. qñ quidē opa sua malis inimica sunt? Et ignauia quasi quietē appetit. Que vero quies certa preter dominum? Luxuria satietatē atq3 abundantiam se cupit vocari: tu aūt es plenitudo et indeficiēs copia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtendit vmbrā: sed bonorū oim largitor affluentissimus tu es. Auaritia multa possidere vult: et tu possides omia. Inuidia de excellentia litigat: qd te excellentius? Ira vindictam querit: te iustius quis vindicat? Timor insolita et repentina exhorrescit: rebusq3 amantur aduersantia: dum precauet securitati. Tibi enim quid insolitū: qd repentinum? Aut quis a te separat qd diligis? Aut vbi nisi apud te firma securitas? Tristicia reb9 amissis cōtabescit q̄bus se ablectabat cupiditas. quia ita sibi nollet sicut tibi auferri nichil potest. Ita fornicatur aia cum auertit abs te. et querit extra te ea que pura et liquida nō iuenit nisi cū redit ad te. I

Peruerse te imitantur omnes qui longe se a te faciunt: et extollunt se aduersū te. Sed etiā sic te imitādo indicant creatorem te esse ois nature: et ideo non esse quo a te oimodo recedat. Quid ergo in illo furto ego dilexi: et in quo dominū meum vel viciose atq3 puerse imitatus sum? An libuit facere contra legem: saltem fallacia: quia potentatu non poteram? vt mancam libertatem captiuus imitarer faciendo impune: qd non licebat tenebrosa omnipotētie similitudine. Ecce est ille seruus fugiens dnm suum et consecutus vmbrā. O putredo. O mōstrū vite et mortis pfūditas. Potuit ne libere qd non licebat nō ab aliud nisi qz non licebat? Quid retribuam domino quod recolit hec memoria mea et aia mea non metuit inde? Diligam te dñe et grās agam et confitear nomini tuo: qm̄ tāta dimisisti michi mala et nefaria opa mea. Grē tue deputo et mie tue: q2 pctā mea tāq3 glaciē soluisti: grē tue deputo et q̄cūq3 nō feci mala. K

Quid enim non facere potui: q̄ etiā gratuitū facinus amaui? Et omnia michi dimissa esse fateor: et q̄ mea sponte feci mala. et q̄ te duce non feci. Quis est hominū: q̄ suā cogitans infirmitatem: audet viribus suis tribuere castitatē atq3 innocētiā suā: vt minus amet te: qsi minus ei necessaria fuerit misericordia tua qua donas pctā conuersus ad te? Qui eni vocat9 a te secutus est vocē tuā: et vitauit ea q̄ me de ipso recordantē et fatētē legit: non me derideat ab eo medico egrum sanari: a quo sibi prestitum ē vt non egrotaret: vel potius vt min9 egrotaret. Et iō te tantūdē immo vo āpli9 diligat: qz p quē me videt tantis pctōr inceor langorib9 erui. p eū se videt tantis pctōrū languorib9 nō iplicari. Quē fructum habui miser aliqñ in his q̄ nūc recolens erubesco: maxime in illo furto in quo ipsum furtum amaui nichil aliō cum et ipm esset nihil? Et eoipso ego miserior. Et tñ solus id non fecissem: sic recordor animum tunc meum: solus omī modo id non fecissem. Ergo ibi amaui etiam consortium eorum cum quibus id feci. Non ergo nichil aliud q̄ furtū amaui. immo vero nichil aliud: quia et illud nihil est. Quid est reuera? Quis ē q̄ doceat me nisi q̄ illuminat cor meū et discernit vmbras eius.

L Quid est quod michi venit ī mentem querere et discutere et considerare? Quia si tunc amarem poma illa que furatus sum: et eis frui cuperem: possem etiam solus si satis essē committere illam iniquitatem: qua peruenirē ad

voluptatem meam. nec confricatiōe cō scio4um animo4um accenderem pruri- tū cupiditatis mee. Sed quoniam in il lis pomis voluptas mihi non erat. ea erat in ipso facino4e quā faciebat con- so4tium simul peccantiū. Quid erat il- le affect⁹ animi? Certe eni plane turpis erat nimis. ⁊ ve mihi erat qui habeba3 illum. Sed tamē quid erat? Delicta q̄s intelligit? Risus erat: quasi titillato co4 de: q̄ fallebamus eos: qui hec a nobis fieri non putabant: ⁊ vehementer nole- bant: Cur ergo eo me delectabat. quo id non faciebam solus? An quia etiam nemo facile solus ridet? Nemo quide3 facile: sed tamen etia3 solos et singulos homines: cum alius nemo p̄sens est. vincit risus aliquādo: si aliquid nimie ridiculum vel sensibus occurrerit vel animo. At ego illud solus non facerem non facerem omnino solus. M

Ecce est co4ā te deus meus viua reco4- datio anime mee: solus non facerē fur- tum illud: in quo me non libebat id qd̄ furabar. sed quia furabar qd̄ me solu3 facere p4o4sus non liberet nec facerem. O nimis inimica amicitia: seductio mē- tis inuestigabilis ex ludo ⁊ ioco nocen di auiditas: et alieni damni appetitus. nulla lucri mei: nulla vlciscendi libidi- ne: sed cum dr̄. eamus. faciamus. ⁊ pu- det nos esse impudētē. Quis exaperit istā to4tuosissimā ⁊ iplicatissimā nodo- sitatē. Feda est: nolo i eā intēdere nolo eam videre. Te volo iusticia ⁊ inocētia pulchra ⁊ deco4a honestis luminibus ⁊ insatiabili satietate. Quies est apud te valde ⁊ vita imperturbabilis. Qui in- trat in te intrat in gaudiū dn̄i sui: et nō timebit: ⁊ habebit se optime in optimo Defluxi abs te ego et errauj deus me⁹ nimis deuius a stabilitate tua in adole scentia: ⁊ factus sum mihi regio egesta tis.

¶ Explicit liber secundus.

Incipit tertius. N

Veni carthagi nem: ⁊ circumstrepebat me vndiq̄ sartago flagitio4u3 amo4um. Nondum ama- bam et amare amabam: ⁊ secretio4e in digentia oderam me minus indigentē. Querebam quid amarem amās ama re: ⁊ oderam securitatē ⁊ viam sine mu scipulis. Quoniā fames michi erat ît⁹ ab interio4i cibo teipso deus meus ⁊ ea fame non esuriebam: sed eram sine desi derio alimento4um inco4ruptibiliū. nō quia plenus eis eram: sed quo inanio4 eo fastidiosio4. ⁊ ideo non bene valebat anima mea ⁊ vlcerosa p4oiiciebat se fo ras miserabiliter scalpi auida contactu sensibilium Sed si non haberent animā non vtiq̄ amarentur. Amare ⁊ amari dulce michi erat: magis si etiam aman tis co4po4e fruerer Uenam igitur ami citie coinquinabam so4dibus concupi- scentie: cando4ēq̄ eius obnubilabā de tartaro libidinis. ⁊ tamen fedus atq̄ i- honestus elegans ⁊ vrbanus esse gestie bā abundanti vanitate. Rui etiā i amo- rē quo cupiebam capi Deus meus mi- serico4dia mea quanto felle mihi suaui- tatē illā ⁊ q̄ bonus aspersisti: q4 et ama tus sum: ⁊ perueni occulte ad vinculum fruendi ⁊ colligabar letus erūnosis ne- xibus vt cederer virgis ferreis ardenti bus zeli ⁊ suspitionū ⁊ timo4ū ⁊ irarum atq̄ rixarum. Rapiebant me spectacu- la theatrica plena imaginibus miseria rum mearū: ⁊ fomitib⁹ ignis mei. O Quid est q̄ homo ibi vult dolere cūspe ctat luctuosa ⁊ tragica: que tamen pati ipse nollet? Et tamen pati vult ex eis dolo4em spectato4: ⁊ dolo4 ipse est volu- ptas eius. Quid est nisi miserabilis in sania? Nam eo magis eis mouetur: q̄s q̄: quo minus a talibus sanus est affe- ctibus: q̄q̄ cum ipse patitur miseria: cum aliis compatitur miserico4dia di- ci solet. Sed qualis tandem miserico4- dia in rebus fictis et scenicis? Non em̄ ad subueniendum p4ouocatur audito4 sed tm̄ ad dolendū inuitat. Et acto4i ea rum imaginū amplius fauet cū āplius

dolet. Et si calamitates ille hominũ vl antique vel false sic agantur. vt qui spectat nõ doleat: abscedit inde fastidiens & reprehendens. Si aũt doleat: manet intentus & gaudens. Lachryme ergo amantur & dolores. Certe ois homo gaudere vult. An cũ miserũ neminem esse libeat: libet tñ esse misericordem. Quod quia nõ sine dolore est: hac vna causa amantur dolores. Et hoc de illa vena amicitie est. Sed quo vadit: quo fluit? Ut qd decurrit in torrentẽ picis bulliẽtis estus immanis terrarũ libidinũ: in quo ipsa mutat & vertitur per nutum propriũ de celesti serenitate detorta atque deiecta. Repudief ergo mia? Nequaquam. Ergo amẽtur dolores aliquando. ¶ Sed caue immundiciam aia mea sub tutore deo meo: deo patrum nostrorũ: & laudabili & superexaltato in omnia secula. caue immũdiciã. Neque eñ nũc non misereor: sed tunc in theatris congaudebam amantibus: cum sese fruebantur p flagitia quamuis hec imaginarie gererentur in ludo spectaculi. Cũ aũt sese amittebant quasi misericors contristabar. & vtrunque delectabat tamen. Nũc vero magis misereor gaudentem in flagitio: quam velut dura perpessũ detrimento perniciose voluptatis & amissione misere felicitatis. Hec certe verior misericordia: sed non in ea delectaf cor. Nã & si approbaf officio charitatis q dolet miserum: mallet tñ vtique non esse qd doleret qui germanitus misericors est. Si eĩ est maliuola beniuolẽtia qd fieri nõ põt: põt & ille qui veraciter sinceriterque miseretur cupere esse miseros vt misereaf. Nonnullus itaque dolor approbandus: nullus amandus est. Hoc eñ tu dñe deus q aias amas: longe altque purius quam nos: & incorruptibilius misereris que nullo dolore sauciaris. Et ad hec qs idoneus? At ego tunc miser dolere amabã. & querebam vt esset qd dolerẽ. qñ mihi in erumna aliena et falsa & saltatoria ea magis placebat actio hystrionis: meque alliciebat vehementius qua mihi lachryme excutiebant. Quid autem mirum cum infelix pecus aberrans a grege tuo: & impatiens custodie tue turpi scabie fedaret? ¶ Et inde erant dolorũ amores nõ quibus altius penetrarer. nõ eñ amabam talia perpeti qualia spectarẽ: sed qbus auditis & fictis tanquam in superficie raderer quos tñ quasi vngues scalpentium feruidus tumor & tabes & sanies horrida consequebatur. Talis vita mea: nũqd vita erat deus meus? Et circũuolabat super me fidelis a longe mia tua. In quãtas iniquitates distabui: & sacrilegam curiositatem secutus sum: vt deserentem te deduceret me ad ima infida & circũuentoria obsequia demoniorũ: quibus immolabã facta mea mala: & in oibus flagellabas me. Ausus sum etiam in celebritate solẽnitatũ tuarũ intra parietes ecclesie tue cõcupiscere & agere negocium procurandi fructus mortis. Unde me verberasti grauibus penis: sed nihil ad culpam meã. O tu pregrãdis mia mea deus meus refugium meũ a terribilibus nocentibus in quibus vagatus sum prsidenti collo ad longe recedendum a te: amãs vias meas & nõ tuas: amans fugitiuã libertatẽ. Habebãt & illa studia que honesta vocabanf ductũ suũ intuentẽ fora litigiosa: vt excellerẽ in eis. eo laudabilior quo fraudulentior. Tãta est cecitas hominum de cecitate etiam gloriantium. ¶ Et maior iã erã in schola rhetoris & gaudebã superbe: & tumebam typo quamquam longe sedatior. dñe tu scis: & remotus oino ab euersionibus quas faciebãt euersores. Hoc eñ nomen sceuũ & dyabolicum velut insigne vrbanitatis est. Inter quos viuebam pudore impudẽti: quia talis non erã & cũ eis erã. Et amicitiis eorũ delectabar aliqñ: a quorũ semper factis abhorrebã: hoc est ab euersionibus qbus proterue insectabanf ignotorũ verecũdiã: quam perturbarent gratis illudendo atque inde pascendo maliuolas leticias suas. Nihil est illo actu similius actibus demoniorum. Quid itaque verius quam euersores vocãtur? Euersi plane prius ipsi atque peruersi deridentibus eos & seducentibus fallacibus occulte spiritibus: in eo ipso quo alios irridere amãt & fallere. Inter hos ego imbecilla

tunc etate discebam libros eloquētie: in
qua eminere cupiebam fine dānabili et
ventoso p gaudia vanitatis humane: z
vsitato iam discendi ordine pueneram
in librū quendam cuiusdam ciceronis:
cuius linguā fere oēs mirant: pect⁹ nō
ita. Sed liber ille ipsius exortationem
continet ad phliam: z vocat hortensius
Ille vo liber mutauit affectū meū: z ad
teipsū domie mutauit pces meas z vo-
ta ac desideria mea fecit alia. Uiluit mi
hi repente omnis vana spes: z immorta
litatem sapientie concupiscebā estu cor
dis icredibili: z surgere iā cepam vt ad
te redirē. S Nō.n.ad
acuēdā liguā: qd videbar emē matris
mercedib⁹: cū agerē annū etatis vnde-
uigesimū: iā defūcto pre ante biennium
Non g ad acuendam liguam referebaz
illū librū. neqz mihi locutionem sed qd
loquebat psuaserat. Quomō ardebam
deus meus: quomodo ardebam euola-
re a terenis ad te: z nesciebam quid age-
res mecū. Apud te est eni sapia. Amor
autem sapientie nomē grecū hz phliam
quo me accendebant ille lre. Sunt q se-
ducant p phliam magno z blādo z ho-
nesto nomie colorātes z fucantes erro-
res suos. Et ppe oēs q ex illis z supra
tpibus tales erāt notāt in eo libro z de
monstrant z manifestat ibi salutifera il
la admonitio spūs tui p seruū tuum bo
nū z piū. Uidete ne qs vos decipiat per
phliam z ianē seductionē sm traditio-
nem hoim. sm elemēta hui⁹ mūdi: z nō
sm xpm: qz in ipso inhabitat ois pleni-
tudo diuinitatis corpalr. Et ego illo tpe
scis tu lumē cordis mei. qm nōdū mihi
hec aplica nota erant. hoc tn solo dele-
ctabar in illa exhortatiōe q nō illā aut
illaz sectā: sed ipsā quecūqz essz sapiam
vt diligerē z qrerē z assequerer z tene-
rē atqz amplexarer fortit excitabar smo
ne illo z accendebar et ardebam: z hoc
solum me in tanta flagrantia refrange-
bat q nomen christi non erat ibi. quoni
am hoc nomē scōm miam tuam domie
hoc nomen saluatoris mei filij tui in ip
so adhuc lacte matris tenerum cor me-
um pie biberat z alte retinebat. z quic-
quid sine hoc nomine fuisset qūis litte
ratum z expolitū z veridicū non me to-
tum rapiebat. T Itēqz
institui animū intendere in scripturas
sanctas vt viderē quales essent. Et ecce
video rem non compertam superbis ne
qz nudatam pueris: sed incessu humilē
successu excelsam z velatam mysterijs.
z non eram ego talis vt intrare in eam
possem aut inclinare ceruicem ad eius
gressus. Non enim sicut modo loquor
ita sensi: cum attendi ad illam scriptu-
ram. sed visa michi est indigna quam
tulliane dignitati compararem. Tu-
mor enim meus refugiebat moduz ei⁹:
et acies mea non penetrabat interiora
eius. Uerumtamen illa erat que cresce-
ret cum paruulis. sed ego dignabar es-
se paruulus: et turgidus fastu michi
grandis videbar. Incidi itaqz in ho-
mines superbe delirantes et carnales
nimis et loquaces: in quorū ore laquei
dyaboli z viscum confectum cōmixtiōe
syllabarum nominis tui sed z dñi nostri
iesu christi et paracliti consolatoris no-
stri spiritussancti. Hec enim omnia non
recedebant de ore eorum: sed sonote-
nus et strepitu lingue ceterum cor ina-
ne veri. Et dicebant veritas et veritas
et multi eam dicebant michi: et nusq̄
erat in eis: sed falsa loquebantur non
de te tantum qui vere veritas es: sed eti
am de istis elementis huius mūdi crea
turis tuis. de quibus etiam vera dicen
tes philosophos transgredi debui pre
amore tuo: mi pater summe bone pul-
chritudo pulchrorum omnium. O veri
tas veritas. q intime etiam tunc me-
dulle animi mei suspirabāt tibi. cum te
illi sonarent michi frequent et multipli
citer voce sola et libris multis et ingen
tibus: et illa erāt fercula in quibus mi-
chi esuriēti te inferebantur pro te sol et
luna pulchra opera tua: sed tamen ope
ra tua nō tu: nec ipsa pria. Priora eniz
spiritualia opera tua: q ista corporea:
qūis lucida et celestia. At ego nec prio
ra illa: sed teipsam te veritas. in qua
non est commutatio: nec momenti ob-
umbratio. esuriebam z sitiebam: z ap-

ponebantur adhuc michi in illis fercul'
fantasmata splendida: qbus iam meli=
us erat amare istũ solem saltẽ istis ocu
lis verũ: q̃ illa falsa aĩo decepto p ocu=
los. A Et tñ q2 te potabam mã
ducabã. nõ auide qdez: q2 nec sapiebas
in ore meo sicuti es. neq3 enim tu eras
illa figmẽta inania: nec nutriebar ex eis:
sed exhauriebar magis. Cibus enim in
somnis simillimus est cibus vigilantiũ
quo tamen dormientes nõ aluntur: dor
miunt enim. At illa nec similia erant vl
lo modo tibi sicut nunc michi locut9 es
q2 illa erant corporalia fantasmata fal=
sa corpora. qbus certiora sunt vera cor=
pora ista que videmus visu carneo siue
celestia siue terrestia cum pecudibus z
volatilibus. Uidemus hec et certiora
sunt q̃ cum imaginamur ea. Et rursus
certius imaginamur ea: q̃ ex eis suspi=
camur alia grandiora z infinita q̃ oino
nulla sunt: qualibus ego tunc pascebar
inanib9 z non pascebar. At tu amor me
us in quem deficio vt fortis sim: nec ista
corpora es q̃ videmus q̃q̃ in celo nec
ea es que non videmus ibi: q2 tu ista cõ
didisti. nec in summis tuis cõditionib9
habes. Quanto ergo longe es a fantas=
matibus illis meis fantasmatibus cor
porum que omnino non sunt: quibus
certiores sunt fantasie corporuz eorum
q̃ sunt: z eis certiora corpora: q̃ tñ nõ es
sed nec aĩa es q̃ vita est corpor3. Jdõ me=
lior vita corpor3. certiorq3 q̃ corpa. Sz
tu vita es aĩar3: vita vitar3 viuens teip=
sa z nõ mutaris vita aĩe mee. Ubi g̃ mi
hi tunc eras: z q̃ longe? Et lõge pegri=
nabar abs te exclusus. z a siliquis por=
corum quos de siliquis pascebã? Quã=
to enim meliores grammaticor3 z poe=
tar3 fabelle q̃ illa decipula. Nam vsus
z carmen et medea volãs vtiliores cer=
te q̃ quinq3 elementa varie fucata pro=
pter quinq3 antra tenebrarũ: q̃ omnino
nulla sunt z occidunt credentem. Nam
versũ z carmẽ etiã ad vera pulmẽta trãs=
fero. X Uolantem aũt
medeã z si cãtabã nõ asserebã: z si cãta
ri audiebã: nõ credebã. illa aũt credidi.
Ue ve qbus gradibus deductus sum in
profunda inferi? quippe laborãs z estu
ans inopia veri: cũ te deus meus. Tibi
em̃ confiteor q̃ me miseratus es: z non=
dum confitẽtẽ. cũ te nõ s̃m mentis intel
lectũ: quo me p̃stare voluisti beluis sed
s̃m sensum carnis quererem. Tu autez
eras interior intimo meo. z superior sũmo
meo. offendi in illam mulierem audacẽ
inopẽ prudentie: enigma salomonis. se=
dentem sup sellam in foribus z dicentez
panes occultos libenter edite: z aquaz
dulcẽ furtiuã bibite. Que me seduxit q2
inuenit foris habitantem in oculo car=
nis mee z talia ruminantem apud me:
qualia p illum vorassem. Nesciebã eniz
aliud vere qd est: z q̃si acutule mouebar
vt suffragarer stultis deceptoribus cuz
a me q̃rerent: vñ malum. z vtrum forã
corporea deus finiret: z haberet capil=
los z vngues. z vtrum iusti existimandi
essent qui haberent multas vxores simul
z occiderent homines: z sacrificarent de
animalibus. Quibus rebus ignarus
pturbabar: z recedens a veritate: ire i
eã michi videbar: q2 nõ nouerã malum
non esse nisi priuationẽ boni vsq3 ad qd
oino non est. Qd vnde viderem: cuius
videre vsq3 ad corpus erat oculis: z aĩ=
me vsq3 ad fantasma. Et non noueram
deũ esse spiritũ: cui non membra essẽt p
longũ z latum. nec cui moles esset: quia
moles in parte minor est q̃ in toto suo
z si infinita sit: minor est i aliqua parte
certo spacio definita q̃ per infinitũ. z nõ
est tota vbiq3 sicut spũs sicut deus.
Y Et qd i nob esset s̃m qd essem9
similes deo. z recte in scripturis dicere=
mur ad imaginem dei: prsus ignorabã
z non noueram iusticiam veram interio=
rem nõ ex consuetudine iudicantem: sz
ex lege rectissima dei omnipotentis: qua
formarent mores regionum z dieruz p
regionibus z diebus: cum ipa vbiq3 ac
semp esset nõ alibi alia: nec alias aliter:
s̃m q̃ iusti essent abraham z ysaac z ia
cob z moyses z dauid. z illi omnes lau
dati ore dei: sed eos ab imperitis iudi=
cari iniquos iudicantibus ex humano die
z vniuersos mores humani generis ex
parte moris sui metientibus. tanq̃ si

quis nesci' in armamētis qd cuiq; mē bro accomodatū sit:ocrea velit caput contegi:et galea calciari. ⁊ murmuret q' non apte conueniat. aut in vno die in dicto a pmeridianis horis iusticio dē q̄ stomachetur:non sibi concedi qd venale proponere. q: mane concessum est. aut in vna domo videat aliquis tractari manib' a quoq; seruo qd facere non sinat qui pocula ministrat. aut aliquid post presepia fieri qd an̄ mensam prohibeatur:et indignet. cū sit vnū habitaculum et vna familia. nō vbiq; atq; oībus idē tribui. Sic sunt isti qui indignātur cū audierint illo sclo licuisse iustis aliquid:qd isto nō licet iustis. ⁊ quia illis aliud precepit de':istis aliud p tpalib' causis. cum eidem iusticie vtriq; seruierint:cū in vno homie et in vno die: et in vnis edib' videant aliud alij membro congruere:et aliud iā dudum licuisse ⁊ post horā non licere:quiddam ī illo angulo permitti aut iuberi qd ī isto iuste vetet et vindicetur. Nunqd iusticia varia est ⁊ mutabilis? 3 Sed tpa q̄ bus presidet nō parit eunt. tpa eni sunt Hoīes aūt quoꝝ vita sup terraȝ breuis est:q: sensu nō valēt causas contexere seculoꝝ priorū aliarūq; gentium: quas experti non sunt cum his quas experti sunt in vno autē corpore vel die vel domo facile possunt videre quid cui membro quibus momentis quib' partibus personisve cōgruat. In illis offenduntur:hic seruiunt. Hec ego tūc nesciebā ⁊ non aduertebam ⁊feriebant vndiq; ista oculos meos ⁊ nō videbā. Et cātabam carmina. ⁊ non mihi licebat ponere pedem quēlibet vbilibet : sed in alio atq; alio metro alit atq; alit:⁊ in vno aliquo versu:nō omnib' locis eundē pedē. Et ars ipsa q̄ canebam non habebat aliud alibi:sed oia simul. Et non intuebar iusticiā cui seruirent boni ⁊ sctī homines: longe excellenti' atq; sublimi' habere simul oia q̄ precepit. ⁊ nulla ex parte variari:⁊ tn̄ varijs tpibus non omnia simul:sed propria destribuentem ac precipientē. Et reprehendebam cecus pios patres nō soluȝ sicut deus iuberet atq; inspiraret vtentes presentibus: verum quoq; sicut de' reuelaret futura pnūciātes. A Nunquid aliquando aut alicui iniustū est diligere deum ex toto corde:ex tota anima:ex tota mēte:⁊ diligere proximum tanq̄ seipsum. Itaq; flagitia q̄ sunt contra naturā vbiq; ac semper detestanda atq; puniēda sunt:qualia sodomitarum fuerāt. Que si omnes gentes facerēt:eodem crimis reatu diuina lege tenenerent:q̄ nō sic fecit homines vt se illo vterentur modo. Uiolat quippe ipa societas q̄ cum deo nobis esse debet:cū eadē natura cuius ille auctor est. libidinis puersitate polluitur. Que auteȝ contra mores hominū sunt flagitia. pro moꝝum diuersitate vitanda sunt:vt pactum int se ciuitatis aut gentis consuetudine vl' lege firmatum. nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis ps est vniuerso suo non congruens. Cum autē deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibȝ iubȝ. ⁊ si nunq̄ ibi factum est:faciēdum ē. ⁊ si omissum:instaurandum. ⁊ si institutum non erat instituēdum ē. Si.n. regi licet in ciuitate cui rgnat iubē aliquid:quod neq; an̄ illum quisq̄:nec ipse vnq̄ iusserat: ⁊ non contra societatē ciuitatis eius obtemperat. immo contra societatē non obtemperat. Gñale quippe pactum est societatis humane obedire rgibus suis. quanto magis deo rgnatori vniūse creature sue ad ea que iusserit sine dubitatione suiendum ē? Sicut enim in potestatibus societatis humāe maior potestas minori ad obediendum preponitur:ita deus omnibus. B Itē in facinoribus vbi libido ē nocēdi siue p contumeliam siue p iniuriam: et vtrumq; vel vlciscendi causa: sicut inimico inimicus vl' adipiscendi alicuius extra commodi:sicut latro viatori. vel euitandi mali:sicut ei qui timet. vel inuidēdo:sicut feliciori miserior:aut in aliquo prosperatus ei quem sibi equari tiet aut equalē dolet:vl' sola voluptate alieni mali: sicut spectatores gladiatorum aut irrisores aut illusores quorumlibet et

Hec sunt capita iniquitatis. que pullulant
principandi ꝛ spectandi ꝛsentiendi libi-
dine. aut vna aut duabus earum aut si-
mul omnibus. Et viuitur male aduer-
sus tria ꝛ septē. psalteriū decē chordaꝝ
decalogū tuū. deus altissime ꝛ dulcissi-
me. Sed que flagitia in te q̄ non corrū-
peris? Aut q̄ aduersus te facinora cui
noceri nō potest? Sꝫ hoc vindicas qḋ i
se homines perpetrant: qꝛ etiam cum i
te peccant impie faciunt in aias suas:
ꝛ mentitur iniq̄tas sibi siue corrūpēdo
ac ꝑuertēdo naturam suam quā tu feci
sti ꝛ ordinasti. vel immoderate vtendo
cōcessis rebus. vel in nō cōcessa flagrā-
do ieum vsum q̄ est contra naturā. aut
rei tenētur aio ꝛ verbis seuiētes aduer
sus te ꝛ aduersus stimulū calcitrantes
aut cū diruptis limitib⁹ humane socie-
tatis letantur audaces priuatis cōcilia
tionib⁹ aut direptionibus ꝓut quiq̄ de
lectauerit aut offenderit: ꝛ ea fiūt cum
tu dereliqueris fons vite: qui es vnus ꝛ
verus creator et rector vniuersitatis: ꝛ
priuata superbia diligitur i parte vnuꝫ
falsū. ℭ Itaq̄ pietate humili re-
ditur in te: ꝛ purgas nos a consuetudi-
ne mala et propicius es pctis cōfitenti
um: ꝛ exaudis gemit⁹ cōpeditorum: et
soluis a vinculis q̄ nobis fecim⁹ si iam
nō erigamus aduersus te cornua false
libertatis auaricia pl⁹ habēdi: ꝛ dam-
no totum amittēdi ampli⁹ amando ꝓ-
priū nostrū q̄ꝫ te oim bonum. Sed inter
flagitia ꝛ facinora ꝛ tam multas iniq̄ta
tes sunt pctā ꝓficientiū: q̄ a bn̄ iudican-
tibus ꝛ vituperant̄ ex regula perfectio-
nis. ꝛ laudantur spe frugis sicut herba
segetis. Et sūt quedā similia vl̄ flagitio
vel facinori: ꝛ non sūt pctā: qꝛ nec te of-
fendunt dn̄m ꝛ deū nostrum: nec sociale
consortium cū cōciliant̄ aliqua in vsum
vite cōgrue tēpori. ꝛ incertū est an libi-
dine habēdi aut puniunt̄ corrigēdi stu-
dio potestate ordinata: ꝛ incertum est
an libidine nocendi. Multa itaq̄ facta
que hominibus improbanda videntur
testimonio tuo approbata sunt: ꝛ mul-
ta landata ab hominibus te teste dam-
nantur: cum sepe se aliter habet species
facti. ꝛ aliter facientis animus: atq̄ ar-
ticulus occulti temporis. Cum vero ali
quid tu repente inusitatum ꝛ improui-
sum impas: etiā si hoc aliqn̄ vetuisti. q̄ꝫ-
uis causam imperij tui pro tp̄e occultes
ꝛ q̄ꝫuis contra pactū sit aliquorū homi
num societatis: q̄s dubitet esse facien-
dum quando ea iusta est societas hoim
q̄ seruit tibi? Sed beati q̄ te imperasse
sciunt. Fiunt enim omnia a seruiētibus
tibi vel ad exhibēdum qḋ ad p̄sens op⁹
est. vel ad futura prenuncianda.
D Hec ego nesciēs irridebā il-
los sctōs suos ꝛ ꝓphetas tuos. Et q̄d
agebā cū irridebā eos: nisi vt irriderer
abs te sensim atq̄ paulatim perductus
ad eas nugas vt crederem ficum plo-
rare cum decerpit̄ ꝛ mr̄em eius arborē
lachrymis lacteis? Quam tamē ficum
si comedisset aliq̄s sctūs alieno sane non
suo scelere decerptam. misceret visceri-
bus ꝛ anhelaret de illa āgelos: immo
xp̄o particulas dei gemendo in oratiōe
atq̄ ructando: que particule summi et
veri dei ligate fuissent in illo pomo: nisi
electi sancti dente ac ventre soluerentur
Et credidi miser magis esse misericor-
diam p̄standam fructibus terre q̄ꝫ hoi-
bus ꝓpter quos nascerent̄. Si q̄s enim
esuriens peteret q̄ manachꝫus nō esset.
q̄si capitali supplicio dāpanda buccella
videret̄ si ei daret̄. Et misisti manū tuā
ex alto. ꝛ de hac ꝓfunda caligine erui-
sti aiam meā: cum pro me ploraret ad
te mea mater fidel' tua amplius q̄ꝫ flēt
matres corporea funera. Uidebat eniꝫ
illa mortem meam ex fide ꝛ spū quē ha
bebat ex te: ꝛ exaudisti eam domine. Ex
audisti eam: nec despexisti lachrymas
eius: cum profluentes rigarent terram
sub oculis ei⁹: in oī loco orōnis ei⁹: ꝛ ex
audisti eam. Nam vn̄ illud somnium q̄
eam consolatus es vt viuere me secum
crederet. ꝛ habere mecum eandē mensā
in domo. qḋ nolle cepat aduersans ꝛ de
testās blasphemias erroris mei. Uidit
enim se stantem in quadā regula lignea
ꝛ aduenientē ad se iuuenē splendidum
hilarē atq̄ arridentē sibi cū illa esset me
rens ꝛ merore confecta. E

Qui cum causas ab ea quesisset mesti-
cie sue: quotidianarūq; lachrymarum
docendi vt assolet non discēdi gratia at
q; illa respōdisset pditionē meā se plan
gere: iussisse illū q̄ secura esset atq; ad-
monuisse vt attenderet ꝛ videret vbi es
set illa ibi esse ꝛ me. Q̄d illa vbi atten-
dit vidit me iuxta se in eadem regula
stantem. Unde hoc: nisi q̄r erant aures
tue ad cor eius? O tu bone oīpotens q̄
sic curas vnumquēq; nostrum tanq̄ so-
lum cures: ꝛ sic omnes tanq̄ singulos.
Un̄ illud etiā q̄ cū mihi narrasset ipm
visum. ꝛ ego ad id trahere conarer: vt
illa se potius non desperaret futurā esse
qd̄ erā: cōtinuo sine aliq̄ hesitatione nō
inq̄t. non eñ mihi dictū est: vbi ille ibi ꝛ
tu: sed vbi tu ibi ꝛ ille. Cōfiteor tibi dn̄e
recordationem meam quātum recolo:
q̄ sepe non tacui: amplius me isto per ma
trē vigilantem responsio tuo: q̄ tā vici-
na interp̄tationis falsitate turbata non
est. ꝛ tā cito vidit qd̄ vidēdum fuit. quod
ego certe anteq̄ dixisset non viderā. etiā
tū fuisse cōmotū q̄ ipso somnio: quo fe
mine pie gaudiū tanto post futurū ad
cōsolationem tūc presentis sollicitudis:
tanto an̄ predictū est. Nam nouē ferme
anni secuti sūt: quibus ego i illo limo p
fundi ac tenebris falsitatis: cū sepe sur
gere conarer: ꝛ grauius alliderer volu-
tatus sum. cum tñ illa vidua casta pia
ꝛ sobria quales amas: iā quidē spe ala
crior: sed fletu ꝛ gemitu nō segnior: non
desineret horis omnib⁹ orationū suaruȝ
de me plangere ad te: ꝛ intrabāt in con-
spectū tuū p̄ces ei⁹. ꝛ tamen me dimit-
tebas adhuc volui ꝛ inuolui in illa ca-
ligine. ¶ Et dedisti alterū re-
sponsum interi qd̄ recolo. Nā ꝛ multa
p̄tereo ꝓpt qd̄ ꝓpero ad ea que me ma
gis vrgent ꝯfiteri tibi: ꝛ multa non me-
mini. Dedisti ergo alterū p sacerdotem
tuum quendā epm nutritū i ecclia ꝛ ex
ercitatum in libris tuis. Quē cū illa fe
mina rogasset vt dignaret̄ mecū colloq̄
ꝛ refellere errores meos. ꝛ dedoceret
me mala: ac doceret bona: faciebat eni
hoc si quos forte idoneos inuenisset:
noluit ille prudenter sane quantum sen-
si postea. Respondit enim me adhuc es-
se indocilem: eo q̄ inflat⁹ essem nouita
te heresis illius: ꝛ nonnullis questiun-
culis iam multos impitos exagitasseȝ
sicut illa indicauerat ei. Sed sine inq̄t
illum ibi: et tm̄ roga pro eo dn̄m: ipe le
gendo reperiet quis ille sit error ꝛ quā
ta impietas. Simul etiam narrauit se
quoq; paruulum a seducta matre sua
datum fuisse manicheis. ꝛ oēs pene nō
legisse tātum: verūetiam scriptitasse li-
bros eorum. sibiq; apparuisse nullo cō
tra disputante et cōuincente q̄ esset il-
la secta fugienda: itaq; fugisse. Que cū
ille dixisset: atq; illa nollet acquiescere:
sed instaret magis deprecando ꝛ vber-
tim flēdo vt me videret et mecum disse
reret: ille iam substomachans tedio:
vade inquit a me: ita viuas. fieri enim
non potest vt filius istarum lachrimaꝝ
pereat. Quod illa ita se accepisse inter
colloquia sua mecum sepe recordabat̄:
ac si de celo sonuisset.

¶ Explicit liber tertius.

Incipit quart⁹. G

PEr idem tem-
pus annorū nouē ab vnde-
uigesimo āno etatis mee vsq;
ad duodetrigesimum sedu
cebamur: falsi atq; fallentes in variis
cupiditatibus: et palam: per doctri-
nas quas liberales vocant: occulte:
autem falso nomine religionis. Hic su-
perbi: ibi superstitiosi: vbiq; vani ac po
pularis glorie sectantes inanitatē vsq;
ad theatricos plausus et contentiosa:
certamina et agonem coronarum fene
arum et spectaculorum nugas: et intē-
perantiam libidinum.
Illac autem purgari nos ab istis sordi
b⁹ expetētes cū eis qui appellarent̄ ele

cti ꝛ sctī: afferebamus escas de quibus
nobis in officina aqualiculi sui fabrica
rent angelos ꝛ deos per quos liberare
mur: ꝛ sectabar ista atq̧ faciebam cum
amicis meis per me ac mecū deceptis.
Irrideant me arrogantes ꝛ nondum
salubriter prostrati ꝛ elisi a te deus me⁹
ego tñ confitear tibi dedecora mea in
laude tua. Sine me obsecro: ꝛ da mihi
circuire presēti memoria preteritos cir
cuitus erroris mei: ꝛ immolare tibi ho
stiam iubilationis. Quid enim sum ego
mihi sine te: nisi dux in preceps? Aut
quid sum cum mihi bñ est: nisi sugens
lac tuū aut fruens te cibo q̄ non corrū=
pit? Et quis hō est quilibet hō cum sit
hō? Sed irrideant nos fortes ꝛ poten=
tes. Nos aūt infirmi ꝛ inopes confitea=
mur tibi. Docebā in illis annis artem
rhetoricā. ꝛ victoriosam loquacitatem
victus cupiditate vendebam. Malebā
tñ dñe tu scis bonos habere discipulos
sicut appellantur boni: ꝛ eos sine dolo
docebam dolos: non in quibus contra
caput innocentis agerent: sed aliqñ pro
capite nocentis. Et tu deus vidisti de
longinquo lapsātem in lubrico: ꝛ ī mul
to fumo scintillantē fidē meam quā ex=
hibebā in illo magisterio diligentibus
vanitatē: ꝛ querentib⁹ mendaciū socius
eoꝝ. ¶ In illis annis vnum
habebā non eo ꝙ legitimū vocaꝛ͂ coniu
gio cognitā: sed quam indagauerat va
gus ardor inops prudentie. Sed vnam
tñ ei quoq̧ seruans thori fidē: in qua sa
ne experirer exemplo meo q̄d distaret in=
ter coniugalis placiti modū q̄ federa
tum esset generandi gratia: ꝛ pactū li=
bidinosi amoris: vbi proles etiam ꝯtra
votū nasciꝛ͂. Quis iam nata cogat se di
ligi. Recolo etiā cū mihi theatrici car
minis certamen inire placuisset. man=
dasse mihi nescio quē aruspicem quid
ei dare vellē mercedis vt vincerem. me
aūt feda illa sacramenta detestatum et
abominatū respondisse. nec si corona il=
la esset immortaliter aurea: muscā pro
victoria mea necari sinerem. Necatu=
rus enī erat ille in sacrificijs suis ani=
mantia: ꝛ illis honoribus inuitaturus

mihi suffragatura demonia videbatur.
Sed hoc quoq̧ malū non ex tua chari=
tate repudiaui de⁹ cordis mei. Nō enim
amare te nouerā: q̄ nisi fulgores corpo=
reos cogitare non noueram. Talib⁹ eī
figmētis suspirans anima: nonne forni
catur abs te: ꝛ fidit in falsis: ꝛ pascit vē
tos? Sꝫ videlicet sacrificari pro me nol=
lem demonibus. quibus me illa supsti=
tione ipse sacrificabam. Quid est enim
aliud ventos pascere: ꝙ ipsos pascere:
hoc est errando eis esse voluptati atq̧
derisui. Ideoq̧ illos planetarios: quos
mathematicos vocant plane consulere
non desistebā: ꝙ quasi eis nullū esset sa=
crificium: ꝛ nulle preces ad aliquē spiri
tū ob diuinationē dirigerenꝛ͂: q̄ tamen
christiana ꝛ vera pietas consequēter re
pellit ꝛ dānat. Bonum est enī confiteri
tibi dñe: ꝛ dicere miserere mei. cura ani
mā meā: qm̄ peccaui tibi. neq̧ ad licen=
tiam peccandi abuti indulgentia tua
sed meminisse dñice vocis. Ecce sanus
factus es: iam noli peccare: ne quid ti=
bi deterius contingat. Quā totā illi sa
lubritatē interficere conanꝛ͂ cum dicūt.
De celo tibi est ineuitabilis causa pec=
candi: ꝛ venus hoc fecit aut saturnus
aut mars. s. vt homo sine culpa sit caro
ꝛ sanguis: ꝛ superba putredo: culpādus
sit aūt celi ac siderum creator ꝛ ordina
tor. ¶ Et q̄s est hic nisi de⁹ nꝛ͂
suauitas ꝛ origo iusticie: q̄ reddis vni=
cuiq̧ s̄m opa ei⁹: ꝛ cor contritū ꝛ humi
liatū nō spernis? Erat eo tpē vir sagax
medicine artis peritissim⁹ atq̧ in ea no
bilissimus. q̄ pro cōsule manu sua coro=
nā illā agonisticā imposuerat non sano
capiti meo: sed nō vt medic⁹. Nā illius
morbi tu sanator q̄ resistis supbis. hu=
milibus aūt das gratiam. Nunquid tñ
etiā per illū senē defuisti mihi: aut desti
tisti mederi anime mee. Q̄ꝛ enī factus
ei eram familiarior: ꝛ ei⁹ sermonibus.
erant enī sine verborū cultu viuacitate
sententiaꝝ iocundi ꝛ graues: assiduus
ꝛ fixus inherebā. Ubi cognouit ex col=
loquio meo libris genethlyacorum esse
me deditum: benigne ac paterne me
monuit vt eos abijcerem. neq̧ curam ꝛ

operã reb⁹ vtilib⁹ necessariã illi vanita ti frustra impendere: dicens ita se illas didicisse: vt vict⁹ ei⁹ pfessionẽ primis annis etatis sue differre voluisset: qua vitã degeret. et si hypocratem intellexis set: et illas vtiqꝫ lr̃as potuisset intellige re: ꝛ tñ nõ ob aliã causaꝫ se postea illis relictis medicinã assecutum: nisi: q eas falsissimas cõperisset. et nollet vir gra uis decipiendis hoĩbus victum q̃rere. At tu inqt quo te in hoĩb⁹ sustẽtas rhe toricã tenes. hanc aũt fallaciam libero studio nõ necessitate rei familiaris se ctaris: quo magis mihi te oportet de il la credere: qui eaꝫ tam perfecte discere elaboraui ꝙ ex ea sola viuere volui. A quo ego cum quesissem q̃ causa ergo fa ceret vt multa ĩde vera pnunciarentur respondit ille vt potuit. vim fortis hoc facere in rerum natura vsqꝫquaqꝫ diffu sam. K Si eñi de paginis poete cuiuspiã longe aliud canentis atqꝫ intẽ dentis cũ forte qs consulit mirabiliter conson⁹ negocio sepe versus exiret: mi randuꝫ non esse dicebat si ex aia huma na supiore aliquo instinctu nesciẽte qd in se fieret. non arte sed sorte sonaret ali quid qd interrogãtis rebus factisqꝫ cõ cineret. Et hoc quidem ab illo vel per illũ pcurasti mihi: et qd ipse postea per meipm quererẽ in memoria mea deli neasti. Tũc aũt nec ipe nec charissimus meus nebridius adolescens valde bo nus et valde caut⁹ irridẽs totum illud diuinationis genus psuadere mihi po tuerũt vt hec abijcerẽ. qm̃ me amplius ipsoꝝ auctorum mouebat auctoritas. ꝛ nullũ certũ quale querebã documẽtum adhuc inueneram: quo mihi sine ambi guitate appareret q̃ ab eis consultis ve ra dicerenť forte non arte inspectoꝝ si derũ dici. In illis annis quo primo tp̃e in municipio quo natus sum docere ce perã cõparaueram amicũ societate stu dioꝝ nimis charũ coeuũ mihi ꝛ cõflo rẽtẽ flore adolescentie. Mecũ puer cre uerat: ꝛ pariť in scholã ieramus: pariť qꝫ luseramus. Sed nondũ erat sic ami cus. ꝙ ꝙ ne tunc quidẽ sicuti est vera ami cicia: q: non est vera: nisi cũ eã tu agglu tinas inť inherentes tibi charitate dif fusa in cordibus nr̃is per spm̃ sctm̃ q̃ da tus est nobis. Sed tñ dulcis erat nimis cocta feruore parilium studioꝝ. Nam et a fide vera quam si germanitus ꝛ pe nitus adolescẽs tenebat. deflexeram eũ in superstitiosas fabellas et pernicio sas: propter quas plangebat me mater mea: cum iam errabat ĩ aĩo ille homo. ꝛ non poterat aĩa mea sine illo. Et ec ce tu imminens dorso fugitiuorum tuo rũ: de⁹ vltionũ ꝛ fons misericordiarum simul q̃ cõuertis nos ad te miris mo dis: ecce abstulisti hominem de hac vi ta: cum vix expleuisset annũ in amicicia mea: suauis mihi sup oẽs suauitates il li⁹ vite mee. L Quis laudes tu as enumerat: vnus in se vno: quas exp tus ẽ? Quid tunc fecisti deus meus: et ꝙ inuestigabilis abyssus iudicioꝝ tuo rum? Cum eniꝫ laboraret ille febribus iacuit diu sine sẽsu ĩ sudore letali. Et cũ desparareť baptizatus est nesciẽs. me non curante: ꝛ psumẽte id retinere potius animam eius quod a me accepat: non quod ĩ nesciẽtis corpe fiebat. Lõge aũt aliť erat: nã recreatus est ꝛ saluus fact⁹ Statimqꝫ vt primuꝫ cũ eo loqui potui: potui autẽ mox vt ille potuit: quoniam non discedebam: ꝛ nimis pẽdebam⁹ ex inuicẽ. Tẽptaui apud illum irridere: tã ꝙ ꝛ illo irrisuro mecum baptismũ queꝫ accepat mẽte atqꝫ sẽsu absẽtissimus sed tamẽ iam se accepisse didicerat. At ille ita me exhorruit vt inimicum: admonu itqꝫ mirabili ꝛ repẽtina libertate: vt si amicus esse vellem: talia sibi dicere de sinerẽ. Ego autẽ stupefactus atqꝫ tur batus distuli oẽs motus meos vt con ualesceret prius: essetqꝫ idoneus virib⁹ valitudinis: cũ q̃ agere possẽ qd vellẽ. Sed ille abreptus demẽtie mee: vt apd te seruareť cõsolationi mee. post paucos dies me absẽte repetiť febribus ꝛ defũ gitur. Quo dolore cõtenebratum ẽ cor meum: ꝛ quicqd aspiciebam mors erat Et erat michi patria supplicium: ꝛ pat na domus mira infelicitas. ꝛ quicquid cum illo communicaueram sine illo ĩ cru ciatum immanẽ vertebatur. Expetebant

cũ vndiq3 oculi mei ꝛ nõ dabat. ꝛ ode-
rã omia q2 nõ haberẽt eum. Nec mihi
iã dicere poterãt: ecce veniet. sicut cũ vi
ueret qñ absens erat. Et fact⁹ eraʒ ipse
mihi magna questio. et interrogabam
aiam meã: quare tristis esset: et quare
conturbaret me valde. et nihil nouerat
rñdere mihi. Et si dicebaʒ spera in deo
iuste nõ obtẽperabat: q2 verior erat et
melior hõ quẽ carissimuʒ amiseram: ꝙ
fantasma in qd̃ sperare iubebatur.
M Solus flet⁹ erat dulcis mihi: et
successerat amico in delicijs animi mei
Et nũc dñe iam illa transierũt: ꝛ tẽpore
lenitũ est vulnus meuʒ. Possum ne au
dire abs te q̃ veritas es. et admouere
aurem cordis mei ori tuo: vt dicas mi-
hi cur fletus dulcis sit miseris? An tu
ꝙuis vbiq3 assis. lõge abiecisti a te mi-
seriã nostrã? Et tu in te manes: nos au-
tẽ in experimentis voluimur. Et tñ nisi
ad aures tuas ploraremus: nihil resi-
dui de spe nr̃a fieret. Unde igit̃ suauis
fructus de amaritudine vite carpit̃ ge-
mere et flere et suspirare et conqueri?
An hoc ibi dulce est ꝙ speramus exau-
dire te? Recte istud in precibus: q2 desi-
derium ꝑueniẽdi habent. Nunq̃d ĩ do-
lore amisse rei ꝛ luctu quo tũc opꝛimebar?
Neq3 enim spabam reuiuiscere illum.
aut hoc petebã lachrymis. ſ3 tantũ dole
bã et flebã. Miser eni eraʒ ꝛ amiseram
gaudiũ meũ. An et flet⁹ res amara est
pre fastidio reꝝ quibus prius frueba-
mur. ꝛ dum tunc ab eis abhorrem⁹ de-
lectat? Quid aũt ista loquor. Nõ enim
tẽpus querẽdi nunc est: ſ3 confitẽdi tibi.
Miser eñ eraʒ: ꝛ mis̃ est omnis anim⁹
vinctus amicicia reꝝ mortalium. ꝛ di-
laniat̃ cum eas amittit. ꝛ tũc sentit mi-
seriam qua mis̃ ẽ ꝛ anteꝙ amittat eas.
Sic enim ego erã illo tp̃e: ꝛ flebã ama
rissime. ꝛ requiescebam ĩ amaritudine
Ita mis̃ eram ꝛ habebam chariorẽ illo
amico meo vitam ip̃am miseram. Naʒ
ꝙuis eam mutare vellẽ: nollẽ tñ amitte
re magis ꝙ illum. Et nescio an vellẽ vel
pro illo sicut de oreste ꝛ pilade traditur
si non fingit̃ qui vellent pro inuicem vel
simul mori. qua morte pei⁹ eis erat non
simul viuere. N Sed ĩ me ne
scio quis affectus nimis huic cõtrari⁹
ortus erat: ꝛ tediũ viuẽdi erat ĩ me gra
uissimuʒ: ꝛ moriẽdi metus. Credo quo
magis illum amabã: eo magis mortẽ
q̃ mihi eum abstulerat tãꝙ atrocissimã
inimicã oderã ꝛ timebã. ꝛ eã repẽte cõ-
sumpturã omẽs homines putabam: q2
illum potuit. Sic erã oĩno memini. Ec-
ce cor meũ de⁹ meus: ecce int⁹ vide: q̃a
memini spes mea qui me mũdas a ta-
liuʒ affectionũ immũdicia. dirigẽs ocu
los meos ad te: et euellens de laqueo
pedes meos. Mirabar enim ceteros
mortales viuere: quia ille quẽ quasi nõ
moriturũ dilexeram: mortuus erat. ꝛ me
magis: q2 illi alit̃ eram viuere illa mor-
tuo mirabar. Bñ quidam dixit de ami
co suo: dimidiũ aĩe mee. Nam ego sensi
aiam meam ꝛ animaʒ illius vnã fuisse
aiam in duobus corporibus. ꝛ ideo mi
chi horrori erat vita. q2 nolebã dimidi⁹
viuẽ. ꝛ ideo forte mori metuebã: ne to-
tus ille moreret̃: quẽ mlt̃ũ amaueram.
O demẽtiam nesciẽtẽ diligere homĩes
humanit̃. o stultum hominem immode
ratum humana patiẽteʒ: quod ego tũc
eram. Itaq3 estuabã: suspirabã: flebam.
turbabar: nec reqes erat nec consilium.
Portabam enim conscissam ꝛ cruẽtam
aiam meam: impatientem a me portari.
ꝛ vbi eam ponerẽ nõ inueniebã. nõ ĩ
amenis nemoribus. non ludis atq3 cãti
bus. nec in suaue olentibus locis: nec in
conuiuijs appatis: neq3 in voluptate cu
bilis ꝛ lecti: non deniq3 in libris atq3 car
minibus acquiescebã. Horrebant oĩa ꝛ
ipsa lux. ꝛ quicquid non erat quod ille
erat improbum ꝛ odiosum erat: p̃t ge-
mitum ꝛ lachrimas. Nã in eis solis ali
quantula reqes. Ubi aũt inde auferebatur aĩa mea: onerabat me grandis sar-
cina miseriẽ. q̃ a te dñe leuanda erat et
curanda. O Sciebã: ſ3 nec vo
lebã nec valebam eo magis: q2 nõ mihi
eras aliq̃d solidũ ꝛ firmum cũ de te co-
gitabã. Non enim tu eras: sed vanũ fã-
tasma ꝛ error meus erat de⁹ meus. Si
conabar eã ibi ponere vt requiesceret: ꝑ
inane labebat̃: ꝛ iterum ruebat sup̃ me.

et ego mihi remanseram infelix locus: vbi nec esse possem:nec inde recedere. Quo eñ cor meū fugeret a corde meo Quo a meipō fugerē:quo non me seq̄rer:Et tñ fugi de patria. Minus eñ eū q̄rebant oculi mei vbi videre non solebant. atq; a tagastēsi oppido veni carthaginē. Non vacāt tp̄a:nec ociose voluunt p sensus nostros:faciūt in animo mira opa. Ecce veniebant ⁊ preteribāt de die in diem. ⁊ veniēdo ⁊ pretereūdo inferebant michi species alias ⁊ alias memorias:⁊ paulatim resarciebāt me pristinis generibus delectationum:quibus cedebat dolor meus ille. sed succedebant non quidem dolores alij. cause tñ aliorum dolorum Nam vñ me facillime ⁊ in intima dolor ille penetrauerat:nisi q: fuderā in arenā aīam meam diligēdo moriturū ac si nō moriturum? Maxime quippe me reparabāt atq; recreabāt aliorū amicorū solatia. cū quib⁹ amabam qd pro te amabā. ⁊ hoc erat ingēs fabula ⁊ longum mēdacium. cuius adulterina confricatione corrūpebat mēs nostra pruriēs in auribus. Sz illa mihi fabula non moriebat. si quis amicorū meorum moreret. Alia erāt q̄ in eis amplius capiebāt aīm: colloqui ⁊ corridere. ⁊ vicissim beniuole obseq̄. simul legere libros dulciloquos: simul nugari ⁊ simul honestari. dissentire interdum sine odio tanq̄ ipē hō secū. atq; ipsa rarissima dissensione condire consensiones plurimas. docere aliqd inuicē: aut discere aliquid ab inuicē. desiderare absētes cū molestia: suscipe venietes cū leticia. His atq; hmōi signis a corde amantiū ⁊ redamātium pcedētibus p os: p linguā: p oculos: ⁊ mille motus gratissimos quasi fomitibus conflare animos. ⁊ ex plurib⁹ vnū facere. hoc est quod diligitur in amicis ⁊ sic diligit vt rea sit sibi humana consciētia si non amauerit redamantē. aut si amantē non redamauerit: nihil querens ex eius corpore preter indicia beniuolētie. Hic ille luctus si quis moriatur ⁊ tenebre dolorum: ⁊ versa dulcedine in amaritudinē cor madidum. ⁊ ex amissa vita moriētium mors viuētium. Beatus qui amat te ⁊ amicum in te: ⁊ inimicum propt te. Solus eñ nullum charū amittit cui oms in illo chari sunt qui non amittit. Et quis ē iste nisi deus nr. deus qui fecit celum ⁊ trā ⁊ iplet ea. ⁊ q: implēdo ea fecit ea? Te nemo amittit nisi q̄ dimittit Et q̄ dimittit quo it aut quo fugit nisi a te placido ad te iratū? Nā vbi nō inuenit legē tuam in pena sua? Et lex tua vitas. ⁊ veritas tu. Deus vtutum conuerte nos: ⁊ ostende faciē tuā ⁊ salui erim⁹. Nā quoquo versum se vterit aīa hominis ad dolores figit: alibi preterq̄ in te. Tametsi figitur in pulchris extra te ⁊ extra se. q̄ tamē nulla essent nisi essent abs te: q̄ oriuntur ⁊ occidunt. ⁊ oriendo quasi esse incipiunt ⁊ crescunt vt pficiant. ⁊ pfecta senescūt ⁊ intereūt. etenim oīa senescūt ⁊ oīa intereūt. Ergo cum oriunt ⁊ tendunt esse: quo magis crescūt celerit vt sint: eo magis festinant vt nō sint. Sic est modus eorū.

¶ Tantum dedisti eis. q: partes sunt rerū q̄ nō sunt oēs simul: sed decedēdo ac succedendo agūt oms vniuersum cuius partes sūt Ecce sic peragit ⁊ sermo noster p signa sonantia. Non enim erit tot⁹ sino siuū vbum non decedat cum sonuerit ptes suas: vt succedat aliud. Laudet te ex illis aīa mea deus creator omnium: sed non infigat in eis glutino amoris p sēsus corporis. Eunt enim quo ibant vt non sint: ⁊ conscindūt eā desiderijs pestilētiosis: qm ipsa eē vult ⁊ requiescē amat in eis q̄ amat. In illis aūt non est vbi: quia non stāt. Fugiunt: ⁊ qs ea seq̄tur sensu carnis: aut quis ea cōphendit vl cum psto sunt? Tardus ē enim sēsus carnis: qm sensus carnis ē: ⁊ ipse ē modus eius. Sufficit ad aliud ad qd factus est: ad illud autē non sufficit vt teneat transcurrētia ab initio debito vsq; ad finem debitum. In vbo enim tuo p qd creant: ibi audiunt hinc ⁊ hucusq;. Noli esse vana anima mea: ⁊ obsurdescere in aure cordis tumultu vanitatis tue. Audi ⁊ tu. Verbum ipsum clamat vt redeas: ⁊ ibi est locus quietis impe

turbabilis: vbi non deserit amor si ipse non deserat. Ecce illa discedunt vt alia succedant. et omnibus suis partibus constet infima vniuersitas. Nunquid ego aliquo discedo: ait verbum dei? Ibi fige mansionem tuam: ibi commenda quicquid inde habes aia mea. saltem fatigata fallaciis. B Veritati commenda quicquid tibi est a veritate: et non perdes aliquid. et reflorescent putrida tua. et sanabuntur omnes languores tui. et fluxa tua reformabuntur: et renouabuntur et constringentur ad te: et non te deponent quo descendunt: sed stabunt tecum et permanebunt ad semper stantem ac permanentem deum. Ut quid peruersam sequeris carnem tuam? Ipsa te sequatur conuersa. Quicquid per illam sentis in parte est. et ignoras totum cuius hec partes sunt: et delectat te tamen. Sed si ad totum comprehendendum esset idoneus sensus carnis tue ac non et ipse in parte vniuersi accepisset pro pena tua iustum modum: velles vt transiret quicquid existit in presentia: vt magis tibi omnia placerent. Nam et quod loquimur per eundem sensum carnis audis: et non vis vtique stare syllabas: sed transuolare vt alie veniant. et totum audias. Ita semper omnia quibus vnum aliquid constat: et non sunt omnia simul ea quibus constat. Plus delectant omnia quam singula si possint sentiri omnia. Sed longe his melior qui fecit omnia: et ipse est deus noster et non discedit: quia non succedit ei. Si placent corpora: deum ex illis lauda: et in artificem eorum retorque amorem: ne in his que tibi placent tu displiceas. Si placent anime in deo amentur: quia et ipse mutabiles sunt: et in illo fixe stabiliuntur. alioquin irent et perirent. In illo ergo amentur: et rape ad eum tecum quas potes: et dic eis Hunc amemus: hunc amemus: ipse fecit hec et non est longe. Non enim fecit atque abiit: sed ex illo in illo sunt. Ecce vbi est? vbi sapit veritas. Intimus cordi est: sed cor errauit ab eo. Redite preuaricatores ad cor: et inherete illi qui fecit vos. State cum eo: et stabitis. Requiescite in eo: et quieti eritis. Quo itis in aspera? Quo itis. Bonum quod amatis ab illo est. Sed quantum est ad illum: bonum est et suaue. Sed amarum erit iuste: quia iniuste amatur deserto illo: quicquid ab illo est. Quo vobis adhuc et adhuc ambulare vias difficiles et laboriosas? Non est requies vbi queritis eam. Querite quod queritis: sed ibi non est vbi queritis. Beatam vitam queritis in regione mortis. Non est illic. Quomodo enim beata vita: vbi nec vita? Et descendit huc ipsa vita nostra et tulit mortem nostram: et occidit eam de abundantia vite sue et tonuit clamans vt redeamus hinc ad eum in illud secretum vnde processit ad nos in ipsum primum virginalem vterum: vbi ei nupsit humana creatura caro mortalis nec semper mortalis. et inde velut sponsus procedens de thalamo suo: exultauit vt gigas ad currendam viam. Non enim tardauit: sed cucurrit clamans dictis: factis: morte: vita: descensu: ascensu: clamans vt redeamus ad eum. et discessit ab oculis: vt redeamus ad cor et inueniamus eum. Abscessit enim et ecce hic est. Noluit nobiscum diu esse et non reliquit nos. Illuc enim abscessit vnde nunquam recessit: quia mundus per eum factus est: et in hoc mundo erat: et venit in hunc mundum peccatores saluos facere. cui confitetur anima mea vt sanet eam: quia peccauit illi. Filii hominum vsquequo graues corde? Nunquid et post descensum vite non vultis ascendere et viuere? Sed quo ascenditis quando in alto estis: et posuistis in celum os vestrum? Descendite vt ascendatis. et ascendatis ad deum. Cecidistis enim ascendendo contra eum. C Dic eis ista vt plorent in conualle plorationis: et sic eos rape tecum ad deum. quia de spiritu eius hec dicis eis: sic dicis ardens igne charitatis. Hec tunc non noueram et amabam pulchra inferiora et ibam in profundum: et dicebam amicis meis. Num amamus aliquid nisi pulchrum? Quid est ergo pulchrum? et quid est pulchritudo? Quid est quod nos allicit et conciliat rebus quas amamus? Nisi enim esset in eis decus et species. nullo modo nos ad se mouerent. Et animaduertebam et videbam in ipsis corporibus aliud esse quasi totum: et ideo pulchrum. aliud autem quod ideo deceret: quoniam apte accommo-

daretur alicui: sicut pars corporis ad
vniuersum suū: aut calciamentū ad pe
dem ⁊ similia. Et ista consideratio scaturi
uit in aio meo ex intimo corde meo: et
scripsi libros de pulchro et apto: puto
duos aut tres. Tu scis deus. Nam exci
dit mihi. Non enim habemus eos: sed
aberrauerūt a nobis nescio quomodo.
Quid est autē qđ me mouit dñe deus
meus: vt ad hcheriū romane vrbis ora=
torē scriberē illos libros: quē non noue
rā facie: sed amauerā hoiem ex doctri=
ne fama q̄ illi clara erat: ⁊ quedā vba
eius audieram: ⁊ placuerāt mihi? Sed
magis quia placebat aliis: ⁊ eū efferre
bant laudibus stupentes q̄ ex hoie syro
docto pri⁹ grece facūdie. postea in lati=
na etiam doctor mirabilis extitisset: et
esset scientissim⁹ rerū ad studium sapie
ptinētiū: mihi placebat. Laudatur hō:
⁊ amaē absens. Utrū nā ab ore laudan=
tis intrat in cor audientis amor ille?
Absit. Sed ex amante alio accēdiē ali⁹
Hinc eni amaē qui laudaē: dū nō falla
ci corde laudatoris pdicari crediē: id ē
cū amans eū laudat. ¶ Sic eniȝ
tunc amabaȝ homies ex hoīn iudicio.
Non eni ex tuo deus me⁹ in quo nemo
fallitur. Sed tū cur nō sicut auriga no=
bilis. sicut venator studiis popularib⁹
diffamatus? Sed longe aliter et graui
ter: ⁊ ita quēadmodū ⁊ me laudari vel=
lem. Nō aūt vellem ita laudari ⁊ ama
ri me vt hystriones. q̄ q̄ eos ⁊ ipse lau=
darem ⁊ amarem: sed eligens latere q̄
ita notus esse. ⁊ velle haberi odio q̄ sic
amari. Ubi distribuuntur ista pondera
varior ⁊ diuersorū amorū anima vna?
Quid est qđ amo in alio: qđ rursus ni=
si odissem: nō a me detestarer ⁊ repelle=
rem: cum sit vterq̄ nostrum homo? Nō
eni sicut equus bonus amaē ab eo qui
nollet hoc esse etiam si posset. Hoc ⁊ de
histrione dicendū est: qui nature nostre
socius est. Ergo ne amo in hoie qđ odi
esse cū sim hō? Grande pfundū est ipse
hō: cui⁹ etiam capillos tu dñe numera
tos habes: ⁊ nō minuūtur in te: ⁊ tū ca=
pilli ei⁹ magis numerabiles q̄ affect⁹
eius: ⁊ motus cordis eius. At ille rhe=
tor ex eo erat genere quē sic amabaȝ vt
vellem me esse talem: et errabā typo et
circūferebar oī vento: et nimis occulte
gubernabar abs te. Et vnde scio: ⁊ vñ
cert⁹ confiteor tibi q̄ illū in amore lau=
dantiū magis amauerā q̄ in reb⁹ ipis
de quib⁹ laudabaē? Q: si nō laudatum
vituperarēt: cū idē ipsi et vituperando
atq̄ spernendo ea ipsa narrarent: nō ac
cenderer in eum ⁊ non excitarer. ⁊ certe
res non alie forent: nec hō ipē alius: sed
tm̄modo affectus alius narrātiū. Ecce
vbi iacet aīa infirma: nōdum herēs so=
liditati veritatis. Sicut aure linguarū
flauerint a pectorib⁹ opinātiū: ita ferē
⁊ vertiē: torqueē ac retorquetur ⁊ obnu
bilatur ei lumen: ⁊ nō cerniē veritas. ⁊
ecce ē ante nos. Et magnum quiddam
mihi erat: si sermo meus ⁊ studia mea
illi viro innotescerent. ¶ Que si p
baret flagrarem magis. si autē impro=
baret sauciareē cor vanū ⁊ inane solidi
tatis tue. Et tū pulchrum illud atq̄ ap
tum vñ ad eum scripseram: libēter aio
versabā: ob os ptēplationis mee: ⁊ nul=
lo collaudato remirabar. Sed tāte rei
cardinem in arte tua nondū videbā oī=
potens q̄ facis mirabilia solus. et ibat
animus meus per formas corporeas: ⁊
pulchrū qđ p seipm. aptum autē qđ ad
aliqđ accōmodatū deceret definiebam
⁊ distinguebā. ⁊ exēplis corporis astrue=
bam. Et conuerti me ad animi naturaȝ
⁊ non me sinebat falsa opinio: quam de
spiritalib⁹ habebā verū cernere. Et ir=
ruebat in oculos ipsa vis veri. ⁊ auerte
bā palpitantē mentē ab incorporea re
ad lineamēta et colores: ⁊ tumētes ma
gnitudines. Et q: non poterā ea videre
in animo: putabaȝ me non posse videre
aīm meū. Et cū in virtute pacē amarē
in viciositate sūt odissem discordiaȝ: in
illa vnitatē: in ista quandā diuisionem
notabā. Inq̄ illa vnitate mens rōnalis
⁊ natura veritatis ac summi boni mi=
hi esse videbatur: in ista vero diuisione
irrōnalis vite nescio quam subam ⁊ na
turā summi mali: q̄ nō solū esset substā=
tia sed omnino vita esset. ⁊ tū abs te non
esset deus meus ex quo sunt omnia.

Miser opinabar: ⁊ tm̄ illam monaden
appellabam: tanq̄ sine vllo sexu mentē
hanc vo diaden: irā in facinoribus: libi
dinē in flagitijs: nesciens quid loq̄rer.
Non eni nouerā neq̄ didiceram nec vl-
lam subam malū esse: nec ipsam mentē
nostrā summū atq̄ incōmutabile bonū
Sicut enim facinora sunt: si viciosus ē
ille animi motus: in quo est impetus et
se iactat insolent ac turbide: ⁊ flagitia
si est immoderata illa anime affectio: q̄
carnales hauriunt voluptates: ita er-
rores ⁊ false opiniones vitam contami
nant si rationalis mens ipsa viciosa est
qualis in me tūc erat nesciente alio lu-
mine illā illustrandā esse. vt sit pticeps
veritatis: quia non est ipsa natura vi-
tatis. y Qm̄ tu illuminabis lu-
cernā meā: dn̄e deus me⁹: illuminabis
tenebras meas. et de plenitudine tua
nos omnes accepimus. Es eni tu lumē
verū quod illuminat oēm hominem ve-
nientē in hunc mundū: q: in te nō ē trās
mutatio nec momenti obumbratio. Sȝ
ego conabar ad te ⁊ repellebar abs te:
vt saperem mortem: qm̄ supbis resistis
Quid autem superbius q̄ vt assererē
mira dementia me id esse naturaliter
quod tu es? Cum enim ego essem mu-
tabilis: et eo michi manifestum esset q̄
vtiq̄ ideo sapiens esse cupiebam; vt ex
deteriore melior fierem malebam tamē
etiā te opinari mutabilē: q̄ me nō hoc
esse qd̄ tu es. Itaq̄ repellebar: et resi-
stebas ventose ceruici mee: et imagina
bar formas corporeas: et caro carnem
accusabā: et spūs ambulans nōdum re
uertebar ad te: ⁊ ambulando ambula-
bā in ea q̄ non sūt. neq̄ in te: neq̄ in me
neq̄ in corpore. Neq̄ mihi creabantur
a veritate tua: sed a mea vanitate fin-
gebātur ex corpore. ⁊ dicebā paruulis
fidelib⁹ tuis ciuib⁹ meis: a quibus ne-
sciens exulabā: dicebā illis garrulus et
ineptus. Cur ḡ errat aīa quam fecit de
us? Et mihi nolebā dici. cur ḡ errat de-
us? Et cōtendebā magis incommuta-
bilē tuā subam coactā errare: q̄ meam
mutabilem sponte deuiasse. ⁊ pene erra
re cōfitebar. Et erā etate annoꝝ fortasse
vigintisex aut septem cū illa volumina
scripsi: voluēs apud me corporalia fig-
menta obstrepētia cordi meo ⁊ aurib⁹:
quas intendebā dulcis vitas in interio
rē melodiā tuam. cogitans de pulcro ⁊
apto: ⁊ stare cupiens ⁊ audire te: ⁊ gau
dio gaudere propt vocem sponsi: ⁊ non
poteram: q: vocibus erroris mei rapie
bar foras: ⁊ pondere supbie mee i ima
decidebam. Non enim dabas auditui
meo gaudium ⁊ leticiā: aut exultabant
ossa q̄ hūiliata nō erant. Et qd̄ mihi p
derat q̄ annos natus ferme viginti cū
in manus meas venissent aristotelica q̄
daȝ q̄s appellant decē cathegorias: q̄s
noīe cum eas rhetor carthaginenensis
magr̄ meus buccis typo crepantib⁹ cō
memoraret: ⁊ alij q̄ docti habebantur:
tanq̄ in nescio qd̄ magnuȝ ⁊ diuinū su-
spensus inhiabā: legi eas solus ⁊ intel-
lexi? 5 Quas cū ptulissem cū eis
q̄ se dicebant vix eas magrīs eruditissi
mis nō loquentib⁹ tm̄: sed multa in pul
uere depingētib⁹ intellexisse: nihil inde
aliud mihi dicere potuerūt: q̄ ego sol⁹
apud meipsum legens cognoueram.
Et satis aptemihi videbāt loq̄ntes de
substātijs sicuti est hō: ⁊ q̄ in illis essent
sicuti est figura hoīs qualis sit: ⁊ statu-
ra quot pedū sit. ⁊ cognatio cuius frat
sit: aut vbi sit constitut⁹: aut qn̄ natus:
aut stet an sedeat: aut calciatus vel ar-
mat⁹ sit: aut aliqd faciat: aut patiatur
aliqd ⁊ q̄cūq̄ in his nouē gn̄ib⁹: quoꝝ
exēpli grā qdā gratis posui. vel in ipso
sube genere innumerabilia reperiunt.
Quid hoc mihi proderat qn̄ ⁊ oberat:
cū etiā te de⁹ meus mirabilit simplicē
atq̄ incommutabilē illis decē pdicamē
tis putās quicqd esset oīno cōprehensū
sic intelligere conarer: q̄si et tu subiect⁹
esses magnitudini tue aut pulchritudi
vt illa essent in te quasi i subiecto sicut i
corpore: cum tua magnitudo ⁊ tua pul
chritudo tu ipse sis: corpus aut ē non eo
sit magnū ⁊ pulchrū quo corpus est: q:
⁊ si min⁹ magnū et min⁹ pulchrum esse
nihilomin⁹ corpus esset. Falsitas enim
erat quā de te cogitabā: nō vitas: ⁊ fig
mēta miserie mee: nō firmamēta btitu

dinis tue. Iusseras enim ꝛ ita fiebat in me vt terra spinas ꝛ tribulos pareret mi-hi ꝛ cū labore puenirē ad panem meum. Et qd mihi ꝓderat ꝙ omnes libros ar-tiū quas liberales vocāt: tunc nequissimus malarū cupiditatum seruus p meipm le-gi: ꝛ intellexi q̄scūq; legere potui? Et gaude-bā in eis ꝛ nesciebā vñ essz: qcqd ibi ve-rum ꝛ certum essz. Dorsū eni hēbam ad lumē ꝛ ad ea q̄ illumināt faciē: vñ ipsa facies mea q̄ illuminata cernebā: nō il-lumiabatꝛ. Quicqd de arte loqndi ꝛ dis-serēdi: qcqd de dimēsionibus figurarū: ꝛ de musicis: ꝛ de nūeris sine magna dif-ficultate nullo hoim tradēte intellexi.

Scis tu dñe de9 me9 qꝛ ꝛ ce-leritas intelligēdi ꝛ discendi acumē do-nū tuū est: sꝫ nō inde sacrificabā tibi. Ita ꝙ michi non ad vsū: sꝫ ad pniciē magis valebat: qꝛ tā bonā ptē sube mee satagi habere in ptāte: ꝛ fortitudinē meam nō ad te custodiebā: sꝫ pfectus sum a te in lon-ginquā regionē vt eam dissiparē in me-retricias cupiditates. Nā qd michi ꝓ-derat bona res non vtēti bene? Non eni sentiebā illas artes etiam ab studiosis ꝛ ingeniosis difficillime intelligi: nisi cū eis eadem easdē conabar exponere: et erat ille excellentissimus in eis q̄ me ex-ponentē nō tardi9 sequeretꝛ. Sꝫ qd michi hoc ꝓderat putanti ꝙ tu dñe de9 veritas corpus esses lucidum ꝛ immēsū. ꝛ ego frustū de illo corpe? Nimia puersitas. Sed sic eram. Nec erubesco deus me9 confiteri tibi in me mias tuas ꝛ inuoca-re te: qui non erubui tunc profiteri hoib9 blasphemias meas: ꝛ latrare aduersum te. Quid ergo mihi tunc ꝓderat ingenium p illas doctrinas agile: ꝛ nullo admini-culo humani magisterij tot nodosissimi libri enodati: cum deformiter ꝛ sacrilega turpitudine in doctria pietatis errarē? Aut qd tantum oberat paruulis tuis lō-ge tardius ingeniū: cū a te lōge non rece-derent: vt in nido ecclie tue tuti plume-scerēt: ꝛ alas charitatis alimēto sane fi-dei nutrirēt? O dñe deus noster in vela-mēto alarum tuarū speremus: ꝛ protege nos ꝛ porta nos. Tu portabis ꝛ paruu-los: ꝛ vsq; ad canos tu portabis: quoni-am firmitas nr̄a quādo tu es tūc est fir-mitas. cū aūt nr̄a est: infirmitas ē. Uiuit apō te sp bonū nr̄m. ꝛ qꝛ inde auersi sum9: puersi sum9. Reuertamur iā dñe vt nō euerta-mur: qꝛ viuit apō te sine vllo defectu bo-nū nr̄m qd tu ipse es. ꝛ nō timebim9 ne nō sit q̄ redeam9: qꝛ nos inde ruim9: nob aūt absētib9 nō ruit dom9 nr̄a eternitas tua.

¶ Explicit liber quartus.

Incipit quīt9. B

Accipe sacrificiū ꝯfessionū mearū de manu lingue mee quā formasti et excitasti: vt ꝯfi-teatꝛ noi tuo: ꝛ sa-na oia ossa mea ꝛ dicāt. Dñe qs similis tibi? Neq; eī docz te qd i se agatꝛ q̄ tibi ꝯfitetꝛ qꝛ oculū tuū nō excludit cor clausū: nec manū tuā repellit duricia ho-minū. sꝫ soluis eā cū voles: aut miserās aut vindicās: ꝛ nō ē q se abscōdat a calo-re tuo. Sꝫ te laudet aia mea vt amet te ꝛ ꝯfiteatꝛ tibi miserationes tuas vt laudet te. Nō cessat nec tacz laudes tuas vniū-sa creatura tua: nec spūs ois p os ꝯūsū ad te: nec aialia nec corpalia p os ꝯside-rātiū ea: vt exurgat i te a lassitudie aia nr̄a innitēs eis q̄ fecisti: ꝛ trāsiēs ad te q̄ fecisti hec mirabilr: ꝛ ibi refectio ꝛ vera fortitudo. Eāt ꝛ fugiāt a te inquieti ꝛ iniq ꝛ tu vides eos ꝛ distinguis vmbras: ꝛ ec-ce pulchra sūt cū eis oia: ꝛ ipī turpes sūt. Et qd nocuerūt tibi: aut in q̄ ipium tuū dehonestauerūt a celis vsq; i nouissima iu-stū ꝛ integrū? Quo eī fugerūt cū fugerēt a facie tua: aut vbi tu nō inuenis eos? Sꝫ fugerūt vt nō viderēt te vidētē se: atq; ex-cecati i te offēderēt: qꝛ nō deseris aliqd eo-rū q̄ fecisti. In te offēderēt: iniusti ꝛ iuste vexarētꝛ: subtrahētes se lenitati tue. ꝛ of-fēdētes i rectitudinē tuā: ꝛ cadentes in asp̄itatē tuam. vez nesciunt ꝙ vbiq; sis quē nullus circūscribit locus: ꝛ solus

es p̄sens etiam his qui longe fiunt a te. Conuertantur ḡ ⁊ querant te:quia non sicut ipsi deseruerunt te creatorem suum ita tu deseruisti creaturã tuam. ¶ Ipsi conuertantur ⁊ q̄rant te: ⁊ ecce ibi es in corde eorum:in corde confitētium tibi.⁊ proiiciētium se in te:⁊ plorantiuȝ in sinu tuo post vias suas difficiles:⁊ tu facilis terges lachrymas eorum:vt magis ploret ⁊ gaudeant in fletibus.quoniam tu domine nō aliq̄s hō caro ⁊ sanguis: ſ; tu dn̄e q̄ fecisti r̄ficis ⁊ consolaris eos.Et vbi ego erã qn̄ te q̄rebam.⁊ tu eras an̄ me ego aūt ⁊ a me discesserã nec me iueniebã:q̄to minus te. Proloquar īconspectu dei mei annū illū vn̄tri gesimum etatis mee. Jam venerat carthaginē quidam manicheorum ep̄s faustus noīe magn⁹ laq̄us dyaboli: ⁊ multi implicabant in eo p illecebram suauis eloquētie : quã ego tametsi laudabam discernebam tamē a v̄itate rep̄ quaruȝ discēdarum auidus eram.nec quali vasculo s̄mōis:ſ; quid michi sciē comedēdum apponeret nominatus apud eos ille faustus intuebar. Fama enim de illo ꝓlocuta michi erat q̄ eſſ; honestarum oīum doctrinarum p̄itissimus ⁊ apprīe disciplinis lib̄alibus eruditus.Et quoniaȝ multa phyloꝝ legerã:memorieq̄ mã data retinebã. ex eis q̄dã cōpabaȝ illis manicheoꝝ lōgis fabulis:⁊ michi ꝓbabiliora ista videbant q̄ dixert illi:qui tã tū potuerint valere vt possēt estimare seculum: q̄q̄ eius dominum minime inuenerit. Qm̄ magnus es dn̄e : ⁊ humilia respicis. excelsa aūt a longe cognoscis. Nec propiquas nisi obtritis corde: nec inueniris a sup̄bis.nec si illi curiosa p̄itia numerent stellas ⁊ arenam.⁊ dimetiant sidereas plagas: ⁊ iuestigēt vias astrorum. ¶ Mēte.n. sua q̄rūt ista.⁊ ingenio qd̄ tu dedisti eis ⁊ multa inuenerūt p̄nunciauerūt ante mūtos annos defectus luminarium solis ⁊ lune:quo die:qua hora:quanta ex pte futuri essent:⁊ non eos fefellit numer⁹. Et ita factum est vt prenunciauerunt. Et scripserunt regulas indagatas ⁊ leguntur hodie. atq̄ ex eis prenunciatur quo anno: ⁊ quo mense anni et quo die mensis: ⁊ qua hora diei: ⁊ quota parte luminis sui defectura sit luna vel sol.et ita fiet vt p̄nunciatur. Et mirantur hec homines ⁊ stupent qui nesciunt ea.⁊ exultant atq̄ extollunt qui sciunt: ⁊ p impiam sup̄biam recedētes ⁊ deficiētes a lumine tuo tanto ante solis defectuȝ futurum p̄uidēt:⁊ in p̄sētia suum non vidēt. Non enim religiose q̄runt vnde habeāt ingenium quo ista q̄runt. Et inuenientes quia tu fecisti eos:non ipsi dant tibi se vt serues quod fecisti:⁊ quales se ipsi fecerant occidunt se tibi. ⁊ trucidant exaltationes suas sicut volatilia: ⁊ curiositates suas sicut pisces maris.q̄bus perambulant secretas semitas abyssi:⁊ luxurias suas sicut pecora cãpi. vt tu de⁹ ignis edax cōsumas mortuas curas eorum recreans eos īmortalr̄. Sȝ non nouerit viam v̄bum tuum:p qd̄ fecisti ea q̄ numerant:⁊ ipsos q̄ numerãt:⁊ sensum q̄ cernunt q̄ numerãt: ⁊ mētē de qua nūerãt:⁊ sapie tue nō est nūerus. ¶ Ipse autē vnigenitus factus est nobis sapiētia ⁊ iusticia ⁊ sanctificatio.⁊ nūeratus est int̄ nos:⁊ soluit tributum cesari. Non nouerūt hanc viam qua descendant ad illum a se:⁊ p eum ascēdant ad eum. Non nouerunt hanc viam.Et putant se excelsos esse cum sideribus ⁊ lucidos.⁊ ecce ruerūt in terrã: ⁊ obscuratū est insipiēs cor eorum. Et multa v̄a de creatura dicunt:⁊ v̄um creature artificē non pie q̄runt: ⁊ iō non inueniūt.aut si inueniunt:cognoscētes deum nō sicut deum honorant aut gr̄as agunt.ſ; euanescunt in cogitationibus suis:⁊ dicunt se esse sapientes sibi tribuendo que tua sunt:ac per hoc studēt peruersissima cecitate etiam tibi tribuere q̄ sua sunt.mēdacia scilicȝ in te conferētes qui v̄itas es ⁊ immutautes gloriã incorrupti dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis ⁊ volucrum ⁊ quadrupedum ⁊ s̄pētium.⁊ conuertunt v̄itatē tuam mēdaciū ⁊ colūt ⁊ seruiunt creature potius q̄ creatori. Multa tn̄ ab eis ex ip̄a creatura v̄a dicta r̄tinebã.⁊ occurrebat michi rō p numeros ⁊ ordinē tēporum . et

sudario tangeret feretrū preciose in cō=
spectu tuo mortis sctōꝝ tuoꝝ. Qd vbi
fecit atq̄ admouit oculis: confestim a=
perti sunt. Inde fama discurrens: inde
laudes tue feruentes lucētes: inde illi=
us inimice animus ⁊ si ad credendi sa=
nitatē nō applicatꝰ: a psequēdi tñ furo=
re cōpressus est. Grās tibi deꝰ meꝰ. Vñ
⁊ quo eduxisti recordationē meā vt hoc
etiā cōfiterer tibi q̄ magna oblitus pre
terierā? M Et tñ tunc cū ita fla=
graret odor vnguētoꝝ tuoꝝ: non curre=
bamꝰ post te ⁊ iō plꝰ flebā int cātica him
noꝝ tuoꝝ olim suspirās tibi. ⁊ tandem
respirās quātū patet aura in domo fe=
nea. Qui habitare facis vnanimes in
domo: consociasti nobis ⁊ euodiū iuue
nē ex nrō municipio. Qui cū agēs i re=
bus militaret: prior nobis ad te cōuer=
sus est ⁊ baptisatus. ⁊ relicta militia se
culari: accinctꝰ est in tua: simul eramꝰ: si
mul habitabamꝰ placito sctō. Quere=
bamꝰ q̄snā locus nos vtilius haberet ⁊
seruiētes tibi pariter remeabamus in
africā. Et cum apud ostia tiberina esse
mus mat defuncta est. Multa pretereo
q2 multū festino. Accipe cōfessiōes me
as ⁊ gratiaꝝ actiones deꝰ meus: de re=
bus innumerabilibꝰ etiā in silētio. Sed
non preteribo q̄cq̄d michi aia parturit
de illa famula tua que me parturiuit ⁊
carne vt in hanc temporalē: ⁊ corde vt
in eternā lucem renascerer. Non eius
sed tua dicam dona in ea. Neq̄ enim se
ipsam fecerat: aut educauerat seipsam
Tu creasti eam: nec pater nec ma=

ter sciebat qualis ex eis illa fieret. Et erudiuit eas in timore tuo vga xpi tui: regimē vnici filij tui in domo fideli bono mēbro ecclie tue. nec tanta erga suā disciplinā diligentiam matris predicabat. q̄tam famule cuiusdā decrepite: q̄ patrem eius infātem portauerat. sicut dorso grādiuscularū puellarum paruli portari solent. Cuius rei grā z pter senectā ac mores optimos in domo xpiana satis a dñis honorabat. Vñ etiam curā dñicaꝝ filiaꝝ commissam sibi diligēter gerebat. z erat in eis coercendis cum opus esset sctā seueritate vehemēs atq̃ in docēdis sobria prudentia. Nam eas preter illas horas quibus ad mensam parētum moderatissime alebant: etiā si exardescerēt siti nec aquā bibere sinebat: precauēs cōsuetudinē malam: z addēs vbum sanū. Mō aquā bibitis q2 in ptāte vinū nō habetis. Cū autem ad maritos veneritis: facte dñe apothecarum z cellariorum aqua sordebit. sed mos potandi preualebit. Hac ratiōe precipiēdi z autoritate impetrādi frenabat auiditatē tenerioris etatis z ipam puellaꝝ sitim formabat ad honestū modū: vt iā nec liberet qd non deceret. Et subrepserat tñ: sicut mihi filio famula tua narrabat: subrepserat ei violentia. Nam cum de more tanq̃ puella sobria iuberet a parentibus de cupa vinū depromere: summisso poculo qua de sup patet priusq̃ in lagūculā funderet merū: primoribus labris sorbebat exiguū: q2 non poterat ampli⁹ sensu recusante. Non eñ vlla temulēta cupidine faciebat hoc: s; quibusdā supfluētibus etatis excessib⁹: q̄ ludicris motib⁹ ebulliūt. z in puerilib⁹ aīs maioꝝ pōdere p̄mi solent. Itaq̃ ad illud modicū quotidiana modica addēdo: qm qui modica spernit paulatim decidit: in ea cōsuetudine lapsa erat: vt ppe iā plenos mero caliculos inhianter hauriret. Vbi tunc sagax anus: z vehemēs illa prohibitio. Nunquid valebat aliquid aduersus latentem morbum: nisi tua medicina dñe vigilaret super nos? Absente patre et matre z nutritoribus: tu presens: qui creasti. q vocas: q etiam per prepositos homines boni aliqd agis ad aiarū salutē. qd tunc egisti de⁹ me⁹. Vñ curasti. Vñ sanasti? Nonne ptulisti dur z acutū ex altera aīa cōuiciū tanq̃ medicinale ferrum ex occultis puisionibus tuis. z vno ictu putredinē illā precidisti? Ancilla eñi cum qua solebat accedere ad cupā litigās cū dña minore: vt fit: sola cum sola obiecit hoc crimen amarissima insultatione vocās meri bibulam. Quo illa stimulo pcussa respexit feditatē suā: confestimq̃ dānauit atq̃ exuit. Sicut amici adulantes puertunt: sic inimici litigantes plerūq̃ corrigunt. Nec tu qd p eos agis: s; qd ipi voluerūt retribuis eis. O Illa eñi irata exagitare appetiuit minorē dñaȝ non sanare. z id clanculo. aut q2 ita eas inuenerat locus z tps litis. aut ne forte z ipa periclitaret qd tam sero prodidisset. At tu dñe rector celitū z terrenorum ad vsus tuos contorquens profūda torrētis fluxum seculorum ordinās turbulentum: etiā de alteri⁹ aīe insania sanasti alterā. Nec quisq̃ cum hoc aduertit potētie sue tribuat. si verbo eius alius corrigat quem vult corrigi. Educata itaq̃ pudice ac sobrie potiusq̃ a te subdita parētibus: q̃ a parētibus tibi. vbi plenis annis nubilis facta est. tradita viro seruiuit veluti dño. z sategit eum lucrari tibi. loquens te illi morib⁹ suis: quib⁹ eā pulchrā faciebas: z reuerenter amabilē atq̃ mirabilē viro. Ita autem tolerauit cubilis iniurias vt nullam de hac re cū marito haberet vnq̃ simultatem. Expectabat enim miam tuā super eū: vt in te credēs castificaret. Erat vero ille preterea sicut beniuolentia precipuus. ita ira feruidus. Sed nouerat hec non resistere irato viro. nō tñ facto sed ne vbo quidē. Iā vo refracto z quieto cū opportunū viderat rōnē facti sui reddebat. si forte ille inconsideranti⁹ cōmot⁹ fuerat. Deniq̃ cum matrone multe: quarum viri mansuetiores erant plagarum vestigia etiā dehonestata facie gererent. inter amica colloquia ille arguebant maritorum vitā: hec eaꝝ lin=

guā veluti per iocū grauiť admonens ex quo illas tabulas q̄ matrimoniales vocanť recitari audissent. tanq̄ instrumenta quibus ancille facte essent deputare debuissent. proinde memores conditionis superbire aduersus dños non oportere. Cūq̄ mirarenť ille scientes q̄ ferocē coniugem sustineret nunq̄ fuisse auditū. aut aliquo indicio claruisse q̄ patricius ceciderit vxorem. aut q̄ ea se inuicem vel vnū diē domestica lite dissenserint. et cām familiariť quererent: docebat illa institutū suū qd supra memoraui. Que obseruabant expte gratulabanť. q̄ nō obseruabant subiecte vexabanť. Socrū etiā suā pzio susurriis malaꝝ ancillarum aduersus se irritatā sic vicit obsequiis pseuerans tolerantia ꝛ mansuetudine. vt illa vltro filio suo medias linguas famularū pderet quibus inter se et nurū pax domestica turbabatur: expeteret vindictam. ¶ Itaq̄ postea q̄ ille ꝛ mři obtemperās et curās familie disciplinā: ꝛ cōcordie suoꝝ cōsulens: pditas ad pdentis arbitrium verberibus coercuit. pmisit illa talia de se pmia sperare debere. quecūq̄ de sua nuru sibi quo placeret mali aliqd loqreť: nullaq̄ iam audente memorabili inter se beniuolentie suauitate vixerunt. Hoc quoq̄ illi bono mancipio tuo: in cuius vtero me creasti deus meus mia mea munus grande donaueras: q̄ inter dissidentes atq̄ discordes quaslibet aīas vbi poterat tā se prebebat pacificā. vt cū ab vtraq̄ multa de iuicē audiret amarissima: qualia solet eructare turgēs atq̄ indigesta discordia: qn̄ presenti amice de absente inimica per acida colloquia cruditas exalať odioꝝ: nihil tñ alteri de altera proderet: nisi q̄ ad eas reconciliandas valeret. ¶ Paruū hoc bonū mihi videreť: nisi turbas innumerabiles tristis experirer: nescio q̄ horrēda pestilentia pctōꝝ latissime peruagāte: non solū iratoꝝ inimicoꝝ iratis inimicis dicta pdere: sed etiā q̄ non dicta sunt addere: cum cōtra aīo humano parū esse debeat inimicicias hominū nec excitare nec augere male loquendo: nisi eas etiā extinguere bn̄ loquēdo studuerit: qualis illa erat docēte te mgr̄o intimo in scho la pectoris. Deniq̄ etiā virū suū iam in extrema vita tp̄ali eius lucrata est tibi nec in eo iā fideli planxit: qd in nōdum fideli tolerauerat. Erat etiā serua suorū tuorum. Quisqs eorū nouerat eam: multū in ea laudabat et honorabat et diligebat te. q2 sentiebat presentiam tuam in corde eius sctē cōuersationis fructib⁹ testibus. Fuerat eñi vni⁹ viri vxor. mutuā vicē parentibus reddiderat. domū suā pie tractauerat. i opibus bonis testimoniū habebat. Nutrierat filios totiēs eos parturiēs quotiens a te deuiare cernebat. Postremo nobis dñe oībus qui ex munere tuo sinis loq̄ suis tuis qui añ dormitionē ei⁹ in te iā cōsociati viuebamus: pcepta grā baptismi tui: ita curā gessit q̄si oēs genuissꝫ. ita seruiuit q̄si ab omnib⁹ genita fuissꝫ. Imminēte aūt die q̄ ex hac vita erat exitura: quē diē tu noueras ignorantibus nobis: pueneral vt credo pcurante te occultis tuis modis: vt ego ꝛ ipa soli staremus incūbētes ad quandā fenestram vñ oztus intra domū q̄ nos habeat pspectabať illic apud ostia tiberina. vbi remoti a turbis post lōgi itineris laborē instaurabam⁹ nos nauigationi. Colloq̄bamur ḡ soli valde dulciť: ꝛ preterita obliuiscentes in ea q̄ añ sunt extenti q̄rebamus inť nos apud presentem veritatem quod tu es: q̄lis futura essꝫ vita eterna sctōꝝ: quā nec ocul⁹ vidit. nec auris audiuit: nec in coꝝ hoīs ascendit. ¶ Sed inhiabam⁹ ore cordis in superna flueta fontis tui: fontis vite: q̄ est apud te: vt inde p captu nr̄o aspsi quoq̄ mō rē tantā cogitarem⁹. Cūq̄ ad eum finē smo pduceret: vt carnaliū sensuum delectatio q̄talibet in quantalibet luce corporea pre illius vite iocūditate nō cōparatione sꝫ ne cōmemoratione quidē digna videreť: erigentes nos ardentiore affectu in idipsum pambulauimus gradatim cuncta corporalia ꝛ ipsum celum vñ sol ꝛ luna ꝛ stelle lucent sup terram. Et adhuc ascendebamus intius cogitā

do ꝛ loquẽdo te te mirando opera tua et venim⁹ in mẽtes nr̃as ꝛ trãscẽdim⁹ eas. vt attingerem⁹ regionẽ vbertatis indeficientis. vbi pascis isrl̃ ineternum veritatis pabulo: ꝛ ibi vita sapia est: ꝑ quã fiunt oĩa ista et q̃ fuerũt ꝛ q̃ futura sunt. et ipa non fit: ꝫ sic est vt fuit. et sic erit semp: quin poti⁹ fuisse ꝛ futurũ eẽ. non est in ea: ꝫ esse solu: qꝛ eterna est. Nã fuisse et futurũ esse nõ est eternum Et dũ loq̃mur et inhiam⁹ illi: attingimus eã modice toto ictu cordis: ꝛ suspirauimus et reliq̃m⁹ ibi religatas pmitias spũs. et remeauimus ad strepitum oris nostri: vbi verbũ ꝛ incipitur ꝛ finit. Et qd simile v̶bo tuo dño nostro in se ꝑmanenti sine vetustate atq̧ innouãti oĩa? Dicebam⁹ ꝫ. Si cui sileat tumultus carnis: sileant fantasie terre et aquaꝝ et aeris. silant ꝛ poli: et ipsa sibi aĩa sileat: et transeat se non se cogitando. Sile ãt somnia et imaginarie reuelationes. omnis lingua et omne signũ. ꝛ q̃cq̃d transeũdo fit si cui sileat omnino. qꝛ si q̃s audiat: dicũt hec oĩa. non ipsa nos fecim⁹: sed fecit nos q̃ manet ineternum. S His dictis si tam taceãt qꝛ erexerunt aurẽ in eũ q̃ fecit ea: ꝛ loquat ipe sol⁹ nõ ꝑ ea ꝫ ꝑ seipsum. vt audiamus verbũ ei⁹ non ꝑ linguã carnis neq̧ ꝑ vocẽ angeli: neq̧ ꝑ sonitum nubis: neq̧ ꝑ enigma similitudinis: sed ipsum quẽ in his amam⁹ ipsum sine his audiam⁹: sicut nunc extendim⁹ nos et rapida cogitatione attingimus eternã sapientiã sup omnia manẽtẽ: si cõtinuetur hoc ꝛ subtrahantur alie visiones lõge imparis generis. ꝛ hec vna rapiat ꝛ absorbeat ꝛ recondat in interiora gaudia spectatorẽ suum vt talis sit sempiterna vita quale fuit hoc nomẽ tũ intelligentie cui suspiram⁹. Nõne hoc est. intra in gaudiũ dñi tui? Et istud qñ? An cũ oẽs resurgem⁹: sed nõ oẽs imutabimur? Dicebam⁹ talia: ꝛ si nõ isto mõ ꝛ his verbis. tñ dñe tu scis ꝙ illo die cũ talia loq̃remur ꝛ mũdus iste nobis inter verba vilesceret cũ oĩbus delectationibus suis. Tũc ait illa. ℭ Fili quantũ ad me attinet nulla re iã delector in hac vita. Quid hic faciã adhuc ꝛ cur hic sim nescio: iam consumpta spe huius seculi. Unũ erat ꝓpter qd̃ in hac vita aliquantũ imorari cupiebã. vt te xp̃ianũ catholicũ viderẽ priusq̧ morerer. Cumulatius hoc mihi de⁹ me⁹ prestitit: vt te etiã contempta felicitate terrena seruũ eius videã. Quid hic facio? Ad hec ei qd rñderim non satis recolo ℭum interea vix intra quinq̧ dies aut non multo ampli⁹ decubuit febribus. Et cũ egrotaret quodam die defectum aĩe passa est. ꝛ paululũ subtracta a presentib⁹. Nos concurrim⁹. Sꝫ cito reddita est sensui. ꝛ aspexit astantes me et fratrẽ meum. ꝛ ait nobis quasi querenti similis. Ubi eram? Deinde nos intuens merore attonitos: ponetis hic inq̃t matrem vestram? Ego silibã ꝛ fletũ frenabam Frat autem meus quiddaꝫ locutus est quo eã nõ ꝑegre: sed in patria defundi tanq̧ felicius optaret. Quo audito illa vultu anxio reuerberans eũ oculis ꝙ talia saperet atq̧ inde me intuẽs vidẽ ait qd dicit. Et mox ambobus: ponite inq̃t hoc corpus vbicunq̧. nihil vos eius cura conturbet. Tantũ illud vos rogo: vt ad dñi altare memineritis mei vbi fueritis. Cunq̧ hanc sniam verbis quibus poterat explicasset: conticuit. ꝛ ingrauescente morbo exercebat. Ego vero cogitans dona tua deus inuisibilis que immittis in corda fidelium tuorum. ꝛ proueniunt inde fruges admirabiles: gaudebam ꝛ gratias agebam tibi. recolens ꝙ noueram. quanta cura semper estuasset de sepulchro quod sibi prouiderat ꝛ preparauerat iuxta corpus viri sui. Qꝛ enim valde concordit vixerãt: id etiã volebat: vt est animus humanus min⁹ capax diuinoꝝ: adiũgi ad illã facilitatẽ: ꝛ cõmemorari: ab hoĩb⁹: cõcessũ sibi esse post transmarinã ꝑegrinationẽ vt cõiũcta terra amboꝝ coniugũ terra tegeret Quando autem ista inanitas plenitudine bonitatis tue cepat in eius corde nõ esse nesciebam: ꝛ letabar admirãs ꝙ sic michi apparuisset: q̧q̧ ꝛ illo sermone nostro ad fenestram cum dixit: iam qd hic facio? nõ appuit desiderare i patria

mori. Audiui etiam postea ꝙ iã cũ ostiis essemus cũ quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebat̃ quodam die de contẽptu vite hui⁹: et bono mortis vbi ipse non aderam. ¶ Illisq̃ stupentibus virtutem femine quã tu dederas ei querẽtibus vtrũ non formidaret tam longe a sua ciuitate corpus relinquere nihil inq̃t longe est deo neq̃ timẽdum est ne ille non agnoscat in fine seculi vnde me resuscitet. Ergo die nono egritudinis sue: quinquagesimo ⁊ sexto anno etatis sue trigesimo et tertio etatis mee aĩa illa religiosa et pia corpore soluta est. Premebã oculos eius ⁊ cõfluebat in precordia mea mestitudo ingens et trãsfluebat in lachrymas. ibidẽ q̃ oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum vsq̃ ad siccitatẽ. ⁊ in tali luctamine valde male mihi erat. Tũ vero vbi efflauit extremũ spiritũ puer adeodatus exclamauit in plãctũ atq̃ ab omnib⁹ nobis coercitus tacuit. Hoc mõ etiã meũ quadã puerile qð habebat̃ i fletus iuuenili voce cordis coercebat̃ ⁊ tacebat. Neq̃ enim decere arbitrabamur funus illud questub⁹ lachrymosis gemitibusq̃ celebrare. quia his plerũq̃ solet deplorari quedã miseria morientiũ aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec misere moriebat̃ nec omnino moriebatur. Hoc ⁊ documẽtis moꝝ eius: et fide nõ ficta: rõnibusq̃ certis tenebamus. Quid erat ergo ꝙ int⁹ mihi grauiter dolebat: nisi ex consuetudine simul viuendi dulcissima ⁊ charissima repente simul dirupta: vulnus recens? Gratulabar quidem testimõio ei⁹ ꝙ in ea ipsa vltima egritudĩe obsequiis meis interblandiẽs appellabat me piũ et commemorabat grandi dilectionis affectu numq̃ se audisse ex ore meo iaculatum in se durum aut contumeliosum sermonem. Sed tamen quid tale deus meus qui fecisti nos? Quod comparabile habebat honor a me delatus illi ⁊ seruitus ab illa mihi? Quoniam itaq̃ deserebar tam magno eius solatio saucibatur anima mea: ⁊ quasi dilaniabat̃ vita q̃ vna facta erat ex mea ⁊ illius. Cohibito ergo a fletu illo puero psalterium arripuit euodius: ⁊ cantare cepit psalmũ. Cui respondebamus omnis domus. Misericordiam ⁊ iudiciũ cantabo tibi domine. Audito aũt quid ageretur conuenerunt multi fratres ac religiose femine: ⁊ de more illis quorũ officium erat funus curantibus: ego in parte vbi decenter poterã cũ eis qui me non deserendum esse cẽsebãt: quod erat tp̃i congruum disputabam: eoq̃ fomẽto veritatis mitigabam cruciatum tibi notum. illis ignorantibus ⁊ intente audientibus. ⁊ sine sensu doloris me esse arbitrantibus. ¶ At ego in auribus tuis vbi eorũ nullus audiebat. increpabã mollitiem affectus mei ⁊ constringebam fluxum meroris cedebatq̃ mihi paululum. rursusq̃ impetu suo ferebat̃ non vsq̃ ad eruptionem lachrymarum. nec vsq̃ ad vultus mutationẽ. sed ego sciebam quid corde premerẽ. Et q: mihi vehementer displicebat tñ in me posse hec humana. que ordine debito ⁊ sorte ꝯditionis nostre accidere necesse est. alio dolore dolebã dolorem meum. ⁊ duplici tristicia macerabar. Cum ecce corp⁹ elatum est: imus ⁊ redim⁹ sine lachrimis. Nam neq̃ in eis precibus quas tibi fudimus: cum offerretur pro ea sacrificium preciĩ nostri. iam iuxta sepulchrum posito cadauere priusq̃ deponeretur: sicut illic fieri solet: nec in eis ergo precibus fleui: sed toto die grauiter in occulto mest⁹ eram et mente turbata rogabam te vt poteram ꝙ sanares dolorem meum. nec faciebas credo commendans memorie mee: vel hoc vno documento omnis cõsuetudinis vinculum etiam aduersus mentem: que iam non fallaci verbo pascitur. Visum etiam mihi est vt irem lauatum: ꝙ audieram inde balneis nomen inditum. quia greci balanion dixerint: ꝙ anxietatem pellat ex animo. Ecce ⁊ hoc cõfiteor misericordie tue pater orphanoꝝ: qm̃ laui: ⁊ talis eram qualis priusq̃ lauissem. neq̃ eñ exudauit de corde meo meroris amaritudo.

Deinde dormiui ⁊ euigilaui: ⁊ nõ par-

ua ex parte mitigatū inueni dolorē me
um. atq; vt erā in lecto meo solus recor
dat⁹ sum veridicos v̄sus ambrosij tui.
Tu es enim de⁹ creator oīm :polis re-
ctor. vestiēs diē decoro lumine:noctem
sopori gr̄a. artus solutos vt quies red
dat laboris vsui. mentesq; fessas alle-
uet: luctusq; soluat anxios. Atq; inde
paulatim reducebā in pristinū sensum
ancillā tuā: cōuersationēq; eius piā in
te ⁊ sctām: in nos blandā atq; morige-
rā. q̄ subito destitut⁹ sum. et libuit flere
in cōspectu tuo de illa ⁊ pro illa. de me
⁊ pro me. Et dimisi lachrymas quas cō
tinebam vt effluerēt quātū vellent sub-
sternēs eas cordi meo: ⁊ requieuit i eis
qm̄ ibi erāt aures tue: nō cuiusq; hoīs
superbe interpretātis ploratū meū. y.
Et nūc dn̄e ꝯfiteor tibi in lr̄is. legat qui
volet ⁊ interpretet vt volet. ⁊ si pctm̄ inue
nerit fleuisse me matrem exigua par-
te hore: matrē oculis meis interim mor
tuam q̄ me multos annos fleuerat: vt
oculis tuis viuerē: non irrideat. s; poti⁹
si est grandi charitate, p pctis meis fle-
at ipse ad te patrē oīm fratrum xp̄i tui.
Ego aūt iam sanato corde. ab illo vul-
nere in quo poterat redargui carnalis
affect⁹: fundo tibi deus noster pro illa
famula tua longe aliud lachrymarū ge-
nus: qd manat de cōcusso sp̄u: conside-
ratione periculorū oīs aīe q̄ i adam mo
rit. Quāq̄ illa in xp̄o viuificata etiam
nondū carne resoluta sic vixerit vt lau-
det nomē tuum in fide moribusq; eius.
non tn̄ audeo dicere ex quo eā p baptis
mū regenerasti nullum v̄bum exisse ab
ore eius cōtra preceptū tuū. Et dictū
est a veritate filio tuo. Si quis dixerit
fratri suo fatue. reus erit gehēne ignis
Et ve etiā laudabili vite hoīm si remo-
ta mia discutias eā. Quia vero non ex-
quiris delicta vehemēter: fiducialit̄ spe
ramus aliquem apud te locum iuenire
indulgentie. Quisquis aūt tibi enume
rat vera merita sua. qd tibi enumerat
nisi munera tua? O si cognoscāt se om
nes homines. ⁊ qui gloriatur in domi-
no glorietur. Ego itaq; laus mea et vi-
ta mea deus cordis mei. se positis pau
lisper bonis eius actibus: pro quibus
tibi gaudēs gratias ago. nunc pro pec
catis matris mee deprecor te: exaudi
me per medicinā vulnerum nostrorum
que pependit in ligno. ⁊ sedens ad dex
teram tuam te interpellat pro nobis.
Scio misericorditer operatam: ⁊ ex cor
de dimisisse debita debitoribus suis: di
mitte illi ⁊ tu debita sua. si qua etiā con
traxit per tot annos post aquam salu-
tis. Dimitte domie: dimitte obsecro ne
intres cum ea in iudicium. Super exal
tet misericordia iudicium: quoniam elo
quia tua vera sunt. ⁊ promisisti miseri-
cordiam misericordibus. Quod vt es-
sent tu dedisti eis. qui misereberis cui
misertus eris. et misericordiam presta-
bis cui misericors fueris. 3
Et credo iam feceris quod te rogo. sed
voluntaria oris mei approba domine.
Namq; illa imminente die resolutio-
nis sue non cogitauit suum corpus sum
ptuose contegi: aut condiri aromatib⁹:
aut monumentum electum concupiuit
aut curauit sepulchrum patrium. Non
ista mandauit nobis: sed tantummodo
memoriam sui ad altare tuum fieri desi
derauit. cui nullius diei pretermissione
seruierat vnde sciret dispensari victimā
sanctam: qua deletum est chirographū
qd erat cōtrariū nobis: qua triumpha-
tus est hostis: computans delicta no-
stra. ⁊ querens quid obijciat. ⁊ nihil in-
ueniens in illo in quo vincimus. Quis
ei refundet innocētē sanguinem? Quis
ei restituet precium quo nos emit: vt
nos auferat ei. Ad cuius precij nostri
sacramētum: ligauit ancilla tua aīam
suam vinculo fidei. Nemo a ptectione
tua dirumpat eam. Non se interponat
nec vi nec insidijs leo ⁊ draco. Neq; eñ
respondebit illa nihil se debere ne con-
uincatur ⁊ obtineatur ab accusatore cal
lido. sed respondebit dimissa debita sua
ab eo cui nemo reddet quod pro no-
bis non debens reddidit. Sic ergo in
pace cum viro ante quem nulli ⁊ post
quem nulli nupta est. cui seruiuit fru-
ctum tibi afferens cum tolerantia vt
eum quoq; lucraret tibi. Et inspira do-

mine de⁹ meus:inspira seruis tuis fra=
tribus meis filijs tuis:dñis meis:quib⁹
⁊ voce et corde ⁊ litteris seruio:vt quot
quot hec legerint meminerint ad alta=
re tuum. Monice famule tue cū patri
cio quondā eius coniuge.per quoꝝ car
nē introduxisti me in hanc vitā quēad=
modum nescio. Meminerint cū affectu
pio parentū meoꝝ in hac luce transito
ria:⁊ fratrū meoꝝ sub te patre i matre
catholica:⁊ ciuium meorum in eternā
hierusalē:cui suspirat pegrinatio ppli
tui ab exitu vsq ad reditum. vt quod a
me ille poposcit extremum: vberius ei
prestet in multoꝝ orationib⁹tam ꝑ con
fessiones q̄ per orationes meas.

¶ Explicit liber nonus.

Incipit decimus A

Cognoscā te co
gnitor me⁹:co=
gnoscā te sicut
⁊ a te cognitus
sū. Virt⁹ anime
mee intra i eā:et
coapta tibi vt
hēas ⁊ posside
as sine macla ⁊
ruga. Hec est
mea spes:iō loquor ⁊ i ea spe gaudeo:
qn sanū gaudeo. Cetera xō vite huius
tāto min⁹ flēda q̄to magis fletur ⁊ tā=
to magis flenda q̄to minus fletur i eis
Ecce eñ veritatē dilexisti:qm̄ qui facit
eā venit ad lucem. Volo eā facere i cor
de meo corā te in ꝯfessione:i stilo aūt
meo corā multis testibus. Et tibi qdem
dñe cui⁹ oclis nuda ē abyss⁹ hūane con
scientie. qd occultū esset in me etiam si
nollem confiteri tibi. Te eī mihi abscō=
deram:nō me tibi. Nūc aūt q̄gemitus
me⁹ testis est displicere me mihi: tu re=
fulges ⁊ places:⁊ amaris et desidera=
ris:vt erubescā de me ⁊ abijciam me at
q eligā te:⁊ nec tibi nec mihi placeam
nisi de te. Tibi ḡ dñe manifestus sū qui
cunq sim. ⁊ quo fructu tibi confitear di
xi. Neq enim id ago verbis carnis et
vocib⁹:sed verbis anime ⁊ clamore co
gitationis:quem nouit auris tua. Cū
eñi malus sum:nihil est aliud confiteri
tibi q̄ displicere mihi. Cum vero pius
nihil est aliud cōfiteri tibi q̄ hoc nō tri=
buere mihi:qm̄ tu dñe benedicis iustū
sed prius eū iustificas impium. Confes
sio itaq mea deus meus in conspectu
tuo tibi tacite fit:⁊ non tacite. Tacet ei
strepitu:clamat affectu. Neq eñ dico
recti aliqd hominibus quod non a me tu
prius audieris:aut etiam tu aliqd tale
audies a me qd non mihi tu prius dixe
ris. Quid mihi ḡ est cū hoībus vt audi
ant confessiones meas:quasi ipsi sana=
turi sint oēs languores meos? B
Curiosum genus ad cognoscendam vi=
tam alienam:desidiosum ad corrigēdā
suā. Quid a me querūt audire qui sim
qui nolūt a te audire qui sint? Et vnde
sciunt cum a meipso de meipso audiunt
an verū dicā. qñquidē nemo scit hoīm
qd agatur in hoie nisi spūs hois q̄ in ip
so est. Si aūt a te audiunt de seipsis: nō
poterunt dicere mentiť dñs. Quid est
eñi a te audire de se: nisi cognoscere se?
Quis porro cognoscit ⁊ dicit falsum ē:
nisi ipse mentiať? Sed q: charitas oīa
credit:inter eos vtiq quos connexos si
bimet vnum facit. ego q̄ dñe etiam sic
tibi cōfiteor vt audiant hoīes quib⁹ de
monstrare nō possum an vera cōfitear:
sed credunt mihi quorum mihi aures
charitas aperit. Veruntamen tu medi
ce meus intime quo fructu ista faciam
eliqua mihi. Nam cōfessiones preteri=
torum maloꝝ meoꝝ q̄ remisisti ⁊ texisti
vt beares me in te:mutās aiam meam
fide ⁊ sacro tuo:cū legūtur ⁊ audiūtur
excitant cor ne dormiat in desperatiōe
⁊ dicat:non possū:sed euigilet in amo=
re misericordie tue et dulcedine gratie
tue:qua potēs est oīs infirmus qui sibi
ꝑ ipsam fit consci⁹ infirmitatis sue. Et
delectat bonos audire p̄terita mala eo
rum qui iam carent eis. nec ideo delec
tat quia mala sunt:sed q: fuerunt ⁊ nō
sunt. Quo itaq fructu domine de⁹ me=
us cui quotidie confitetur conscientia
mea:spe misericordie tue securior q̄ in=

nocentia sua. Quo fructu queso etiam
hominibus corā te cōfiteor per has lit=
teras adhuc q̄s ego sim: nō q̄s fuerim.
Nam illū fructū vidi ⁊ commemoraui
¶ Sed q̄s adhuc sim: ecce in ipso tp̄e
ꝯfessionū mearū: ⁊ multi hoc nosse cu=
piūt q̄ me nouerūt ⁊ nō me nouerunt. q̄
ex me vel de me aliq̄d audierūt: sed au=
ris eorū nō est ad cor meū: vbi ego sum
quicunq̄ sum. Volunt ergo audire con
fitentem me quid ip̄e intus sim: qui nec
oculū nec aurem nec mentem possunt
intendere: credituri tn̄ volunt: nunquid
cognituri? Dicit enī eis charitas qua
boni sunt. nō mentiri me de me confiten
tem: ⁊ ipsa in eis credit mihi. Sed quo
fructu id volunt? An cōgratulari mihi
cupiunt cū audierint q̄ntum ad te acce=
dā munere tuo: ⁊ orare pro me cum au
dierint q̄ntum retarder pondere meo?
Indicabo talibus. Non enī paruus est
fructus dn̄e deus meus: vt a multis ti=
bi gratie agant̄ de nobis ⁊ a multis ro
geris ꝑ nobis. Amet in me fraternus
animꝰ qđ amandum doces: ⁊ doleat in
me quod dolendum doces. Animus il=
le hoc faciat fraternus non extraneus.
nō filiorū alienorū: quorū os loquutū
est vanitatē: ⁊ dextera eorꝫ dextera iniq
tatis. sed fraternus ille qui cum appro=
bat me gaudet de me. Cum autem im=
probat me contristatur pro me: quia si=
ue approbet siue improbet: diligit me.
Indicabo me talibus: respirent in bo=
nis meis: suspirent in malis meis. Bo
na mea instituta tua sunt et dona tua.
mala mea delicta mea sunt et iudicia
tua. Respirent in illis: suspirent in his
Et hymnus ⁊ fletus ascēdant in cōspe=
ctū tuū de fraternis cordibus thuribu=
lis tuis. Tu autē dn̄e delectatus odore
sancti templi tui: miserere mei sm̄ ma=
gnā misericordiā tuam: propter nomen
tuū: ⁊ nequaq̄ deserens cepta tua con=
summa imperfecta mea. D Hic
est fructus confessionū mearꝫ: non qua=
lis fuerim: sed qualis sim: vt hoc confi=
tear: non tm̄ coram te secreta exultatio
ne cum tremore: et secreto merore cum
spe: sed etiam in auribus credentium fi

liorū hoīm: sociorū gaudij mei: ⁊ cōsor=
tium mortalitatis mee: ciuium meorꝫ: ⁊
mecū peregrinorū precedentium et con
sequentiū: et comitum vie mee. Hi sunt
serui tui fratres mei q̄s filios tuos esse
voluisti dn̄os meos. q̄bꝰ iussisti vt serui=
am: si volo tecū de te viuere. Et hoc mi
hi verbū tuū parū erat si loquendo pre
ciperet: nisi ⁊ faciendo preiret. Et ego
id ago factis et dictis. id ago sub alis
tuis nimis cū ingenti periculo: nisi q̄r
sub alis tuis tibi subdita est aīa mea: ⁊
infirmitas mea tibi nota est. Paruulꝰ
sum: sed viuit semper pater meꝰ: ⁊ ido=
neus est mihi tutor meus. Idem ipse ē
enī qui genuit me ⁊ tuetur me: ⁊ tu ipse
es omnia bona mea. tu omnipotens q̄
mecum es: ⁊ priusq̄ tecum sim. Indica
bo ergo talibus qualibus iubes vt ser=
uiam: non quis fuerim: sed quis iā sim:
⁊ quid adhuc sim: sed neq̄ meipsum di=
iudico. Sic itaq̄ audiar. Tu enim dn̄e
diiudicas me. Quia et si nemo scit ho=
minum que sunt hominis: nisi spiritus
hominis q̄ in ipso est: tn̄ est aliquid ho=
minis qđ nec ipse scit spūs hominis qui ī
ipso est. E Tu autē dn̄e scis eius
omia qui fecisti eū. Ego vero q̄uis pre
tuo cōspectu me despiciā: ⁊ estimem me
terram ⁊ cinerem: tn̄ aliq̄d de te scio qđ
de me nescio. Et certe nūc videmus per
speculū in enigmate nondum facie ad
faciem. Et ideo q̄diu peregrinor abs te
mihi sum presentior q̄ tibi: ⁊ tn̄ te noui
nullo modo posse violari. Ego vo qui
bus tētationibus resistere valeā: q̄bus=
ve nō valeam nescio. Et spes est: q̄r fide
lis es: qui nos nō sinis tentari supra q̄
possumus ferre: sed facis cū tentatiōe
etiā exitū vt possumus sustinere. Cōfi=
tear ergo q̄d de me sciā: cōfitear ⁊ quid
de me nesciam. Qm̄ et qđ de me scio te
mihi lucente scio: ⁊ qđ de me nescio tā=
diu nescio donec fiant tenebre mee sicut
meridies in vultu tuo: nō dubia sed cer
ta conscientia. Domine amo te. Per=
cussisti cor meum verbo tuo et amaui
te. Sed et celum et terra et omnia que
in eis sunt: ecce vndiq̄ mihi dicunt vt te
amem. nec cessant dicere omibꝰ vt sint

inexcusabiles. Altius autem tu misereberis cui misertus eris: et misericordiã prestabis cui misericors fueris. Aliodn celum et terra surdis loquuntur laudes tuas. Quid autem amo cum te amo? Non speciem corporis: nec decus tẽporis nec cãdorem lucis. ecce istis amicũ oculis: nõ dulces melodias suauiũ cãtilenarũ omnimodarũ. nõ florũ et vnguẽtorũ et aromatũ suaue olentia. non mãna et mella. non membra acceptabilia carnis amplexibus. non hec amo cum amo deũ meũ: et tñ amo quãdam lucẽ et quãdã vocẽ et quẽdã odorẽ: et quẽdã cibũ: et quẽdã ãplexũ cũ amo deũ meũ: lucẽ vocẽ: odorẽ. cibum amplexũ interioris hominis mei. vbi fulget anime mee qđ nõ capit locus: et vbi sonat qđ nõ rapit tẽpus. et vbi olet qđ non spargit flatus et vbi sapit qđ nõ minuit edacitas. et vbi heret qđ nõ diuellit satietas. ¶ Hoc est qđ amo cũ deũ meum amo. Et quid est hoc? Interrogaui terram: et dixit. non sum. et quecũqȝ in eadẽ sunt: idẽ confessa sunt. Interrogaui mare et abyssos: et reptillia animarũ viuarum: et responderunt. Non sumus deus tuus q̃re super nos. Interrogaui auras flabiles: et inquit vniuersus aer cum incolis suis. Fallitur anaximenes: non sum deus tuus. Interrogaui celum solem lunam stellas neqȝ nos sumus deus quẽ queris inquiunt. Et dixi omnibus his qui circunstant fores carnis mee. dicite michi de deo meo quod vos nõ estis. dicite mihi de illo aliquid. Et exclamauerunt voce magna. ipse fecit nos. Interrogatio mea: intentio mea: et responsio eorum species eorum. Et direxi me ad me et dixi michi. Tu quis es? Et respondi. homo. Et ecce corpus et aĩa ĩ me michi presto sunt. vnũ exterius et alterũ interius. Quid horum est vnde querere debui deum meũ quẽ iam q̃sieram p corpus a terra vsqȝ ad celũ quousqȝ potui mitte nuncios radios oculorum meorũ Sed melius quod intus. Et quippe renunciabant omnes nuncii corporales p̃sidenti et indicanti de responsionibus celi et terre et omnium que in eis sunt dicentium: nõ sumus deus et ipse fecit nos Homo interior cognouit hec per exterioris ministeriũ. ego interior cognoui hec: ego ego animus p sẽsus corporis mei. ¶ Interrogaui mundi molẽ de deo meo et respondit mihi. Non ego sũ sȝ ipse me fecit. Nõne omnibus q̃bus integer sẽsus ẽ appet hec species? Cur nõ oĩbus eadẽ loquit? Aialia pusilla et magna vidẽt eam: sȝ interrogare nequeunt. Non enim preposita est in eis nunciãtibus sẽsibus iudex ratio. Homines aũt possunt interrogare: vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur. Sed amore subdunt eis. et subditi iudicare non possunt. Nec respondent ista interrogantibus nisi iudicãtibus. nec vocem suam mutant. i. speciẽ suam. si alius tantum videat. alius autem vidẽs interroget: vt aliter illi appareat aliter huic. sȝ eodẽ modo vtriqȝ apparens. illi muta est: huic loquit: immo vero omnibus loquitur. sed illi intelligunt qui eius volem acceptam foris intus cum veritate conferunt. Ueritas enim dicit michi. Nõ est deus tuus celum et terra neqȝ omne corpus. Hoc dicit eorum natura. Uide. En moles minor ẽ in parte q̃ in toto. Iam tu melior es. tibi dico anima: quoniam tu vegetas molem corporis tui: prebens ei vitam quod nullum corpus prestat corpori. Deus aũt tuus etiã tibi vita est. Quid ergo amo cum deũ meum amo? Quis ẽ ille sup caput anime mee? Per ipsam animam meam ascendam ad illũ. Transibo vim meam qua hereo corpori: et vitalit compagem eius repleo. non ea vi reperio deum meum. Nam reperiret equus et mulus q̃bus non est intellectus. et est eadem vis qua viuũt ẽt eorum corpora. Est alia vis nõ solum qua viuifico: sed etiam qua sensifico carnem meam quam michi fabricauit dominus: iubẽs oculo vt nõ audiat et auri vt non videat sed illi p quẽ videam. huic per quam audiam: et propria singulatim ceteris sensibus sedibus suis et officiis suis que diuersa per eos ago: vnus ego animus. Transibo et istã vim meam. Nam et hanc habet equus

⁊ mulus. Sentiūt enim etiā ipsi ꝑ corp⁹
Transibo ḡ ⁊ ista nature mee gradib⁹
ascendens ad eum q̄ fecit me: ⁊ venio in
cāpos ⁊ lata pretoria memorie mee vbi
sunt thesauri inumerabilium imaginū
de huiuscemodi rebus sēsibus iuectaꝝ
Ibi reconditum est quicq̄d etiam cogi=
tam⁹ vel augēdo vel minuēdo vel vtcūq̄
variando ea q̄ sēsus attigerit. Et si q̄d
aliud cōmēdatū ⁊ repositū est: quod nō
dum absorbuit ⁊ sepeliuit obliuio. Ibi
quando sum posco vt ꝓferaꝶ quicq̄d vo
lo. Et q̄dam statim ꝓdeunt: quedā req̄=
runꝶ diutius ⁊ tanq̄ de abstrusioribus
quibusdā receptaculis eruunꝶ: quedam
cateruatim se proruunt: ⁊ dum petiꝶ ⁊ q̄
riꝶ: prosiliunt in medium quasi dicētia.
Ne forte nos sumus? Et abigo ea ma=
nu cordis a facie recordationis mee do
nec enubileꝶ illud q̄d volo: atq̄ incōspe
ctum ꝓdeat ex abditis. Alia faciliꝶ at=
q̄ imꝑturbata serie sicut poscunꝶ fugge
rūtur. ⁊ cedunt p̄cedētia cōsequētibus
⁊ cedendo cōdunꝶ. iterum cū voluero ꝓ=
cessura. J Q̄d totū fit
cū aliq̄d narro memoriꝶ. Ibi sunt omia
distincte gn̄atimq̄ suata: q̄ suo queq̄ adi
tu ingesta sunt. sicut lux atq̄ omnes co=
lores formeq̄ corporum ꝑ oculos. per
aures autem omnia gn̄a sonorum: om
nesq̄ odores ꝑ aditū narium: omēs sa
pores per oris aditum. ad sensū autem
toti⁹ corporis q̄d durū: q̄d molle: q̄d ca=
lidū frigidūue: lene aut aspeꝝ: ḡue seu
leue: siue extrinsecus siue intrisecus cor
pori. Hec oīa recipit recolēda cum op⁹
est ⁊ retractanda grandis memorie re=
cess⁹: ⁊ nescio q̄ secreti atq̄ ineffabiles si
nus eius: que omnia suis quecunq̄ fo
ribus intrāt ad eā. ⁊ reponuntur in ea.
Nec ipsa tamē intrāt: sed reꝝ sēsaꝝ ima
gines illic p̄sto sunt cogitationi remini
scēti eas. Que quō fabricate sint quis
dicit: cum appeat q̄bus sēsib⁹ rapte sint
intiusq̄ recondite? Nam ⁊ in tenebris
atq̄ in silētio dum habito: in memoria
mea ꝓfero si volo colores ⁊ discerno i=
ter album ⁊ nigrum: ⁊ inter quos alios
volo. Nec incurrūt soni atq̄ perturbāt
quod per oculos haustum cōsidero: cū
⁊ ipsi ibi sint: ⁊ quasi seorsum repositi la
teant. Nam ⁊ ipsos posco si placet: atq̄
adsunt ilico. Et quiescente lingua ac si=
lente gutture canto q̄tum volo imagi=
nesq̄ ille colorum que nichilominus ibi
sunt non se interponunꝶ neq̄ interrum=
punt: cum thesaurus alius retractatur
qui influxit ab auribus. Ita cetera que
per sensus ceteros ingesta atq̄ congesta
sunt recordor prout libet: ⁊ auram lilio
rum discerno a violis: nichil olfaciens
⁊ mel defruto leue aspero nil tum gustā
do neq̄ contractando: sed reminiscendo
antepono. K Int⁹ hec
ago in aula ingenti memorie mee. Ibi
eni michi celū ⁊ terra ⁊ mare presto sūt
cum oībus que in eis sentire potui: pre
ter illa que oblitus sum. Ibi michi ⁊ oc
curro: meq̄ recolo quid quando ⁊ vbi
egerim: quoq̄ modo cum agerem affe=
ctus fuerim. Ibi sūt omnia que siue ex=
ꝑta a me siue credita memini. Ex eadē
copia etiam similitudines reꝝ vel exꝑ=
taꝝ vel ex eis quas expertus sum credi
tarum alias atq̄ alias ⁊ ipse contexo p̄=
teritis: atq̄ ex his etiam futuras actio
nes: ⁊ euenta ⁊ spes: ⁊ hec omnia rurs⁹
quasi presentia meditor. Faciam hoc
aut illud: dico apud me in ipso ingen=
ti sinu animi mei pleno tot et tantarum
rerum imaginibus. ⁊ hoc aut illud seq̄=
tur. O si esset hoc aut illud. Auertat de
us hoc aut illud. Dico apd̄ me ista. Et
cum dico presto sunt imagines omnium
que dico ex eodem thesauro memorie.
nec omnino aliquid eorum dicerem si
defuissent. Magna ista vis est memo=
rie. magna nimis deus meus penetra=
le amplum ⁊ infinitum. Quis ad fun=
dū eius peruenit. Et vis est hec animi
mei atq̄ ad meam naturā pertinet. nec
egoipse capio totum quod sum. Ergo
animus ad habendum seipsum angust⁹
est vt vbi sit quid sui non capiat. Nun=
quid extra ipsum ac non in ipso? Quo=
modo ḡ non capit. Multa mihi sup hoc
aboritur admiratio: stupor app̄hendit
me. Et eūt hoies admirari alta mōtiū
⁊ ingētes fluct⁹ maris: ⁊ latissimos lap
sus fluminū: ⁊ oceani ambitū: et giros

siderū. ⁊ relinquūt seipsos nec mirātur. Or cū dicerē hec oīa nō ea videbā oculis. nec tñ dicerē nisi montes et fluctus et flumina ⁊ sidera q̄ vidi ⁊ oceanū quē credidi intus in memoria mea viderē spaciis tñ ingentibus quasi foris viderem? Nec ea tñ videndo absorbui quando vidi oculis. nec ipsa sunt apud me ſʒ imagines eorū. Et noui q̄d ex quo sensu corporis impressum sit mihi: sed non ea sola gestat immensa ista capacitas memorie mee. L Hinc sunt ⁊ illa oīa q̄ de doctrinis liberalibus precepta nōdū exciderūt quasi remota interiore loco nō loco. nec eoꝝ imagines sed res ipsas gero. Naʒ q̄d sit litteratura: quid peritia disputādi. quot genera q̄stionū quicq̄d hoꝝ scio sic est in memoria mea vt nō retenta imagine rē foris reliquerim: aut sonuerit ⁊ p̄terierit. sicut vox impressa ꝑ aures vestigio quo colerētur q̄si sonaret cum iam non sonaret. aut sicut odor dū transit ⁊ euanescit in vētos olfactū afficit. vñ traiicit in memoriaʒ imaginē sui. quā reminiscendo repetamus aut sicut cib⁹ q̄ certe in vētre iā nō sapit: ⁊ tñ ī memoria q̄si sapit. aut sicut aliquid qđ corpore tāgendo sentitur qđ etiam separatū a nobis imaginat̄ memoria. Iste q̄ppe res non intromittunt̄ ad eā: sed earū sole imagines mira celeritate capiūtur: ⁊ miris tanq̄ cellis reponuntur: ⁊ mirabiliter recordando ꝓferuntur. At vero cū audio tria genera esse q̄stionū: an sit: q̄d sit: quale sit. sonorū quidē q̄bus hec verba confecta sunt imagines teneo: ⁊ eos ꝑ aures cuʒ strepitu transisse: ac iam non esse scio. Res vero ipsas q̄ illis significant̄ sonnis neq̧ vllo sensu corporis attigi: neq̧ vspiaʒ vidi p̄ter animū meū: ⁊ in memoria recōdidi non imagines earum sed ipsas. Que vnde ad me intrauerint: dicant si possunt. Nā ꝑcurro ianuas omnis carnis mee: nec inuenio qua earū ingresse sint. Quippe oculi dicunt. Si colorate sunt nos eas nūciauimus. Aures dicūt Si sonuerunt a nobis indicate sunt. Nares dicūt. Si oluerūt ꝑ nos transierūt. Dicit etiā sensus gustādi. Si sapor nō est: nihil me interroges. Tact⁹ dicit Si corpulētū non est: nō ꝯtractaui. Si nō ꝯtractaui nō indicaui. M Unñ ⁊ qua hec intrauerūt in memoriā meaʒ Nescio quō. Nā cū ea didici nō credidi alieno cordi: sed in meo recognoui ⁊ vera esse approbaui: ⁊ commendaui ei tanq̄ reponēs vnde ꝓferrē cū vellem. Ibi ḡ erāt: ⁊ anteq̄ ea didicissem: sed in memoria nō erāt. Ubi ḡ aut quare cuʒ dicerent̄ agnoui: ⁊ dixi ita est ⁊ verū est nisi q2 iam erāt in memoria: sed tam remota ⁊ retrusa quasi in cauis abditioribus: vt nisi admonente aliquo eruerentur ea fortasse cogitare nō possē? Quocirca inuenimus nihil esse aliud discere ista quoꝝ nō ꝑ sensus haurimus imagines: sed sine imaginib⁹ sicuti sunt per seipsa intus cernim⁹: nisi ea que passim atq̧ indisposite memoria cōtinebat cogitando q̄si colligere atq̧ aiaduertendo curare: vt tanq̄ ad manuʒ posita in ipsa memoria: vbi sparsa prius ⁊ neglecta latitabāt. iā familiari intentioni facile occurrāt. Et q̄ multa hmōi gestat memoria mea: q̄ iam inuenta sunt. ⁊ sicut dixi q̄si ad manū posita: que et didicisse ⁊ nosse dicimur. Que si modestis tēpoꝝ interuallis recolere desiuero: ita rursus demerguntur: et quasi in remotiora penetralia dilabūtur: vt denuo velut noua excogitanda sint in idemite ꝑ. Neq̧ eñ est alia regio eorū recogenda rursus vt sciri possint. i. velut ex quadaʒ dispsione colligēda vñ dictū est cogitare. Nam cogo ⁊ cogito: sic est vt ago et actito: facio ⁊ factito. Uerūtñ sibi animus hoc verbū ꝓprie vendicauit: vt nō qđ alibi: sed ī aīo colligit̄: cogitari proprie iam dicat̄. Item cōtinet memoria numeroꝝ dimensionūq̧ ratiōes ⁊ leges innumerabiles: quarū nullam corporis sensus impressit: q2 nec ipse colorate sunt: aut sonāt: aut olēt: aut gustate: aut cōtracte sunt. N Audiui sonos verboꝝ quib⁹ significantur: cum de his disserit̄: sed illi alij sunt. Naʒ illi aliter greca: aliter latine sonant. iste vero res nec grece nec latine sunt. nec aliud eloquioꝝ genus. Uidi lineas fabroꝝ

vel etiā tenuissimas:sicut filum aranee sed ille alie sunt.nō sunt imagines earū quas mihi nunciauit carnis oculꝰ. Nouit eas quisquis sine vlla cogitatione qualiscunqꝫ cordis:intus agnouit eas. Sensi etiam numeros omnibus corporis sensibus q̄s numeramus:sed illi alij sunt quibꝰ numeramus. nec imagines istorū sunt:et iō valde sunt. Rideat me ista dicentē q̄ eos nō videt:⁊ ego doleā ridentē me. Hec oīa memoria teneo:et quoq̄ modo ea didicerim memoria teneo. Multa etiā q̄ aduersus hec falsissime disputanř audiui ⁊ memoria teneo que tametsi falsa sunt: tñ ea meminisse me nō est falsum: ⁊ discreuisse me inter illa vera ⁊ hec falsa que contradicunř: ⁊ hoc memini. Aliťqꝫ nūc video discernere me ista. aliter autem memini sepe me discreuisse cū ea sepe cogitarē. ¶ Ergo ⁊ intellexisse me sepiꝰ ista memini ⁊ qđ nūc discerno ⁊ intelligo recōdo in memoria: vt postea me nūc intellexisse meminerī. Ergo ⁊ meminisse3 memi. sicut postea ꝙ hec reminisci nūc potui si recordabor. vtiqꝫ ꝑvim mēorie recordabor. Affectiōes q̄3 aī mei eadē mēoria ꝯtinet. nō illo mō q̄ eas h3 ipse animus cū patiř eas:s3 alio multū diuerso: sicut se habet vis memorie. Nā ⁊ letatu3 me fuisse reminiscor:nō letꝰ. ⁊ tristicia3 mea3 preteritā recordor nō tristis. Et me aliqñ timuisse recolo sine timore: ⁊ pristine cupiditatis sine cupiditate sum memor aliqñ. Et ecōtrario tristiciā meam transactā letus reminiscor ⁊ tristis leticiam. Qđ mirandum nō est de corpore Aliud eñi animꝰ. aliud corpus. Itaqꝫ si preteritū dolorē corporis gaudens memini non ita mirū est. Hic vero cū animus sit etiā ipsa memoria. Nam ⁊ cum mandamus aliquid vt memoriter habeař:dicimꝰ. vide vt illud in aīo habeas. ⁊ cū obliuiscimur dicimꝰ. nō fuit in aīo:⁊ elapsum est aīo:ipsam memoria3 vocātes animū. Cum ergo ita sit q̄d est hoc ꝙ cū tristiciā meā preterita3 letus memini:animꝰ h3 leticiam ⁊ memoria tristiciā. letusqꝫ est animus ex eo ꝙ inest ei leticia. memoria vero ex eo ꝙ iest ei tristicia:tristis non est? Num forte non ꝑtinet ad aīm? Quis hoc dixerit? Nimirū ergo memoria q̄si venter est animi. leticia vero atqꝫ tristicia q̄si cibus dulcis ⁊ amarus. Cū memorie commēdantur:q̄si traiecta in ventrem recōdi illic possunt. sapere nō possunt. Ridiculum est hec illis similia putare:nec tñ sunt omī modo dissimilia. Sed ecce de memoria ꝓfero cū dico q̄ttuor esse ꝑturbationes aī:cupiditatē. leticiā. metū. tristiciam.

¶ Et q̄cq̄d de his disputare potero diuidendo singula ꝑ spēs sui cuiusqꝫ generis:⁊ diffiniendo:ibi inuenio q̄d dicā atqꝫ inde ꝓfero:nec tñ vlla earū perturbatiōe perturbor:cū eas reminiscendo cōmemoro:⁊ anteq̄ recolerenř a me et retractarenř:ibi erunt. ꝓpterea inde ꝑ recordatione3 potuere depromi. Forte ergo sicut de ventre cibꝰ ruminando sic ista de memoria recordando proferuntur. Cur igř in ore cogitationis nō sentitur a disputante:hoc est a reminiscēte leticie dulcedo vł amaritudo mesticie? An in hoc dissimile est qđ non vndiqꝫ simile est? Quis eni talia volēs loqueretur si q̄tiens tristicia3 metūue noiamꝰ: totiens merere vel timere cogeremur? Et tñ nō ea loq̄remur nisi in memoria nr̄a nō tm̄ sonos noim s̄m imagines impressas sensibꝰ corporis:sed etiā rerum ipsarū notiōes inueniremꝰ. quas nulla ianua carnis accepimꝰ:sed eas ipse animus ꝑ experientiā passionū suarum sentiens mēorie cōmendauit. aut ipsa sibi hec etiam non cōmendata retinuit. S3 vtrū ꝑ imagines an non q̄s facile dixerit? Nomio q̄ppe lapidē. nomino solem. cū res ipse nō adsunt sensibus meis. in mēoria sane mea presto sunt imagines earū. Nomio dolorē corporis. nec mihi adest du3 nihil dolet. Nisi tñ adesset imago eius in memoria mea. nescirem q̄d dicerē:nec eū in disputando a voluptate discernerē. Nomio salute3 corporis:cū saluo sum corpore. adest mihi q̄dē res ipsa. verūtñ nisi ⁊ imago eiꝰ inesset i memoria mea. nullo mō recordarer q̄d huius nomis significaret sonus nec egrotantes agnoscerēt salute noia-

ta quid esset dictum: nisi eadē imago vi memorie teneretur: quis ipsa res abesset a corpore. ¶ Nomino numeros quibus numeramus. en adsunt in memoria mea nō imagines eorum sed ipsi. Nomino imaginem solis: et hec adest in memoria mea. Neq3 enim imaginē imaginis ei⁹. sed ipsam recolo. ipsa mihi reminisceti presto est. Nomino memoriā et agnosco quod nomino. Et vbi agnosco nisi in ipsa memoria? Num ipsa per imaginē suam sibi adest: ac nō per se ipsā? Quid cū obliuionem nomino: atq3 inde agnosco quod nomino: vn agnoscerē nisi meminisse? Nō cū de sonum nominis dico: sed rē quā significat. Quam si oblitus essē: quid ille valeret sonus agnoscere vtiq3 non valerem. Ergo cū memoriā memini: per seipsam sibi presto est ipsa memoria. Cū vero memini obliuionē et memoria presto ē et obliuio. Memoria qua meminerim: obliuio quam meminerim. Sed quid est obliuio nisi priuatio memorie? Quomodo ergo adest vt eam meminerim. quando cū adest meminisse nō possum. At si quod meminimus memoria retinemus. obliuionē aūt nisi meminissem⁹ neq3 possem⁹ audito isto noie rē que illo signatur sono agnoscē. Memoria retinetur obliuio. Adest ergo ne obliuiscamur que cū adest obliuiscimur. An ex hoc intelligitur nō per seipsam ineē memorie cū eā meminim⁹: sed per imaginē suā. quia si per seipsā presto eēt obliuio: nō vt meminissemus: sed vt obliuiscēmur efficeret. Et hoc quis tādē idagabit? Quis cōprehēdet quō sit? R Ego certe dn̄e laboro hic et laboro in meipso fact⁹ sum michi terra difficultatis et sudoris nimij. Neq3 enim nūc scrutamur plagas celi: aut siderum interualla dimetimur: vel terre libramenta querimus. Ego sū qui memini. ego animus. Non tā mirū si a me lōge est: quicquid ego nō sū. Quid aūt propius meipso mihi? Et ecce memorie mee vis non cōprehēditur a me: cum ipm me nō dicā preter illā. Quid eni dicturus sum qñ michi certū est meminisse me obliuionē? An dicturus sum non esse in memoria mea quod memini? An dicturus sum ad hoc inesse obliuionem in memoria mea vt non obliuiscar? Utrūq3 absurdissimū est. Quid illud tertiū? Quo pacto dicā imaginē obliuionis teneri memoria mea nō ipsam obliuionē cū eam memini? Quo pacto et hoc dicā. qñquidē cū imprimitur rei cuiusq3 imago in memoria: prius necesse est vt adsit res ipsa vñ illa imago possit imprimi. Sic enī carthaginis memini: sic omniū locorum quibus interfui. sic facies hoīm quas vidi et ceterorum sensuū nunciata: sic ipius corporis salutē siue dolorē. Cum presto esset ista: cepit ab eis imagines memoria quas intuerer presentes: et retractarem aīo cū illa et absentia reminiscerer. Si ergo per imaginē suā nō per seipsā in memoria tenetur obliuio: ipsa vtiq3 aderat vt ei⁹ imago caperetur. Cum autē adesset quomodo per imaginē suā in memoria cōscribebat. qñ id etiā quod iā notatū inuenit presentia sua delet obliuio? Et tū quocunq3 mō licet sit modus iste incōprehēsibilis et inexplicabilis etiā ipsā obliuionē meminisse me cert⁹ sū. qua id quod meminerim⁹ obruitur.

S Magna ista vis est memorie. Nescio quid horrēdū de⁹ me⁹. profūda et infinita multiplicitas. et hoc anim⁹ est. et hoc ego ipse sū. Quid ergo sū deus meus? Que natura sum? Uaria multimoda vita et imēsa vehementer. Ecce in memorie mee cāpis et antris et cauernis innumerabilibus atq3 innumerabiliter plenis innumerabiliū rerum generibus. siue per imagines sicut oim corporum: siue per presentiā: sicut artiū: siue per nescio quas notiones vel notationes sicut affectionū animi. quas et cum anim⁹ nō patitur: memoria tenet: cū in aīo sit quicquid est i memoria. Per hec oia discurro et volito hac atq3 illac. penetro etiā quantū possum: et finis nusq3. tanta vis est memorie. tāta vite vis est in homine viuēte mortali. Quid igitur agā. tu vera mea vita deus me⁹? Trāsibo et hāc vim meā que memoria vocatur: transibo eā vt pueniā ad te dulce lumē. Quid dicis mihi? Ecce ego ascendens per animum meum ad te qui desuper michi manes: transibo et istā vim meā que memoria vocatur: volens te attingere vnde attingi potes et inherere tibi vnde inherere tibi potest.

Habēt enī memoriam ⁊ pecora ⁊ aues.
Alioqn non cubilia nidosve repeterent
non alia multa qbus assuescunt. neqꝫ eī
⁊ assuescere valerēt vllis rebus nisi per
memoriam. Transibo ḡ ⁊ memoriaꝫ vt
attingā eū quī sepauit me a quadrupe
dibus: ⁊ volatibꝰ celi sapiētiorē me fe
cit. Transibo ⁊ memoriam. Et vbi te in
ueniā vera bona ⁊ secura suauitas? ⁊ vbi
te inueniam? Si p̄t memoriam meam
te inuenio immēor tui sum. Et quomo
do iam inueniam te: si memor non sum
tui? Perdiderat enim mulier dragmā ⁊
q̄siuit eam cuꝫ lucerna: ⁊ nisi memor eiꝰ
essꝫ non inuenissꝫ eam. Cum. n. essꝫ inuē
ta vn̄ sciret vtꝝ ipsa essꝫ: si memor eius
non essꝫ? T Multa me
mini me pdita q̄sisse atqꝫ inuenisse. In
de istud scio qꝛ cū q̄rerē aliqd eoꝝ ⁊ di
cerē michi: nū forte hoc est: nū forte illō
tandiu dicebā. nō est: donec id offerrē
quod quēbam. Cuius nisi memor essē:
quicquid essꝫ etiam si michi offerrē nō
inuenirē: qꝛ non agnoscerē. Et sēp ita fit
cum aliquid pditum q̄rimus ⁊ inueni
mus. Uerumtamē si forte aliqd ab ocu
lis pit: nō a memoria veluti corpus qd
libꝫ visibile: tenet intus imago eius ⁊
q̄ritur donec reddatur aspectui. Quod
cum inuētum fuerit: ex imagine q̄ intus
est recognoscit. Nec inuenisse nos dici
mus quod pierat si non agnoscimꝰ: nec
agnoscē possumus si non meminimus.
Sed hoc perierat quidem oculis: mēo
ria tenebat. Quid cum ipsa memoria
perdidit aliquid: sicut fit cum obliuisci
mur: ⁊ querimus vt recordemur? Ubi
tandem querimus nisi in ipsa memoria
Et ibi si aliud pro alio forte offerat re
spuimus: donec illud occurrat quod q̄
rimus. ⁊ cum occurrerit: dicimus. hoc ē
quod non dicēmus nisi agnosceremus.
nec agnosceremus nisi meminissemus.
Certe ergo obliti fueramus. An non to
tum exciderat: sed ex parte qua teneba
tur pars alia querebat? quia sentiebat
se memoria non simul voluere quod si
mul solebat: ⁊ quasi detruncata consue
tudine claudicans reddi qd deerat fla
gitabat. Tanq̄ si hō notꝰ siue cōspiciat
oculis: siue cogitet: ⁊ nomē eius obliti
requiramus. quicquid aliud occurrerit
non connectit: quia nō cum illo cogita
re consueuit: ideoqꝫ respuit donec illud as
sit vbi simul assuefacta noticia non ine
q̄lit acquiescat. V Et vn̄ ad
est nisi ex ipsa memoria? Nā ⁊ cū ab alio
cōmoniti recognoscimus vn̄ adest: non
enī q̄si nouū credimꝰ ſꝫ recordantes ap
probamꝰ hoc eē quod dictū ē. Si aūt pe
nitus aboleat ex aīo: nec admoniti rmi
niscimur. Neqꝫ enī omnimodo adhuc ob
liti sumus: quod vl oblitos nos eē me
minimus. Hoc ḡ nec amissum quēre poti
mus quod omnino obliti fuerimus.
Quomodo ḡ te q̄ro domine? Cuꝫ enim
te deum meum q̄ro: vitam beatam q̄ro
Queraꝫ te vt viuat anima mea. Uiuit
enī corpus meū de aīa mea: ⁊ viuit aīa
mea de te. Quomodo ḡ q̄ro vitā btām
quia non ē mihi: donec dicam. sat ē illic
vbi opꝫ vt dicā? Quō eā q̄ro? vtꝝ p re
cordationē tanq̄ eā oblitus sim. oblitū
qꝫ me eē adhuc teneā. an p appetitū di
scēdi incognitā siue quā nūq̄ scieri. siue
quā sic oblitꝰ fuerim vt me nec oblitum
eē meminerim? Nonne ipa ē btā vita
quam omnes volunt: ⁊ omnino qui no
lit nemo ē? Ubi nouert eam q̄ sic volūt
eam? vbi viderut ⁊ amarent eam? Nimi
rū habemus eam nescio quō. Et est ali
us quidam modus quo quisqꝫ cum ha
bꝫ eam tunc beatus est. Et sunt qui spe
beati sunt. Inferiore modo isti hn̄t eam
q̄ illi qui iam re ipsa btī sūt: ſꝫ tamē me
liores q̄ illi q̄ nec re nec spe beati sunt.
Qui tamē etiam ipsi nisi aliquo modo
haberēt eam non ita vellēt btī eē: quod
eos velle certissimum ē. Nescio quomo
do nouert eam: ideoqꝫ habēt eam in ne
scio qua noticia. de q̄ satago vtꝝ in me
moria sit. Qꝛ si ibi ē iā btī fuimꝰ aliq̄n.
X Utꝝ sigillatim oēs. an in il
lo homine qui primus peccauit in quo
⁊ omēs mortui sumus: ⁊ de quo omēs
cum miseria nati sumus non q̄ro nunc: ſꝫ
q̄ro vtꝝ ī memoria sit beata vita. Neqꝫ
eī amaremus eā nisi nosceremus. Audi
mus nomen hoc: ⁊ rem ipsam oēs nos
appetere fatemur. Non enim sono dele

etamur. Nam hoc cũ latine audit grec⁹ nõ delectat. q2 ignorat quid dictum sit. nos autẽ delectamur. sicut etiam ille si grece hoc audierit: qm̃ res ipa nec gre ca nec latina est: cui adipiscende greci latiniq3 inhiant ceterarumq3 linguaru3 hoies. Nota est igit omib⁹ q̃ vna voce si interrogari possent: vtrum beati esse vellent: sine vlla dubitatiõe velle respõderent. Q̃d non fieret nisi res ipsa cui⁹ hoc nomen est eorum memoria teneretur. Nunquid ita vt meminit carthaginem q̃ vidit? Nõ. Uita enim beata non videtur oculis: q2 non est corpus. Nunquid sicut meminimus numeros? Nõ. Hos eni q̃ hab3 i noticia: nõ adhuc querit adipisci. Uitam vero beatã habem⁹ in noticia. ideoq3 amamus ea3. 2 tamẽ adhuc adipisci ea3 volumus vt beati simus. Nunq̃d sicut meminimus eloquẽtiam? Non. Quãuis eni et hoc nomine audito recordentur ipam rẽ qui etiam nondum sunt eloquẽtes. multiq3 esse cupiant. vnde apparet eam esse in eorum noticia tñ p corporis sensus alios eloquentes animaduerterunt et delectati sunt. 2 hoc esse desiderant. qua nisi ex interiore noticia non delectarentur: neq3 hoc esse vellent nisi delectarentur. Beatã vero vitã nullo sensu corporis in aliis experimur. Nunquid sicut meminim⁹ gaudiu3? Fortasse ita. Nam gaudium meu3 etiã tristis memini. sicut vitã beatã miser. neq3 vnq̃ corpis sensu gaudium meũ vel vidi: vel audiui: vel odoratus sum. vel gustaui: vel tetigi. sed expertus sum in aĩo meo qñ letat⁹ sum. 2 adhesit eius noticia memorie mee: vt id reminisci valeã aliqñ cum aspernatiõe aliqñ cum desiderio pro earum re2 diuersitate de quibus me gauisũ esse memini. y Nam de turpib⁹ gaudio quodam perfusus sum: qd nunc recordans detestor atq3 execror: aliqñ de bonis 2 honestis: quod desiderans recolo tametsi forte nõ adsunt. 2 iõ tristis gaudium pristinũ recolo. Ubi ergo 2 qñ expertus sum vitã meã beatam vt recorder eam 2 amem 2 desiderẽ? Nec ego tñ. aut cum paucis. sed beati prorsus oẽs eẽ volumus. Quod nisi certa noticia nosceremus: non tã certa voluntate vellem⁹. Sed quid ẽ hoc? Q̃d si queratur a duobus vtrum militare velint: fieri possit vt alter eorum velle se: alter nolle respondeat. Si autẽ ab eis queratur vtrũ beati esse velint. fieri possit vt vterq3 statim se sine vlla dubitatione dicat optare. nec ob aliud velit ille militare nec ob aliud iste nolit: nisi vt bti sint? Num forte quoniã alius hinc alius inde gaudet. ita se omnes beatos esse velle cõsonant: queãdmodum cõsonarent si hoc interrogarẽtur se velle gaudere? Atq3 ipm̃ gaudiũ vitã beatam vocant. Quod 2 si alius hinc alius illinc assequit: vnũ est tamẽ quo puenire omnes nitunt vt gaudeant. Que quoniam res est quã se expertum non esse nemo potest dicere. propterea reperta i memoria recognoscit qñ beate vite nomẽ auditur. Absit dñe: absit a corde serui tui qui cõfitet tibi: absit vt q̃cunq3 gaudio gaudeam: beatum me putem. Est eni gaudiu3 quod non datur impiis: s3 eis qui te g̃tis colunt: quorum gaudium tui ipe es Et ipsa est beata vita gaudere ad te. de te. propter te. ipsa est 2 nõ est alia. Qui autem aliam putant esse: aliud sectant gaudium: neq3 ipsum veru3. Ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eoru3 nõ auertit. Non ergo certũ est q2 omẽs esse bti volũt. qm̃ qui nõ de te gaudẽ volunt: q̃ sola vita beata est: nõ vtiq3 vita3 beatã volunt. z S3 qm̃ caro concupiscit aduersus spũm: 2 spũs aduersus carnẽ: vt nõ faciant quod volunt: cadent in id quod valent: eoq3 contenti sunt: quia illud quod non valẽt: nõ tm̃ volũt quãtũ sat est vt valeant. Nam quero ab omnibus vtrum malint de veritate q3 de falsitate gauderi: tam nõ dubitant dicere de veritate se malle q̃ nõ dubitãt dicere beatos esse se velle. Beata quippe vita est gaudium de veritate Hoc est enim gaudium de te qui veritas es: deus illuminatio mea: salus faciei mee deus meus. Hanc vitam beatam omnes volunt: hanc vitam que sola beata est omnes volunt. Gaudium

de veritate omnes volunt. Multos expertus sum qui velint fallere: qui autem falli neminem. Ubi ergo nouerāt hanc vitā beatā: nisi vbi nouerūt etiā veritatem? Amāt enim et ipsam: quia falli nolunt. Et cum amant beatam vitam quod non est aliud ꝙ de veritate gaudium. vtiq amant etiam veritatem: nec amarent nisi esset aliqua noticia eius i memoria eorum. Cur ergo non de illa gaudent? Cur non beati sunt? Quia fortius occupantur in aliis ꝙ potius eos eos faciūt miseros: ꝙ illud btōs quod tenuiter meminerunt. Adhuc enī modi cum lumen est in hominib⁹. ambulent ambulēt: ne eos tenebre cōprehendant. Cur autē veritas parit odium: et inimicus eis factus est homo tuus verū predicans: cum ametur beata vita: ꝙ non est nisi gaudium de veritate. nisi quia sic amatur veritas: vt quicunq aliud amant: hoc quod amant velint esse veritatem? Et quia falli nollent: nolūt cōuinci ꝙ falsi sint. Itaq ꝑpter eam rem oderunt veritatem: quam pro veritate amant. Amant eam lucentem oderunt eam redarguentem. A Quia enim falli nolūt: et fallere volunt, amāt eam cum seipsam indicat. et oderunt cā cum eosipsos indicat. Inde retribuet eis vt qui se ab ea manifestari nolunt. et eos nolentes manifestet. et eis ipsa non sit manifesta. Sic sic etiā sic anim⁹ humanus etiam sic cecus et languidus turpis atq indecens latere vult. se autem vt lateat aliquid non vult. Contra illi redditur vt ipse non lateat veritatem. ipsum autem veritas lateat. Tamen etiā sic dum miser ē. veris mauult gaudere ꝙ falsis. Beatus ergo erit si nulla interpellāte molestia: de ipsa per quā vera sunt oīa sola veritate gaudebit. Ecce ꝗtū spaciatus sum in memoria mea querens te dn̄e et non te inueni extra eam. Neq enim aliquid de te inueni quod non meminissem ex quo didici te. Nā ex quo didici te nō sum oblitus tui. Ubi enim inueni veritatē: ibi inueni deum meum. ipsam veritatē quam ex quo didici non sum oblitus. Itaq ex quo didici te manes in memoria mea. et illic te inuenio cum reminiscor tui et delector in te. He sunt sancte delicie mee. quas donasti mihi misericordia tua respiciens paupertatem meam. Sed vbi manes in memoria mea dn̄e? Ubi illic manes? Quale cubile fabricasti illic tibi? Quale sanctuarium edificasti tibi? Tu dedisti hanc dignationem memorie mee vt maneas in ea. sed in qua ei⁹ parte maneas hoc considero. Trāscendi enim partes eius quas habent et bestie. cum te recorderer. quia non ibi te inueniebam inter imagines rerū corporalium. et veni ad partes eius vbi commendaui affectiones animi mei: nec illic inueni te. Et intraui ad ipsius animi mei sedē que illi ē i memoria mea ꝙ niam sui quoq meminit animus. nec ibi tu eras. quia sicut non es imago corporalis nec affectio viuētis qualis ē cū letamur: contristamur: cupimus: metuimus: meminimus: obliuiscimur. et quicquid huiusmodi ē ita nec ipse animus es: quia dominus deus animi tu es. Et commutantur hec omnia: tu aūt incommutabilis manes sup omnia: et dignatus es habitare in memoria mea ex quo te didici. Et quid ꝗro quo loco eius habit: es: quasi vo loca ibi sint? Habitas certe in ea quoniam tui memini ex ꝙ te didici: et in ea te iuenio cū recordor te. B Ubi ꝗ te inueni vt discerē te? Neq enim iā eras in memoria mea: priusꝙ te discerē. Ubi ꝗ inueni te vt discerē te nisi i te supra me? Et nusꝙ locus: et recedimus et accedim⁹: et nusꝙ locus. Ueritas vbiq p̄sides omnib⁹ consulētibus te. simulꝙ respōdes omnibus etiam diūsa cōsulētibus. Liquide tu respondes: sꝫ non liquide omēs audiunt. Omnes vnde volūt cōsulūt. sꝫ non semꝑ quod volunt audiunt. Optimus minister tuus est qui non magis intuetur hoc a te audire quod ipe voluerit: sꝫ potius hoc velle quod a te audierit. Sero te amaui pulchritudo tā antiꝗ et tā noua: sero te amaui. Et ecce int⁹ eras et ego foris. et ibi te ꝗrebam: et in ista formosa ꝙ fecisti de formis irruebā. Mecū eras

et tecum nō erā. Ea me tenebāt lōge a te:q̄ si in te non essent:non essent. Uocasti & clamasti:& rupisti surditatē meam Coruscasti splēduisti & fugasti cecitatē meā. Flagrasti & duxi spūs: & anhelo tibi. Gustaui & esurio & sitio. Tetigisti me:& exarsi in pacem tuam. Cū inhesero tibi ex omni me. nusq̄ erit mihi dolor & labor. & viua erit vita mea tota plena te. Nunc autem qm̄ quem tu imples sublevas eū. qm̄ tui plen⁹ non sum onери mihi sum. Contendunt leticie mee flēde cum letandis meroribus. & ex qua parte stet victoria nescio. Et mihi domine miserere mei. Contendunt merores mei mali cum gaudijs bonis. & ex qua parte stet victoria nescio. Hei mihi dñe miserere mei. Hei michi. Ecce vulnera mea nō abscōdo Medic⁹ es eger sū. Misericors es. miser sum. Nūqd nō tētatio est vita hūana sup terrā? Quis velit molestias & difficultates pati? Tolerare iubes ea non amari. Nemo quod tolerat amat. & si tolerare amat. Quāuis enim gaudeat se tolerare. mauult tñ non esse quod toleret. Prospera in aduersus desidero. aduersa ī prosperis timeo. Quis inter hec medi⁹ locus: vbi non sit hūane vite tētatio. Ue prosperitatib⁹ sclī semel & iter a timore aduersitatis & a corruptione leticie. Ue aduersitatibus sclī semel & iter & tertio a desiderio prosperitatis. Et quia ipa aduersitas dura est: & ne frāgat tolerātiā: nunqd non tētatio est vita humana sup terram sine vllo interstitio? Et tota spes mea non nisi in magna valde mia tua. Da qd iubes: & iube quod vis. Impas nobis ꝯtinentiā. Et cū scirē ait quidam q: nemo pōt esse cōtinēs nisi deus det. & hoc ipm̄ erat sapiētie scire cui⁹ eēt hoc donū. Per ꝯtinentiā q̄ppe colligimur & redigimur in vnū. a q̄ in mlta defluxim⁹. Min⁹ eīm te amat q̄ tecū aliquid amat qd non ꝑpt̄ te amat. O amor qui semp ardes & nunq̄ extingueris: charitas de⁹ me⁹ accende me. Continētiam iubes. Da qd iubes: & iube quod vis. Iubes certe & contineam a cōcupiscentia carnis: & cōcupiscentia oculorum: & ambitione seculi. Iussisti a cubitu. & de ipso coniugio meli⁹ aliquid q̄ cōcessisti monuisti. Et qm̄ dedisti factum est. & anteq̄ dispensator sacramenti tui fierem. Sed adhuc viuunt in memoria mea: de qua multa locutus sum talium rerum imagines. quas ibi consuetudo mea fixit: & occursant mihi vigilanti quidē carētes virib⁹: in somnis autē nō solū vsq̄ ad delectationē: sed etiam vsq̄ ad cōsēsionē factūq̄ simillimū Et tantū valet imaginis illusio in anima mea & in carne mea: vt dormiēti falsa visa persuadeant: quod vigilanti vera non possunt. Nunquid tūc ego non sum dñe deus meus? Et tñ tantū interest inter meipsum & meipsum intra momentum quo hinc ad soporem transeo vel huc inde retranseo. Ubi est tunc ratio q̄ talibus suggestionibus resistit vigilans? Et si res ipse ingerantur inconcussus maneo Nunquid clauditur cū oculis? Nunquid sopitur cum sensibus corporis? Et vnde sepe etiam in somnis resistimus: nostriq̄ propositi memores atq̄ in eo castissime permanentes: nullū talib⁹ illecebris adhibem⁹ assensum? Et tamen tantū interest: vt cū aliter accidit: euigilantes ad consciētie requiem redeamus: ipsaq̄ distantia reperiamus nos non fecisse: quod tamen in nobis quoquo modo factum esse doleamus. Nunquid non potens est manus tua deus omnipotens sanare omnes languores anime mee: atq̄ abundantiore gratia tua lasciuos motus etiā mei soporis extinguere? Augebis domine magis magisq̄ in me munera tua: vt anima mea sequatur me ad te concupiscentie visco expedita: vt non sit rebellis sibi: atq̄ vt in somnis etiam non solum non perpetret istas corruptelarum turpitudines per imagines animales vsq̄ ad carnis fluxum: sed ne cōsentiat quidem: Nam vt nihil tale vel tantulum libeat quātulū possit nutu cohiberi etiā in casto dormiētis affectu: non tantum in hac vita: sed etiā in hac etate: non magnum est omnipotēti q̄uales facere supra q̄ peti

mus ⁊ intelligimus. Nunc tamē quid
adhuc sim in hoc genere mali mei dixi
bono domino meo: exultans cum tre-
more ī eo quod donasti mihi: ⁊ lugens
in eo quod cōsummatus sum. ⁊ sperans
perfecturum te in me misericordias tu
as vsq̄ ad pacem plenariam. quam te-
cum habebūt interiora ⁊ exteriora mea
cum absorpta fuerit mors in victoria.
Est alia malicia diei. que vtinam suffi-
ciat ei. Reficimus enim quotidianas
ruinas corporis edendo et bibendo.
priusq̄ escas ⁊ ventrem destruas cum
occideris indigentiam meam sanitate
mirifica. ⁊ corruptibile hoc indueris in
corruptione sempiterna. Nunc autem
suauis est michi necessitas. ⁊ aduersus
istam suauitatem pugno ne capiar. et
quotidianum bellum gero in ieiuniis
sepius in seruitutem redigens corpus
meum. ⁊ dolores mei voluptate pellun
tur. Nam fames et sitis quidam dolo-
res sunt. Vrunt: et sicut febris necant:
nisi alimētoꝝ medicina succurrat.
Que quoniam presto ē ex cōsolatione
munerum tuoꝝ: in quibus nostre infir-
mitati terra et aqua et celum seruiunt:
calamitates delicie vocantur. E
Hoc me docuisti vt quēadmodum me
dicamenta sic alimenta sumpturus ac
cedam. Sed dum ad quietem satieta-
tis ex indigentie molestia transeo: in ip
so transitu insidiatur mihi laqueus con
cupiscentie. Ipse enim transitus volu-
ptas est. ⁊ nō est alius qua trāseat̄ q̄ q̄
trāsire cogit necessitas. Et cum sal⁹ sit
causa edendi ⁊ bibendi: adiungit se tan
q̄ pedissequa periculosa iocunditas. et
plerumq̄ preire conat̄ vt eius causa fi-
at qḋ salutis causa me facere vel dico
vel volo. nec idem modus vtriusq̄ est.
Nam quod saluti satis est: delectationi
parum est. F Et sepe incertuꝫ sit
vtrum adhuc necessaria corporis cura
subsidium petat: an voluptaria cupidi-
tatis fallacia ministeriuꝫ suppetat. Ad
hoc incertum hilarescit infelix aīa. ⁊ in
eo preparat excusationis patrocinium
gaudēs nō apparere quid satis sit mo-
derationi valitudinis: vt obtentu salu-
tis obumbret negocium voluptatis.
His tentationibus quotidie conor resi-
stere. et inuoco dexteram tuam ad salu
tem meam. et ad te refero estus meos.
quia cōsilium mihi de hac re nondum
stat. Audio vocem iubentis dei mei.
Non grauentur corda vestra in crapu-
la ⁊ ebrietate. Ebrietas longe est a me:
misereberis ne appropinquet michi.
Crapula auteꝫ nonnūq̄ surrepit seruo
tuo: misereberis vt longe fiat a me. Ne-
mo eñ potest esse continēs nisi tu des.
Multa nobis orantibus tribuis: ⁊ q̄c-
quid boni anteq̄ oremus accipimus a
te accipimus: ⁊ vt hoc postea cognosce
remus a te accipimus. Ebriosus nun-
q̄ fui: sed ebriosos a te factos sobrios
ego noui. Ergo a te factū est vt hoc non
essent qui nunq̄ fuerunt. a quo factum
est vt hoc non semper essent q̄ fuerunt.
a quo etiā factum est vt scirent vtriq̄ a
quo factū est. Audiui ⁊ aliam vocē tu-
am. Post concupiscentias tuas nō eas
⁊ a voluntate tua auertere. Audiui ⁊ il
lam ex munere tuo quā multū amaui.
Neq̄ si manducauerimus abūdabim⁹
neq̄ si nō manducauerimus deerit no-
bis. Hoc est dicere. Nec illa res me co-
piosum faciet. nec illa erumnosum. Au
diui et alteram. Ego enim didici in qui
bus sum sufficiens esse: ⁊ abundare no-
ui: ⁊ penuriā pati noui. G Oīa
possum in eo qui me cōfortat. Ecce mi
les castrorum celestium: non puluis qḋ
nos sumus. Sꝫ memēto dñe q: puluis
sumus: ⁊ de puluere fecisti hominem: ⁊
perierat ⁊ inuētus est. Nec ille in se po
tuit quia idem puluis fuit: quē talia di
centē afflatu tue inspirationis adama-
ui. Omnia possum inquit in eo qui me
confortat. Conforta me vt possim. Da
quos iubes: ⁊ iube quod vis. Iste se ac
cepisse confitetur: ⁊ quod gloriatur in
dño gloriatur. Audiui alium rogantē
vt accipiat. Aufer a me inq̄t cōcupiscē
tias vētris. Vñ apparet sctē deus me
us te dare cum fit quod imperas fieri.
Docuisti me pater bone. omnia mun-
da mundis. Sed malum esse homini
qui per offensionem manducat: ⁊ om-

nem creaturam tuā bonam esse. nihilq3 abijciendum quod cū gratiarū actione percipitur. et quia esca nos non commendat deo: vt nemo nos iudicet in cibo aut in potu: ⁊ vt qui manducat non manducantē non spernat. et qui nō mā ducat manducantē non iudicet. Didici hec: gratias tibi. laudes tibi deo meo: magistro meo: pulsatori aurium mearum illustratori cordis mei. Eripe me ab omni temptatione. Non ego immūdiciam obsonij timeo: sed immundiciam cupiditatis. H Scio noe omne carnis gen⁹ quod cibo esset vsui manducare permissum. heliā cibo carnis refectum. ioannem mirabili abstinentia preditum. aīalib⁹ hoc est locustis in escā cedentibus non fuisse pollutum Et scio esau lenticule cōcupiscentia deceptū. et dauid ꝓpter aque desiderium a seipso reprehēsum. et regem nostrum nō de carne ſ3 de pane esse temptatum. Ideoq3 et ppls in heremo. non q2 carnes desiderauit. ſ3 q2 esce desiderio aduers⁹ dn̄m murmurauit: meruit improbari. In his ergo temptationibus positus certo quotidie aduersus concupiscētiā manducandi ⁊ bibēdi. Non eī ē quod semel ꝑcidere et vlterius nō attingere decernam. sicut de ꝯcubitu potui. Itaq3 freni gutturis tēperata relaxatione et constrictione tenendi sunt. Et q̄s ē dn̄e q̄ nō rapiat aliquantulu3 extra metas necessitatis? Quisq̄s est magn⁹ est: magnificet nomē tuū. Ego aūt nō sū. quia pctōr hō sum. Sed ⁊ ego magnifico nomen tuū: ⁊ interpellat te ꝓ pctis meis q̄ vicit seculum numerans me inter infirma mēbra corpis sui. q2 ⁊ imperfectum meum viderunt oculi tui. ⁊ in libro tuo oēs scribētur. De illecebra odorum nō satago nimis. cū absunt nō requiro. cum adsunt non respuo. paratus etiā eis sēp carere. Ita mihi videor: forsitan fallor Sunt enim ⁊ iste plangende tenebre. in quibus me latet facultas mea que in me est. vt anim⁹ me⁹ de viribus suis ipse se interrogās nō facile sibi credēdū existimet: q2 ⁊ q̄d inest plerūq3 occultū est. nisi experientia manifestet. Et nemo securus esse debet in ista vita que tota temptatio nominatur. vt q̄ fieri potuit ex deteriore melior: non fiat etiā ex meliore deterior. I Una spes. vna fiducia vna firma promissio mīa tua. Voluptates aurium tenacius me implicauerāt et subiugauerant. sed resoluisti ⁊ liberasti me. Nunc in sonis quos animāt eloquia tua cū suaui ⁊ artificiosa voce cantant: fateor aliquātulū acquiesco. non quidē vt hereā: sed vt surgā cum volo. Attamen cum ipsis sententijs quib⁹ viuunt vt admittantur ad me querunt in corde meo nonnullius dignitatis locum. et vix eis prebeo congruentem. Aliqñ enim amplius mihi videor honoris eis tribuere q̄ decet: dum ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius sentio moueri animos nostros in flammam pietatis cum ita cantantur q̄ si non ita cantarentur: et omnes affectus spiritus nostri pro suaui diuersitate habere proprios modos in voce atq3 cantu. quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis mee cui mentem eneruādam non oportet dari. sepe me fallit: dum rationem sensus non ita comitatur vt patiēter sit posterior: sed tantum quia propter illā meruit admitti: etia3 precurrere ac ducere conatur. Ita in his pecco non sentiens sed postea sentio. K Aliquando aūt hanc ipsam fallaciam immoderatius cauens erro nimia seueritate: sed valde interdum: vt melos omne cātilenarum suauium quibus dauidicum psalterium frequentatur ab auribus meis remoueri velim: atq3 ipsius ecclesie: tutiusq3 mihi videtur quod de alexādrino episcopo athanasio sepe mihi dictum commemini: qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem psalmi: vt pronuncianti vicinior esset q̄ canenti. Uerumtamen cum reminiscor lachrymas meas q̄s fudi ad cantus ecclesie tue: in primordijs recuperate fidei mee. ⁊ nunc ipso commoueor nō cantu sed rebus que cantantur cum liquida voce et conuenientissima modulatione cātantur: magnam instituti hu

ius vtilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis et experimentū salubritatis: magisq̧ adducor nō quidem irretractabilē sententiā proferens cantandi cōsuetudinem approbare in ecclesia. vt per oblectamenta auriū infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Tū cum mihi accidit vt me amplius cantus q̄ res q̄ canitur moueat: penaliter me peccare confiteor et tunc mallem non audire cantantem. Ecce vbi sum. Flete mecum et pro me flete. qui aliquid boni vobiscum intus agitis vnde facta procedunt. Nā q̄ non agitis non vos hec mouent. Tu autem dn̄e deus meus exaudi respice et vide et miserere et sana me: in cuius oculis mihi questio factus sum. et ipse est languor meus. Restat voluptas oculorū istorum carnis mee: de qua loquar. cōfessiones quas audiāt aures tēpli tui. aures fraterne ac pie: vt concludamus tentationes concupiscentie carnis. que me adhuc pulsant ingemiscentem. et habitaculum meū quod de celo est supinduí cupientem. Pulcras formas et varias: nitidos et amenos colores amant oculi.

R Nō teneāt hec aīam meam. teneat eā deus q̄ hec fecit. Bona quidem valde: sed ipse est bonū meū: non hec. Et tāgunt me vigilantē totis diebus nec requies ab eis datur mihi. sicut datur a vocibus canoris aliqñ ab omibus in silentio. Ipsa enim regina colorū lux ista cōfundens cuncta que cernim⁹. vbiubi per diē fuero multimodo allapsu blanditur mihi aliud agenti. et eam non aduertenti. Insinuat autē se ita vehementer. vt si repēte subtrahatur cum desiderio requirat. et si diu absit cōtristat aīm. O lux quā videbat tobias cum clausis istis oculis filiū docebat vite viam. et ei preibat pede charitatis nusq̄ errās: aut qñ videbat ysaac pregrauatis et opertis senectute carneis luminibus. cum filios non agnoscendo benedicere: sed benedicēdo agnoscere meruit. aut quam videbat iacob cū et ipse pregrandi etate captus oculis: in filijs presignata futuri populi genera luminoso corde radiauit. et nepotibus suis ex ioseph diuexas mystice manus non sicut pater eorum foris corrigebat: sed sicut ipse int⁹ discernebat imposuit. Ipsa est lux. vna est et alia non est: et vnum omnes qui vident et amant eam. At ista corporalis de qua loquebar. illecebrosa ac periculosa dulcedine condit vitam seculi cecis amatoribus. Qui autem et de ipsa laudare te norūt deus creator omniū assumūt eam in hymno tuo: nō assumūtur ab ea in somno suo. Sic esse cupio. Resisto seductionibus oculorum ne implicentur pedes mei quibus ingredior viam tuam. et erigo ad te inuisibiles oculos: vt tu euellas de laqueo pedes meos. M Tu subinde euellis eos nam illaqueantur. Tu nō cessas euellere. ergo autem crebro hereo in vbiq̧ sparsis insidijs. quoniam non dormies neq̧ dormitabis qui custodis israel. Quam innumerabilia varijs artibus et opificijs in vestibus: calciamentis. vasis et huiuscemodi fabricationibus. picturis etiam diuersisq̧ figmentis. atq̧ his vsū necessarium atq̧ moderatum et piam significationem longe transgrediētibus. addiderunt homines ad illecebras oculorum foras sequentes quod faciūt. intus relinquentes a quo facti sunt. et exterminantes quod facti sunt. At ego deus meus et decus meum etiam hinc tibi dico hymnum: et sacrifico laudē sanctificatori meo: qm̄ pulchra traiecta p aīas in man⁹ artificiosas: ab illa pulchritudine veniūt que sup aīas est. cui suspirat aīa mea die ac nocte. Sed pulchritudinum exteriorum operatores et sectatores inde trahunt approbandi modum. nō aūt inde trahunt vtēdi modū Et ibi est. et non vident eum. vt non eant longius: et fortitudinem suam ad te custodiant: nec eam spargant in deliciosas lassitudines. Ego autem hec loquens atq̧ discernens. etiam istis pulcris gressum innecto: sed tu euellis domine: euellis tu. quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Nam ego capior miserabiliter. et tu euellis misericorditer. aliquando non sentientē quia suspensius incideram. aliqñ cū do-

loze quia iam inheseram: Huc accedit alia forma tentationis multiplici⁹ periculosa. Preter enim concupiscentiam carnis q̄ inest in delectatione omnium sensuum ⁊ voluptatum. cui seruientes depereunt qui longe se faciunt a te: inest anime per eosdem sēsus corporis quedā non se oblectandi in carne: sed experiendi per carnem vana ⁊ curiosa cupiditas. nomine cognitionis ⁊ scientie palliata. ¶ Que quoniā in appetitu noscendi est: oculi autē sunt ad cognoscendum in sensibus principes: concupiscentia oculorum eloquio diuino appellata est. Ad oculos enim proprie videre pertinet. Utimur autem hoc verbo etiā in ceteris sensibus. cum eos ad cognoscendum intēdimus. Neq; enim dicimus audi quid rutilet: aut olfac q̄ niteat: aut gusta q̄ splēdeat. aut palpa q̄ fulgeat. Uideri enim dicuntur hec omnia. Dicimus autē nō solum vide quid luceat: qđ soli oculi sentire possunt. sed etiā vide quid sonet. vide quid oleat. vide quid sapiat. vide q̄ durum sit. Ideoq; generalis experientia sensuum concupiscentia sicut dictum est oculorum vocat. quia vidēdi officiū in quo primatū oculi tenent etiā ceteri sensus sibi de similitudine vsurpant. cū aliquid cognitionis explorant. Ex hoc autem euidentius discernit. q̄d voluptatis q̄d curiositatis agatur per sensus. quia voluptas pulchra canora suauia sapida lenia sectat. Curiositas aūt etiā his contraria tentandi causa. non ad subeundā molestiam: sed experiendi noscendiq; libidinem. Quid enim voluptatis habet videre in laniato cadauere quod exhorreas. ⁊ tamen sicubi iaceat concurrunt vt contristent vt palleāt. Timēt etiam ne in somnis hoc videant: quasi quisq̄ eos vigilantes videre coegerit. aut pulchritudinis vlla fama psuaserit. Ita et in ceteris sensibus. q̄ persequi longum est. Et ex hoc morbo cupiditatis in spectaculis exhibentur queq; miracula. Hinc ad perscrutanda nature secreta que preter nos est operata procedit: q̄ scire nihil prodest: ⁊ nihil aliud q̄ scire homines cupiunt. Hinc etiam in ipsa si q̄d eodem peruerse sciētie fine per artes magicas querit. Hinc etiā in ipa religione deus tentatur cum signa ⁊ prodigia flagitant: non ad aliquā salutē. sed ad solā experientiam desiderata. ¶ In hac tā immēsa silua plena insidiarum ⁊ periculorum. ecce tam multa p̄ciderim ⁊ a meo corde dispuleri: sicuti donasti me facere deus salutis mee. Attamen qn̄ audeo dicere cū circunquaq; quotidie nā vitam nostrā tā multa huius generis rerū circumstrepant. qn̄ audeo dicere nulla re tali me intētum fieri ad spectandum ⁊ vana cura capiēdum? Sane me iam theatra non rapiunt: nec curo nosse transitus siderum. nec anima mea vnq̄ responsa quesiuit vmbrarum omnia sacrilegia sacramenta detestor. A te dn̄e deus meus cui humilem famulatum ac simplicē debeo: quātis mecū suggestionum machinationib⁹ agit inimicus vt signū aliquod petam? Sed obsecro te per regem nostrū ⁊ patriam hierusalem simplicē castā: vt quēadmodum a me longe est ista consensio. ita sit semper longe atq; longius. Pro salute autem cuiusq̄ cū te rogo. alius multum differens finis est intentionis mee. et te faciente quod vis das mihi ⁊ dabis libēter sequi. Uerumtamē in q̄ multis minutissimis ⁊ contemptibilibus reb⁹ curiositas quotidie nostra tentatur. et q̄ sepe labamur q̄s enumerat? Quotiens narrantes inania. primo quasi toleramus ne offendamus infirmos deinde paulatim libenter aduertimus. Canem currentem post leporem iam non specto cum in circo fit. at vero in agro si casu transeam auertit me fortassis: et ab aliqua magna cogitatione atq; ad se conuertit illa venatio. non deuiare cogēs corpore iumēti: sed cordis inclinatione. ¶ Et nisi iā mihi demonstrata infirmitate mea cito amminoneas: aut ex ipsa visione per aliquam consideratione in te assurgere: aut totum contēnere atq; trāsire: vanus hebesco. Quid cum me domi sedētem stellio muscas captans: vel aranea

retibus suis irruentes implicans sepe
intētum facit? Num q̄ꝛ parua sunt aīa-
lia iō non res eadē gerit? Pergo inde
ad laudandū te creatorē mirificū . atq̄ꝫ
ordinatorē rerum omnium: sed nō inde
esse intentus incipio Aliud est cito sur
gere. aliud est non cadere. Et talibus vi
ta mea plena est: et vna spes mea ma-
gna valde mīa tua. Cū eni in hmōi re-
bus conceptaculū fit coꝛ nr̄m . ⁊ poꝛtat
copiose vanitatis cateruas. hinc ⁊ oꝛa-
tiones nr̄e sepe interrumpunt atq̄ꝫ tur
bant. ⁊ an̄ conspectū tuū dū ad aures
tuas voce coꝛdis intendimꝰ: nescio vn̄
irruentibꝰ nugatoꝛiis cogitatiōibꝰ res
tanta preciditur. Nunq̄d etiam hoc inter
contēnenda deputabimus: aut aliquid
nos reducet in spem nisi tota mīa tua
q̄m cepisti mutare nos. Et tu scis quā-
ta ex parte mutaueris: qui me p̄rimitꝰ
sanas a libidine vindicandi me: vt pro-
picius fias etiā ceteris omnibus iniq̄-
tatibus meis. ⁊ sanes omnes languo-
res meos . ⁊ redimas de coꝛruptione vi
tam meam: ⁊ coꝛones me in miseratiōe
⁊ mīa. ⁊ saties in bonis desiderium me
um. q̄ꝛ cōp̄ressisti a timoꝛe tuo supbiā
meā: ⁊ mansuefecisti iugo tuo ceruicē
meā. Et nunc poꝛto illud ⁊ leue ē mihi
q̄m sic p̄misisti ⁊ fecisti. ⁊ vere sic erat ⁊
nesciebam quāda id subire metuebam.
Q Sed nunq̄d dn̄e q̄ solꝰ sine typo
dn̄aris. q̄ꝛ solus verus dn̄s es q̄ non ha
bes dn̄m. nunq̄d hoc quoq̄ꝫ tertium ten
tationis genus cessauit a me. aut cessa
re in hac tota vita potest: timere ⁊ ama
ri velle ab hoībus. non p̄pter aliud: sed
vt inde sit gaudiū qd̄ non est gaudium
Misera vita est. ⁊ feda iactantia. Hinc
fit vel maxime non amare te. nec caste
timere te. Idq̄ꝫ tu supbis resistis: humi
libus autē das gratiam. ⁊ intonas sup
ambitiones seculi: ⁊ contremūt funda-
mēta montiū. Itaq̄ꝫ nobis q̄m propter
quedā humane societatis officia neces-
sariū est amari ⁊ timeri ab hominibꝰ: in-
stat aduersarius vere beatitudinis no-
stre. vbiq̄ꝫ spargens in laq̄s euge euge
vt dū auide colligimus incaute capia-
mur. ⁊ a veritate tua gaudiū nostrum

deponamꝰ. atq̄ꝫ in hoīm fallacia pona-
mus. libeatq̄ꝫ nos amari ⁊ timeri non
propter te sed pro te. atq̄ꝫ isto mō sui si-
miles factos secū habeat: non ad cōcoꝛ
diā charitatis sed ad consoꝛtiū suppli-
cij. q̄ statuit sedē suā ponere in aquilo-
nē: vt de peruersa ⁊ distoꝛta via imitan-
di tenebꝛosi frigidiq̄ꝫ seruirēt. Nos au-
tem dn̄e pusillus grex tuus ecce sumus
tu nos posside. P̄retende alas tuas: ⁊
fugiamꝰ sub eas. Gloꝛia nostra tu esto:
propter te amemur: ⁊ verbum tuum ti-
meatur a nobis. Qui laudari vult ab
hominibꝰ vituperāte te: nō defendetur
ab hoībꝰ iudicante te. nec eripietur dam-
nāte te. R Cū aūt non pctōꝛ lau-
datur in desideriis aīe sue. nec qui iniq̄
gerit bn̄dicitur. sed laudatur hō propter ali
quod donum qd̄ dedisti ei. at ille plus
gaudet sibi laudare se q̄ ipsum donum
habere vn̄ laudatur. etiā iste te vituperan
te laudatur. Et melioꝛ iā ille q̄ laudauit
q̄ iste q̄ laudatꝰ est. Illi enim placuit in
hoīe donū dei: huic amplius placuit do
num hoīs q̄ dei. Tentamur his tenta-
tionibus quotidie dn̄e. sine cessatiōe tē
tamur. Quotidiana foꝛnax nostra est
humana lingua. Imperas nobis et in
hoc genere continētiā. Da quod iubes
⁊ iube quod vis. Tu nosti de hac re ad
te gemitum coꝛdis mei. ⁊ flumina ocu-
loꝛum meoꝝ. Neq̄ꝫ eni facile colligo q̄
sim ab ista peste mundatioꝛ. ⁊ multum
timeo occulta mea q̄ noꝛunt oculi tui
mei aūt non. Est enim qualiscunq̄ꝫ ī ali
is generibus tentationum mihi facul-
tas explorādi me: in hoc pene nulla est.
Nam ⁊ a voluptatibus carnis: ⁊ a cu-
riositate supuacanea cognoscendi: vi-
deo quātū assecutꝰ sim posse refrenare
aīm meū: cum eis rebꝰ careo vel volun-
tate vel cum absunt. Tūc eni me inter-
rogo q̄ magis minus ve michi mole-
stum sit non habere. Diuitie vero que
ob hoc expetuntur vt alicui istarum tri
um cupiditatum vel duabus earum
vel omnibus seruiant: si per se discere
non potest animus vtrum eas habens
contemnet: possunt et dimitti vt se pro-
bet. Laude vero vt careamus atq̄ꝫ in

eo experiamur: quid possumus? Nunquid male viuendū est: ꝛ tam ꝑdite atq; immaniter: vt nemo nos nouerit qui nō detestet? Que maior dementia dici aut cogitari pōt? At si bone vite bonorūq; operū comes: ꝛ solet et debet esse laudatio: tā comitatū eius q̄ ipsam bonā vitā deseri nō oportet. Non autē sentio sine quo esse aut equo aīo aut egre possim: nisi cū affuerit. ❡ Quid igit tibi in hoc genere tentationis dñe confiteor? Quid nisi delectari me laudibus? Sed ampli⁹ ipsa veritate q̄ laudibus. Nam si mihi ꝓponat: vtrum malim furens aut in oībus reb⁹ errans ab oīb⁹ hoībus laudari. an constans et in veritate certissim⁹ ab oīb⁹ vituperari: video qd eligā. Verūtñ nollē vt vel augeret mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffragiū oris alieni. Sed auget fateor nō solū: sꝫ vituperatio minuit. Et cū ista miseria mea ꝑturbor: subintrat mihi excusatio. q̄ q̄lis sit tu scis deus. nam me incertū facit. Qꝛ enī nobis imperasti non tm̄ cōtinentiā. id ē a quib⁹ rebus amorem cohibeamus. verūetiā iusticiā. id ē quo eū cōferamus. nec te tm̄ voluisti a nobis: verūetiam ꝓmū diligi. sepe mihi videor de ꝓfectu aut spe ꝓximi delectari cū bene itelligētis laude delector. ꝛ rursus eius malo contristari: cū eum audio vituparare qd aut ignorat aut bonū est. Nam et cōtristor aliqñ laudib⁹ meis. cū vel ea laudant in me in qbus mihi ipē displiceo. vel etiā bona minora ꝛ leuia pluris estimant q̄ estimanda sunt. Sed rursus vñ scio. An propterea sic afficior qꝛ volo de meipso a me dissētire laudatorem meum. nō qꝛ illi⁹ vtilitate moueor: sed qꝛ eadē bona q̄ mihi in me placent iocūdiora mihi sunt cum et alteri placent. Quodammō eī non ego laudor: cū de me sententia mea nō laudat. qñquidē aut illa laudant que mihi displicent. aut illa ampli⁹ q̄ mihi minus placent. Ergo ne de hoc incertus sū mei? Ecce in te veritas video non me laudibus meis propter me: sed propter ꝓximi vtilitatem moueri oportere. Et vtrū ita sit nescio. Min⁹ mihi in hac re notus sum ipse q̄ tu. ❡ Obsecro te deus me⁹: ꝛ meipm̄ mihi indica: vt cōfitear oraturis ꝓ me fratribus meis qd in me sauciū cōperero. Iterū me diligenti⁹ interrogem. Si vtilitate ꝓximi moueor in laudib⁹ meis cur minus moueor: si quisq̄ ali⁹ iniuste vituperetur q̄ si ego? Cur ea ꝯtumelia magis mordeor: q̄ in me q̄ q̄ i aliū eadē iniquitate corā me iacitur? An et ego hoc nescio? Etiā ne id restat vt ipse me seducā: et verū nō faciā coram te i corde ꝛ lingua mea? Insaniā istā dñe longe fac a me: ne oleū peccatoris mihi sit os meū: ad impinguādū caput meū. Egen⁹ ꝛ pauper ego sum: ꝛ melior in occulto gemitu displicens mihi ꝛ querēs miam tuā donec reficiatur defectus meus: et perficiat vsq; in pacē quā nescit arrogātis ocul⁹. Sermo aūt ore ꝓcedens: ꝛ facta q̄ innotescūt hoībus habēt tentationē piculosissimā ab amore laudis: qui ad priuatā quandā excellentiā contrahit emendicata suffragia: tentat ꝛ cū a me in me arguit eo ipso quo arguit. Et sepe hō de ipō vane glorie cōtēptu vani⁹ gloriat: ideoq; nō iam de ipso glorie cōtēptu gloriat. nō enī eā cōtēnit cum gloriat intus. Et iā intus est aliud in eodē genere tentatiōis malū quo inanescūt q̄ placent sibi de se. q̄uis alijs vel placeant vel displiceāt: nec placere affectent ceteris. Sꝫ sibi placētes multū tibi displicent. nō tm̄ de non bonis q̄si bonis: verūetiā de bonis tuis quasi suis: aut etiā sicut de tuis sed tanq̄ ex meritis suis. aut etiā sicut ex tua grā: sed non sua merita: non tamen socialiter gaudētes sed alijs inuidentes ea. In his omnibus atq; huiuscemodi piculis ꝛ laboribus vides tremorem cordis mei: et vulnera mea magis subinde a te sanari: q̄ mihi non infligi sentio. Ubi nō mecum ambulasti veritas docēs qd caueā ꝛ quid appetā: cū ad te referrem inferiora visa mea que potui: teq; consulerem? ❡ Lustraui mūdū foris sensu quo potui et attendi vitam corporis mei de me. sensusq; ipsos meos. Inde ingressus sū in recessus memorie mee multiplices

amplitudines. plenas miris modis copiarum innumerabilium: ꝛ considerauí ꝛ expauí: ꝛ nihil eorū discernere potuí sine te: ꝛ nihil eorū esse te inueni. nec ego ipse inuentor qui peragraui omīa ꝛ distinguere ꝛ p̄ suis queq; dignitatib⁹ estimare conatus sum: excipiēs alia nūciantibus sensibus et interrogans alia mecū cōmixta sentiens ipsosq; nuncios dinoscens atq; dinumerās. iamq; in me moria elatis opib⁹ alia ptractans alia recōdens: alia eruens. Nec ego ipse cū hec agerem id est vis mea qua id agebā: n. ꝯ ipsa eras tu: q: lux es tu permanens: quā de omnibus ꝯsulebā an essent: qd essent: q̄ti pendēda essent. Et audiebam dicentē ac iubentē: et sepe istud facio. Hoc me delectat ꝛ ab actionib⁹ necessitatis q̄tū relaxari possum ad istā voluptatē refugio. Neq; in his oībus q̄ pcurro cōsulens te inuenio tutū locū nisi in te: quo colligātur sparsa mea. nec a te q̄cq; recedat ex me. Et aliq̄n intromittis me in affectū multum inusitatū introrsus ad nescio quā dulcedinē. q̄ si pficiat in me: nescio qd erit qđ vita ista nō erit. ✗ Sꝫ recido in hec erūnosis ponderib⁹: et resorbeor solitis ꝛ teneor: ꝛ multū fleo: sed multū teneor. Tantū consuetudinis sarcina digna est. Hic esse valeo nec volo. illic volo nec valeo. miser vtrobiq;. Ideoq; cōsideraui languores peccatoꝝ meoꝝ i cupiditate triplici. ꝛ dexterā tuā īuocaui ad salutē meā. Uidi enī splendorē tuū corde saucio: ꝛ repercussus dixi. Quis illuc pōt? Proiectus sum a facie oculoꝝ tuoꝝ. Tu es veritas super omīa presidens. At ego p̄ auariciā meā nō amittere te volui: sed volui tecum possidere mendacium. sicut nemo vult ita falsum dicere vt nesciat ipse quid verū sit. Itaq; amisi te: q: non dignaris cū mendacio possideri. Quem inuenirem q̄ me reconciliaret tibi? An eūdum mihi fuit ad angelos? Qua prece? Quib⁹ sacramentis? Multi conantes ad te redire: neq; per seipsos valentes sicut audio: tentauerunt hec. ꝛ inciderunt in desiderium curiosarū visionū. ꝛ digni habiti sunt illusionibus. Elati enim te querebant doctrine fastu exerentes potius q̄ tūdentes pectora: ꝛ adduxerunt sibi per similitudinem cordis sui conspirantes: et socias superbie sue potestates aeris huius a quibus per potēcias magicas deciperentur: querentes mediatorem p̄ quem purgarentur: ꝛ non erat. Diabolus enim erat trāsfigurās se in angelū lucis. Et multum illexit superbam carnem q̄ carneo corpore ipse non esset. Erant enim illi mortales et peccatores tu autem dn̄e cui reconciliari superbe querebant immortalis ꝛ sine peccato.

y Mediator autem inter deum et homīes oportebat vt haberet aliquid simile deo: aliquid simile hominibus: ne in vtroq; hominibus similis longe esset a deo. aut in vtroq; deo similis longe esset ab hoīb⁹: atq; ita mediator nō esset. Fallax itaq; ille mediator quo p̄ secreta iudicia tua sup̄bia meretur illudi: vnū cum hominibus habet. id est peccatū. aliud videri vult habere cū deo: vt q: carnis mortalitate non tegitur: pro immortali se ostentet. Sed quia stipendiū peccati mors est: hoc habet commune cum hominibus vnde simul dānetur in mortem. Uerax autē mediator: quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus. et misisti vt eius exemplo etiā ipsam discerent humilitatem: mediator ille dei ꝛ hoīm homo christus iesus inter mortales peccatores ꝛ immortalem iustum apparuit: mortalis cum hominibus. iustus cum deo: vt q: stipendiū iusticie vita ꝛ pax est. p̄ iusticiā coniunctā deo euacuaret mortem iustificatorū impiorū. quā cū illis voluit habere cōmunem. Hic demonstratus est antiquis sanctis: vt ita ipi per fidem futuri passionis eius sicut nos per fidem p̄terite salui fierent. In q̄tum enim homo intantum mediator. in q̄tum autē verbū non medius: q: equalis deo. ꝛ deus apud deū. ꝛ simul cum spiritusancto vnus deus. Quō nos amasti pater bone qui filio tuo vnico non pepcisti: sed pro nobis impijs tradidisti eum? Quō nos amasti pro quibus ille qui nō rapi-

nam arbitrat⁹ est eē equalis tibi: fact⁹ est subditus vsq ad mortem crucis vn⁹ ille in mortuis liber: potestatem habēs ponendi animam suam: ꝛ potestatem habens iterum sumēdi eam. pro nobis tibi victor ꝛ victima: ꝛ ideo victor quia victima. pro nobis tibi sacerdos ꝛ sacrificium. ꝛ ideo sacerdos quia sacrificiū faciēs tibi nos de seruis filios. de te nascendo nobis seruiendo. 5

Merito michi spes valida in illo est: qđ sanabis omnes languores meos per eum qui sedet ad dexterā tuam: ꝛ te interpellat pro nobis. Alioquin desperarē. Multi enim ꝛ magni sūt ijdem languores mei multi sunt ꝛ magni: sed amplior est medicina tua. Potuimus putare verbū tuum remotum esse a coniunctione hominis ꝛ desperare de nobis: nisi caro fieret ꝛ habitaret in nobis. Conritus peccatis meis ꝛ mole miserie mee agitaueram in corde: meditatusq fueram fugam in solitudinem: sed prohibuisti me ꝛ confirmasti me dicēs. Ideo pro omnibus christus mortuus est: vt qui viuunt iam nō sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est. Ecce domine iacto in te curam meam vt viuam: ꝛ considerabo mirabilia de lege tua. Tu scis imperitiam meam ꝛ infirmitatem meā: doce me ꝛ sana me Ille tuus vnicus in quo sūt omnes thesauri sapientie ꝛ scientie absconditi redemit me sanguine suo. Non calumniētur michi superbi: quoniam cogito precium meum: ꝛ manduco ꝛ bibo ꝛ erogo: ꝛ pauper cupio saturari ex eo inter illos qui edunt ꝛ saturantur: ꝛ laudabunt dominum qui requirunt eum.

¶ Explicit liber decimus

Incipit undecim⁹. A

Nunquid dñe cū tua sit eternitas ignoras q̄ tibi dico? aut ad tēpus vides qđ fit in tempore? Cur ḡ tibi tot rerꝫ narrationes digero? Nō vtiq vt p me noueris ea: s affectū meū excito in te: ꝛ eoꝝ q hec legūt: vt dicamus oēs. magn⁹ dñs ꝛ laudabil' valde. Iam dixi ꝛ dicā amore amoris tui facio istud Nā ꝛ oram⁹ ꝛ tñ veritas ait. Nouit pater vester qđ vobis op⁹ sit pri⁹ q̄ petatis a deo. Affectū ḡ nr̄m patefacim⁹ i te cōfitēdo tibi miserias nr̄as ꝛ mias tuas super nos: vt liberes nos oīno qm̄ cepisti: vt desinam⁹ eē miseri in nobis: ꝛ beatificemur in te: qm̄ vocasti nos vt sim⁹ paupes spū ꝛ mites ꝛ lugētes ꝛ esurientes: ac sitiētes iusticiā: ꝛ misericordes ꝛ mūdicordes et pacifici. Ecce narraui tibi multa q̄ potui ꝛ q̄ volui. qm̄ tu prior voluisti vt cōfiterer tibi dño deo meo: qm̄ bon⁹ es: qm̄ i seculū mia tua. Qn̄ aūt sufficio lingua calami enunciare oia hortamēta tua: ꝛ oēs terrores tuos ꝛ consolatiōes ꝛ gubernationes qb⁹ me pduxisti pdicare verbum tuū: ꝛ sacrm̄ tuū dispēsare pplo tuo. Et si sufficio hec enūciare ex ordie caro michi valēt stille tēpoꝝ ꝛ olī inardesco meditari in lege tua. ꝛ in ea tibi cōfitēri sciaꝫ ꝛ impitiā meā pmordia illuminatiōis tue: ꝛ reliqas tenebraꝝ meaꝝ: qusq deuoret a fortitudie infirmitas. Et nolo in aliud defluāt hore qs inuenio liberas a necessitatib⁹ reficiēdi corpis ꝛ intētiōis animi: ꝛ seruitutis quam debem⁹ hoīb⁹: ꝛ quā nō debem⁹: ꝛ tn̄ reddim⁹.

B Dñe de⁹ me⁹ intēde orōni mee ꝛ mia tua exaudiat desideriū meū: qm̄ non mihi soli estuat: s vsui vult eē frāe charitati. ꝛ vides in corde meo quia sic est: vt sacrificem tibi famulatum cogitationis ꝛ lingue mee: ꝛ da qđ offeram tibi. Inops enim ꝛ paup sum. tu diues in omnes inuocantes te: qui securus curā nostri geris. Circūcide ab omni temeri

tate ab omni(que) mendacio interiora et exteriora labia mea Sint caste delicie mee scripture tue Nec fallar in eis: nec fallam ex eis Domine attende et miserere domine deus meus: lux cecorum et virtus infirmorum. statim(que) lux videntium et virtus fortium: attende animam meam: et audi clamantem de profundo. Nam nisi adsint: et in profundo aures tue: quo ibimus et clamabimus? Tuus est dies: et tua est nox. Ad nutum tuum momenta transuolant. Largire inde spacium meditationibus nostris in abdita legis tue: neque aduersus pulsantes claudas eam. Neque enim frustra scribi voluisti tot paginarum opaca secreta. Aut non habent ille silue ceruos suos recipientes se in eas: et resumentes ambulantes et pascentes recumbentes et ruminantes. O domine perfice me et reuela michi eas. Ecce vox tua gaudium meum: vox tua super fluctium voluptatum Da quod amo. Amo enim. Et hoc tu dedisti. Nec dona tua deseras: nec herbam tuam spernas sitientem. Confitear tibi quicquid inuenero in libris tuis: et audiam vocem laudis: et te bibam et considerem mirabilia de lege tua ab vsque principio in quo fecisti celum et terram: vsque ad regnum tecum perpetuum sancte ciuitatis tue. Domine miserere mei: et exaudi desiderium meum. Puto enim quod non sit de terra: non de auro et argento et lapidibus: aut decoris vestibus: aut honoribus et potestatibus: aut voluptatibus carnis. neque de necessariis corpori et huic vite peregrinationis nostre: que omnia nobis apponuntur querentibus regnum et iusticiam tuam. ¶

Vide domine deus meus vnde sit desiderium meum. Narrauerunt mihi iniusti delectationes suas: sed non sicut lex tua domine. Ecce vnde est desiderium meum. Vide pater aspice et vide et approba: et placeat in conspectu misericordie tue inuenire me gratiam ante te: vt aperiantur pulsanti mihi interiora sermonum tuorum. Obsecro per dominum nostrum iesum christum filium tuum virum dextre tue filium hominis: quem confirmasti tibi mediatorem tuum et nostrum per quem nos quesisti non querentes te: quesisti autem vt quereremus te: verbum tuum per quod fecisti omnia in quibus et me vnicum tuum per quem vocasti in adoptionem populum credentium in quo et me: per eum te obsecro qui sedet ad dexteram tuam et te interpellat pro nobis in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Ipsum quero in libris tuis Moyses de illo scripsit. Hoc ipse ait. hoc veritas ait. Audiam et intelligam quomodo in principio fecisti celum et terram. Scripsit hoc moyses. scripsit et abiit: transiuit hinc ad te. Neque enim nunc ante me est. Nam si esset: tenerem eum: et rogarem eum: et per te obsecrarem vt mihi ista panderet: et preberem aures corporis mei sonis erumpentibus ex ore eius. Et si hebrea voce loqueretur: frustra pulsaret sensum meum: nec inde mentem meam quicquam tangeret. Si autem latine: scirem quid diceret. Sed vnde scirem an verum diceret? Quod si et hoc scirem num et ab illo scirem? Intus vtique mihi intus in domicilio cogitationis: nec hebrea nec greca: nec latina: nec barbara veritas sine oris et lingue organis: sine strepitu syllabarum diceret: verum dicit: et ego statim certus confidenter illi homini tuo dicerem: verum dicis. Cum ergo illum interrogare non possim: te quo plenus vera dixit veritas rogo te deus meus rogo parce peccatis meis: et qui illi seruo tuo dedisti hec dicere da et michi hec intelligere. Ecce sunt celum et terra: clamant quod facta sint. Mutantur enim atque variantur. Quicquid autem factum non est: et tamen est non est in eo quicquam quod ante non erat. quod est mutari atque variari. ¶

Clamant etiam quod seipsa non fecerint: ideo sumus quia facta sumus. Non ergo eramus antequam essemus vt fieri possemus a nobis. Et vox dicentium est ipsa euidentia Tu ergo domine fecisti ea qui pulcher es: pulchra sunt enim: qui bonus es: bona sunt enim: qui es: sunt enim. Nec ita pulchra sunt: nec ita bona sunt: nec ita sunt: sicut tu conditor eorum: cui comparata nec pulchra sunt: nec bona sunt: nec sunt. Scimus hec: gratias tibi. Et scientia nostra scientie tue comparata: ignorantia est. In principio fecit deus celum et terram. Quomodo autem fecisti celum et terram: et que machina tam grandis operationis tue: Non enim sicut homo artifex formans corpus de corpore: arbitratu anime va-

lentis imponere vtcūq3 speciē quā3 cernit in semetipsa interno oculo. Et vnde hoc valere nisi q2 tu fecisti eam? Et iponit speciē iam existenti 7 habēti vt esset veluti terre aut lapidi aut ligno aut auro: aut id genus rerū cuilibet. Et vnde ista essent nisi tu fecisses ea? Tu fabro corpus: tu animum membris imperitātem fecisti. tu materiā vnde facit aliqd tu ingeniū quo artē capiat 7 videat intus quid faciat foris. tu sensum corporis quo interprete traijciat ab animo ad materiā id qđ facit: 7 renūciet aīo quid factū sit: vt ille intus cōsulat presidentē sibi veritatē an bn̄ factū sit. Te laudāt hec omia: creatorē omniū. Sed tu quomodo facis ea? Quō fecisti deus celū et terrā? Non vtiq3 in celo neq3 in terra fecisti celū 7 terram: neq3 in aere aut in aquis: qm̄ 7 hec ptinent ad celū 7 terrā neq3 in vniuerso mundo fecisti vniuersum mundū: q2 non erat vbi fieret anꝗ̄ fieret vt esset. nec manu tenebas aliqd vñ faceres celū 7 terrā. Nam vnde tibi hoc qđ tu nō feceras vñ aliqd faceres. Quid eni est nisi q2 tu es? Ergo dixisti et facta sunt: atq3 in verbo tuo fecisti ea

E Sed quō dixisti? Nunquid illo modo quo facta est vox de nube dicens hic est filius meus dilectus? Illa enim vox acta atq3 transacta est: cepta et finita. Sonuerunt syllabe atq3 transierunt. secunda post primam: tertia post secundam: atq3 inde ex ordine donec vltima post ceteras silentiumq3 post vltimam. Unde claret atq3 eminet quod creature motus expressit ea3 seruiens eterne voluntati tue ipse tēporalis. Et hec ad tēpus facta verba tua nūciauit auris exterior menti prudenti. cuius auris interior posita est ad eternū verbū tuu3. At illa cōparauit hec vba tēporaliter sonātia cū eterno in silentio verbo tuo. 7 dixit. Aliud est longe: longe aliud est. Hec longe infra me sunt: nec sunt: quia fugiunt 7 preterent. Verbū autem dn̄i mei supra me manet in eternum. Si ergo verbis sonātib9 7 pretereūtibus dixisti vt fieret celū et terra: atq3 ita fecisti celum 7 terram. erat iam creatura corporalis ante celū 7 terrā. cui9 motibus tpalibus tēporaliter vox illa percurret Nullū aūt corpus ante celum 7 terram Aut si erat: id certe sine transitoria voce feceras: vñ transitoriā vocē faceres qua diceres vt fieret celū 7 terra. Quicquid enim illud esset: vnde talis vox fieret: nisi abs te factū esset: oīno non esset Ut ergo fieret corpus vñ ista verba fierent: quo verbo a te dictum est. Vocas itaq3 nos ad intelligendum verbu3 deū apud te deū: qđ sempiterne dicitur: 7 eo sempiterne dicuntur oīa. Neq3 eni finitur qđ dicebatur. 7 dicitur aliud vt possit dici omia: sed simul ac sempiterne oīa. Alioqn iam tēpus 7 mutatio: 7 nō vera eternitas nec vera imortalitas. F

lintheolum. vel rotondo vulneri rotun-
dum vel oblongū oblōgo. ligaturamq;
ipam non eandē mēbris oib9: sꝫ similē
similibus coaptat. sic sapientia dei ho-
minē curans seipsam exhibuit ad sanā-
dū: ipsa medicus: ipa medicina. Quia
ergo p supbiā hō lapsus est: humilitatē
adhibuit ad sanandum. Serpētis sapi-
entia decepti sumus. dei stulticia libera
mur. Queadmodū illa sapientia voca-
bat. erat aūt stulticia contēnentib9 deū
sic ista q vocat stulticia sapientia est vin
centibus diabolū. Nos imortalitate vsi
sumus male vt moreremur. xp̄s morta
litate bñ vsus est vt viuerem9. I
Corrupto aīo femine ingressus est mor
bus. integro corpe femine pcessit salus
Ad eadē contraria pertinet q etiā exē-
plo xtutum ei9 vicia nostra curant. Iā
xo similia quasi ligamenta membris et
vulneribus nr̄is adhibita illa sunt. qp
feminā deceptos: p feminam natus: hō
hoīes: mortalis mortales: morte mor-
tuos liberauit. Multa quoq; alia dili-
gētius cōsiderātib9 quos instituti opis
peragendi necessitas non rapit: vel a
contrarijs vel a similib9 medicine chri-
stiane apparet instructio. Iā xo credi-
ta dñi a mortuis resurrectio: et in celum
ascensio: magna spe fulsit fidē nostram.
Multū eni ostēdit q voluntarie pro no
bis aiam posuit q sic eā habuit in ptāte
resumere. Quanta ergo fiducia se spes
credentiū consolat: considerās quant9
quanta pro nondū credentibus passus
sit? Cum eni iudex viuor atq; mortuo-
rū expectat a celo magnū timorem in-
cutit negligentibus vt se ad indulgen-
tiā conuertant. eumq; magis bñ agen-
do desiderent q male agēdo formidēt
Quibus autem verbis dici: aut qua co
gitatiōe capi pōt premiū qd ille in fine
daturus est. qn ad consolationē hui9 iti
neris tm̄ dedit de spūsancto: quo in ad-
uersis vite huius fiduciā charitatemq;
tantā eius quē nondū videmus habea
mus. et dona vnicuiq; ppria ad instru-
ctionē eccl'ie sue: vt id qd ostendit esse
faciendū non solum sine murmure: sed
etiā cū delectatione faciam9? Est eni ec
clesia corpus eius: sicut aplica doctria
commēdat. q etiā cōiux eius dicit. Cor
pus ergo suum multis mēbris diuersa
officia gerentibus nodo vnitatis et cha
ritatis tanq sanitatis astringit. Exer-
cet aūt hoc tpe et purgat medicinalib9
quibusdā molestijs. vt erutaꝫ de hoc se-
culo in eternum sibi copulet cōiugē ec-
clesiā non habentē maculā neq; rugam
aut aliquid hmōi. Porro qm̄ in via
sumus: nec via ista locorum est ad affe-
ctuum: quā intercludebant quasi septa
quedā spinosa: preteritor malicie pec-
catorū. K Quid liberalius et mi
sericordius facere potuit qui seipm no
bis quo rediremus substernere voluit:
nisi vt omnia donaret ptā conuersis et
grauiter fixa interdicta reditus nostri
p nobis crucifixus euelleret: Has igit
claues dedit eccl'ie sue: vt q solueret in
terra soluta essent in celo. q ligaret i ter
ra ligata essent et in celo. s. vt quisquis
in eccl'ia ei9 dimitti sibi ptā non crede-
ret. non ei dimitterent. qsqs autē crede-
ret seq; ab his correct9 auerteret in eius
dem ecclesie gremio constitut9: eadē fi-
de atq; correctione sanaret. Quisqs ei
non credit dimitti sibi posse peccata: sit
deterior desperando: quasi nihil illi me
lius q malū esse remaneat: vbi de fru-
ctu sue conuersionis infidus est. Iā ve-
ro sicut animi qdam mors est: vite prio
ris morūq; reiectio: q fit penitendo. sic
etiā corporis mors est animationis pri
stine resolutio Et quō animus post pe-
nitentiā qua priores mores pditos in-
teremit: reformat in meli9. sic etiā cor-

pus post istā mortē quā vinculo peccati oēs debem⁹:credendū et sperandum est resurrectiōis tpe in melius commutari. vt nō caro et sanguis regnum dei possideat:qđ fieri nō pōt. sed corruptibile hoc induat incorruptionē. et mortale hoc induat imortalitatem. nullamq; faciens molestiā:qz nullā patietur indigentiā a btā perfectaq; aīa cuȝ summa quiete vegetet. Cui⁹ aūt anim⁹ nō morit huic sclo:neq; incipit configurari veritati:in grauiorē mortē morte corpis trahit. neq; ad cōmutationem celestis habitationis:sȝ ad luenda supplicia reuiuiscet. Hoc itaq; fides habet:atq; ita rē se habere credendū est. neq; animum neq; corpus humanū omino interitum pati. sȝ impios resurgere ad penas inestimabiles:pios aūt ad vitam eternam.

In his igit oib⁹ reb⁹ ille tm̄ sunt quib⁹ fruendū est. quas eternales atq; incommutabiles cōmemorauimus. Ceteris aūt vtendum est: vt ad illam perfruitionē peruenire possimus. Nos itaq; q̄ fruimur et vtimur aliis rebus res aliq̄ sumus. Magna eī quedaȝ res est:hō fact⁹ est ad imaginē ⁊ similitudinem dei:nō inquātum mortali corpore includit. sȝ inquantum bestias rōnalis aīe honore pcellit. Itaq; magna q̄stio ē vtrū frui se debeant homīes an vti: an vtrūq;. Preceptuȝ est eni nobis vt diligam⁹ inuicē. sȝ queritur vtrū propter se hō ab hoīe diligendus sit:an ppter aliud. Si eīm ppter se fruimur eo: si propter aliud vtimur eo. Uidetur aūt mihi ppter aliud diligēdus. Qđ eīm ppter se diligendū ē in eo pstituit vita beata. Cui⁹ etiā si nondū res tm̄ spes eius nos hoc tpe cōsolat. Maledict⁹ aūt q̄ spem suā ponit in hoīe. Sed nec seipso quisq̄ frui debet si liquido aduertas. qz nec se ipsū dȝ ppter seipsū deligere. sed ppter illud quo fruēdū ē. Tūc q̄ppe ē optim⁹ hō cū tota vita sua pagit ī incōmutabilē vitā:⁊ toto affectu inheret illi. Si autē se ppter se diligit:non se refert ad deum:sed ad seipsū conuersus nō ad incōmutabile aliquod conuertit. Et proptera iam cum defectu aliquo se fruit: qz melior est cum totus heret atq; cōstringitur incōmutabili bono: q̄ cū inde vel ad seipsum relaxatur. Si ergo teipsum non ppter teipsum debes diligere: sed propter illud vbi dilectionis tue rectissimus finis est:non succenseat alius homo si etiā ipsum propter deum diligis. Hec enim regula dilectionis diuinitus constituta est. Diliges inquit proximuȝ tuum sicut teipsum. deū vero ex toto corde. ⁊ ex tota anima ⁊ ex tota mente: vt omnes cogitationes tuas ⁊ omnem vitam ⁊ omnē intellectum in illum conferas:a quo habes eaipsa q̄ confers. Cuȝ aūt ait:toto corde:tota anima:tota mēte:nullam vite nr̄e partē reliq̄t q̄ vacare debeat:⁊ quasi locum daret vt alia re velit frui. sed quicquid aliud diligē duȝ venerit in animum:illuc rapiat:quo totius dilectionis ipetus currit.

Quisquis ergo recte proximum diligit hoc cum eo debȝ agē vt etiam ipse toto corde tota anima:tota mēte diligat deum. Sic.n. eum diligēs tanq̄ seipsuȝ totam dilectionē sui ⁊ illius refert ad illā dilectionē dei:q̄ nullū a se riuulum duci extra patit cuius diriuatione minuat. Nō aūt omnia q̄bus vtendū ē diligēda sunt sȝ ea sola q̄ aut nobiscum societate quadam referuntur ī deum:sicuti ē homo vł angelus:aut ad nos relata bn̄ficio dei p nos idigent:sicuti ē corpus. nā vtiq; martyres non dilexerūt scelus psequētium se:quo tamē vsi sunt ad promerēdum deum. Cum g̃ quattuor sint diligēda vnuȝ quod supra nos ē. alterum qđ nos sumus:tertium quod iuxta nos ē q̄rtum quod īfra nos ē. De scđo ⁊ quarto nulla pcepta danda erant. Quantumlibet eni homo excidat a vitate:manet illi dilectio sui ⁊ dilectio corporis sui. Fugax eni animus ab icommutabili lumine omnium regnatore id agit vt ipse sibi regnet ⁊ corpori suo. Et iō non potest nisi ⁊ se ⁊ corpus suum diligē. Magnuȝ aūt aliquid adeptū se putat: si etiam sociis id ē aliis hoib⁹ dn̄ari potuerit. Inē est eni vicioso aīo id magis appetē. ⁊ sibi tanq̄ debitū vēdicare qđ vni ppe debetur deo. Talis autē sui dilectio meli-

us odiū vocat. Iniquum est eni q: vult sibi seruire: et qd infra se est: cū ipse serui re supiori nolit. Rectissimeq dictum e. Qui autem amat iniquitatē odit ani mā suam. et iō fit infirm⁹ animus: et de mortali corpore cruciat. Necesse est eni vt illud diligat: et eius corruptione pre grauet. Inmortalitas eī et incorruptio corporis de sanitate animi existit. Sani tas aūt animi est firmissime īherere po tiori: hoc est incommutabili deo. Cum vero etiam eis q̄ sibi naturaliter pares sunt: hoc est hoīb⁹ dn̄ari affectat. into lerabilis oīno superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidē cum aliqua secta nonnulla questio fuit. Sed neq corpus suum quisq odit. Vex est eni quod ait apls. Nemo vnq carnē suā odio habu it. N Et qd nonnulli dicūt malle se oīno esse sine corpore: oīno falluntur. Non eni corpus suū sed corruptiones eius et pondus oderunt. Non itaq nul lum corpus sed incorruptū et integerri mū corpus volūt habere. Sed putant nullum corpus esse si tale fuerit. q: tale aliqd aiam esse putant. Qz aūt conti nentia quadā et laborib⁹ quasi persequ videnē corpa sua. q̄ hoc recte faciunt nō id agūt vt nō habeāt corpus. sed vt ha beant subiugatū et paratum ad opera necessaria. Libidines eni male vtentes corpe. i. consuetudines et inclinationes aīe ad fruendum inferioribus: per ipsi us corpis laboriosam quandam militi am extinguere affectāt. Nā nō se interi mut. sed curam sue valitudinis gerunt. Qui aūt puerse id agunt: quasi natura liter inimico suo corpi bellum ingerūt. In q̄ fallit eos qd legunt. Caro concu piscit aduersus spm̄: et spūs aduers⁹ car nem. Hec enim sibiinuicē aduersantur. Dictum est eīn hoc ꝑpter indomitā car nalē consuetudinē: aduersus quā spūs concupiscit. nō vt interimat corpus: sed vt concupiscentiā ei⁹. i. ꝯsuetudinē ma le domitā faciat spūi subiugatā. qd na turalis ordo desiderat. Quia enim hoc erit post resurrectionē: vt corpus oīmo do cū quiete summa spiritui subditum immortaliter vigeat. hoc etiā in hac vi ta meditandū est vt consuetudo carnis mutetur in melius. nec inordinatis mo tibus resistat spūi. Qd donec fiat caro concupiscit aduersus spm̄: et spūs aduer sus carnē. non ꝑ odiū resistente spū: sed per principatum. q: magis qd diligit vult subditū esse meliori: nec ꝑ odium resistente carne. sed ꝑ consuetudinis vin culū: qd a parentū etiā ꝓgenie inuete ratū nature lege inoleuit. Q Id ergo agit spūs in domāda carne: vt soluat male consuetudinis quasi pacta ꝑuersa. et fiat pax ꝯsuetudinis bone. Tā nec isti q̄ falsa opinione deprauati. cor pora sua detestant. parati essent vnum oculum vel sine sensu doloris amittere. etiam si in altero tantus cernēdi sēs⁹ re maneret quātus erat in duobus. nisi ali qua res q̄ ꝑponenda esset vrgeret. Istis atq huiusmodi documētis satis ondit eis qui sine pertinacia verū reqrūt: q cer ta sit snīa apli vbi ait. Nemo enim vnq carnē suā odio habuit. Addidit etiā: sed nutrit et fouet eam: sicut xp̄s ecclesiam. Modus ḡ diligēdi precipiēdus est ho mini. i. quomō se diligat vt prosit sibi. Quin aūt se diligat et prodesse sibi velit dubitare dementis est. Precipiendum etiā quō corpus suū diligat: vt ei ordia te prudenterq cōsulat. Nā q diligat etiā corpus suū: idq saluū habere atq inte grū velit: eque manifestum est. Aliquid itaq amplius diligere aliqs pōt: q sa lutē atq integritatē corpis sui. Nā mul ti et dolores et amissiones nonnullorum mēbrorum voluntarias suscepisse inue niunt: sed vt alia q̄ amplius diligebant saltem cōseqrent. Nō ḡ propterea dsq di cēdus est nō diligere salutē atq incolu mitatē corpis sui: q: plus aliqd diligit. Nam et auarus q̄uis pecuniā diligat: tamē emit sibi panem. Qd cū facit: dat pecuniā quā multū amat et augē deside rat. Sed q: pluris estimat salutem cor poris sui: que illo pane fulcit: superua caneū est diutius de re manifestissima disputare. Qd tn̄ plerūq nos facere co git error ipsorū. Ergo quoniam prece pto non est opus vt se quisq et corp⁹ su um diligat. i. qm̄ id qd sum⁹: et id quod

infra nos est:ad nos tamen pertinet. inconcussa nature lege diligimus.que in bestias etiam promulgata est:nam et bestie se atque corpora sua diligunt.restabat vt et de illo quod supra nos est: et de illo quod iuxta nos est precepta sumeremus. Diliges inquit dominum deum tuum ex toto corde tuo:ex tota anima tua: et ex tota mente tua et diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus preceptis vniuersa lex pendet et prophete. Finis itaque precepti est dilectio.et ea gemina.i.dei et proximi. P i z Quem si te totum intelligis.i. animam et corpus tuum.et proximum totum id est animam et corpus eius . homo enim ex anima constat et corpore:nullum rerum diligendarum genus in his duobus preceptis pretermissum est. Cum enim precurrat dilectio dei:eiusque dilectionis modus prescriptus appareat.ita vt cetera in illum confluant:de dilectione tua nihil dictum videtur. Sed cum dictum est. diliges proximum tuum tanquam teipsum: simul et tui abs te dilectio non pretermissa est. Ille autem iuste et sancte viuit qui rerum integer estimator est. Ipse est autem qui ordinatam dilectionem habet:ne aut diligat quod non est diligendum:aut non diligat quod est diligendum.aut amplius diligat quod minus est diligendum.aut eque diligat quod vel minus vel amplius diligendum est.aut minus vel amplius quod eque diligendum est. Omnis peccator inquantum peccator est:non est diligendus.et omnis homo inquantum homo est diligendus est propter deum:deus vero propter seipsum. Et si deus omni homine amplius diligendus est:amplius quisque debet deum diligere quam seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum.quia propter deum omnia ista diligenda sunt et potest nobiscum alius homo deo perfrui: quod non potest corpus.quia corpus per animam viuit qua perfruimur deo. Omnes autem homines eque diligendi sunt. Sed cum omnibus prodesse non possis:his potissimum consulendum est qui pro locorum vel temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. i 4 Q Sicut enim si tibi abundaret aliquid quod dari oporteret ei qui non haberet. nec duobus dari potuisset. si tibi occurrerent duo: quorum neuter alium vel indigentia vel erga te aliqua necessitudine superaret:nihil iustius faceres quam vt sorte eligeres cui dandum esset quod dari vtrique non posset. Sic in hominibus quibus omnibus consulere nequeas pro sorte habendum est prout quisque tibi colligatus temporaliter adherere potuerit. Omnium autem qui nobiscum frui possunt deo:partim eos diligimus quos ipsi adiuuamus:partim eos a quibus adiuuamur:partim quorum et indigemus adiutorio et indigentie subuenimus.partim quibus nec ipsi conferimus aliquid commodi.nec ab eis vt nobis conferatur attendimus. Velle tamen debemus vt omnes diligant nobiscum deum. et totum quod vel eos adiuuamus vel adiuuamur ab eis: ad vnum illum finem referendum est. Si enim in theatris nequicie qui aliquem diligit histrionem:et tanquam magno vel etiam summo bono eius arte perfruitur:omnes diligit qui eum diligunt secum.non propter eos sed propter eum quem pariter diligunt. et quanto est in eius amore feruentior:tanto agit quibus potest modis:vt a pluribus diligatur:et tanto pluribus cupit eum ostendere.et quem frigidiorem videt excitat in eum quantum potest laudibus illius. Si autem contrauenientem inuenerit. odit in illo vehementer odium dilecti sui.et quibus modis valet instat vt auferat.quod nos in societate dilectionis dei agere conuenit: quo perfrui beate viuere est. et a quo habent omnes qui eum diligunt et quod sunt et quod eum diligunt de quo nihil metuimus ne cuiquam possit cognitus displicere.et qui se vult diligi non vt sibi aliquid:sed vt eis qui diligunt eternum premium conferatur:hoc est ipse quem diligunt. R Hinc etiam efficitur vt inimicos etiam nostros diligamus. Non enim eos timemus:quia nobis quod diligimus auferre non possunt. sed miseremur potius quia tanto magis nos oderunt quanto ab illo quem diligimus separati sunt. Ad quem si conuersi fuerint:et illum tanquam beatificum

bonū:⁊ nos tanq̄ socios tanti boni ne=
cesse est vt diligant. Oritᷣ autē hoc loco
de angelis nonnulla questio. Illo enim
fruentes etiā ipsi beati sunt. quo ⁊ nos
frui desideramus. Et quāto in hac vita
fruimur vel per speculū vel in enigma=
te.tanto nr̄am peregrinationem ⁊ tole=
rabilius sustinemus:⁊ ardentius finire
cupimus. Sed vtrū ad illa duo prece=
pta etiam dilectio pertineat angelorū
non irrationabiliter queri potest. Nam
q̄ nullū hoīm exceperit q̄ precepit vt p̄=
ximū diligamus:⁊ ipse in euāgelio dn̄s
ostendit ⁊ paulus aplus. Nāq̄ ille cui
duo precepta protulerat: atq̄ in eis
pēdere totā legē ⁊ p̄phetas dixerat:cū
interrogaret eum dicēs.⁊ qs est meus
proximus:hoiem quendam proposuit
descendentē ab hierusalē in hierico in=
cidisse in latrones. et ab eis grauiter
vulneratū saucium ⁊ semiuiuū esse reli
ctū.Cui proximū eē nō docuit:nisi q̄ erga
illū recreandū atq̄ curandū misericors
extitit.ita vt hoc q̄ interrogauerat inter
rogat⁹ ipse fateret.Cui dn̄s ait. Uade
⁊ tu fac simılit. vt videlicet eū eē proxi=
mū intelligam⁹:cui vel exhibēdum est
officiū mie si indiget: vel exhibendum
esset si indigeret.Ex quo est iā cōseq̄ns
vt etiā ille a quo nobis hoc vicissim ex
hibēdum est proximus sit nr̄. Proximi
enim nomē ad aliqd est.nec quisq̄ esse
proxim⁹ nisi proximo pōt. Nullū autem
exceptū esse cui mie denegetur officiū
qs non videat qn̄ vsq̄ ad inimicos etiā
porrectū est dn̄o dicēte.Diligite inimi=
cos vestros: bn̄facite his qui oderunt
vos.Ita quoq̄ apl's paulus docet cum
dicit.Nā non adulterabis.non homici
diū facies.non furaberis.non concupi=
sces.⁊ si qd est aliud mandatū: in hoc
sermone recapitulatur.diliges proximū
tuū tanq̄ teipm.Dilectio proximi ma=
lū nō operatur. ¶ Quisqs ḡ arbitratur
nō de oi hoie aplm precepisse:coge=
tur fateri qd absurdissimū ⁊ sceleratis=
simū est visum fuisse aplo non esse pec
catū.si qs aut non christiani aut inimi=
ci adulterauerit vxorem:aut eū occide=
rit:aut ei⁹ rē concupierit.Qd si demen

tis est dicere: manifestū est oēm hoiem
proximum esse deputandū. qr erga ne=
minē opandū est malū.Iamvero si vel
cui prebendum est:vel a quo nobis pre
bendum est officiū mie. recte proxim⁹ di=
citur.manifestum est hoc precepto q̄ iube
mur diligere proximū etiā sctōs ange=
los contineri.a quibus nobis tāta mie
officia impenduntur quanta multis diui
narum scripturarū locis aiaduertere fa
cile est.Ex quo ⁊ ipse deus ⁊ dn̄s noster
proximum se nostrū dici voluit.Nam ⁊
seipsum significat dn̄s iesus xp̄us opi=
tulatum esse semiuiuo iacēti in via affli
cto ⁊ relicto a latronib⁹.Et propheta ī
oratione ait.Sicut proximū sicut fratrē
nostrum ita cōplacebā. Sz qm̄ excellen
tior ac supra naturam nr̄am est diuina
substantia:preceptū quo diligamus de
um a proximi dilectione distinctum est.
Ille enim nobis prebet miam propter su=
am bonitatē.nos aūt nobis inuicē pro
pter illius.i.ille nobis miseretur vt se per
fruamur.nos vero inuicem nostri mise=
remur vt illo perfruamur. Quapropter
adhuc ambiguū esse videtur :cū dicimus
ea re nos perfrui quā diligimus propter
seipsam:et ea re nobis fruendū esse tm̄
qua efficimur btī.ceteris xō vtendum.
Diligit enim nos deus: ⁊ multū nobis
dilectionē eius erga nos diuina scriptu=
ra cōmendat. Quō ḡ diligit vt nobis
vtatur aut fruatur: Sz si fruitur eget bono
nr̄o:qd nemo san⁹ dixerit. Omne enim
bonum nr̄m vel ipse:vel ab ipso est.Cui
aūt obscurū vel dubiū est:non egere lu
cē rerū harum nitore quas ipsa illustra
uerit: Dicit etiam aptissime propheta.
Dixi dn̄o deus meus es tu:qm̄ bonorū
meorum nō eges. Non ḡ fruitur nobis sz
vtitur.Nā si neq̄ fruitur neq̄ vtitur:non inue=
nio quēadmodum diligat.Sed neq̄ sic
vtitur vt nos.Nā nos res quibus vtimur
ad id referim⁹ vt dei bonitate perfrua=
mur. ¶ De⁹ vero ad suā bonita
tē vsum nostrū refert. Qr eni bonus ē:
sumus.⁊ inquantum sum⁹ boni sumus.
Porro autē quia iustus est:non impu=
ne sumus mali.Inquantum enim mali
sumus:in tantum minus etiam sumus

Ille enim summe ac primitus est: quod omino incommutabilis est. et qui plenissime dicere potuit. ego sum qui sum: et dices eis qui est misit me ad vos. Ut cetera que sunt: et nisi ab illo esse non possunt: et intantum bona sunt inquantum acceperunt ut sint. Ille igitur usus qui dicitur dei quo nobis utitur: non ad eius sed ad nostram utilitatem refertur. ad eius autem tantummodo bonitatem. Cuius autem nos miseremur et cui consulimus ad eius quidem utilitatem id facimus eamque intuemur: sed nescio quomodo etiam nostra sit consequens: cum eam misericordiam quam impendimus egenti sine mercede non relinquit deus. Hec autem merces summa est ut eo perfruamur. et omnes qui eo fruimur: nobis etiam invicem in ipso perfruamur. Nam si in nobis id facimus remanemus in via: et spem beatitudinis nostre in homine vel in angelo collocamus. Quod et homo superbus et angelus superbus arrogant sibi. atque in se aliorum spem gaudent constitui. Sanctus autem homo et sanctus angelus etiam fessos nos atque in se requiescere et remanere cupientes reficiunt potius. aut eo sumptu quem propter nos: aut illo etiam quem propter se acceperunt: acceperunt tamen. atque ita refectos in illum ire compellunt: quo fruentes pariter beati simus. Nam et apostolus clamat. Numquid paulus pro vobis crucifixus est aut in nomine pauli baptizati estis? Et neque qui plantat est aliquid: neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Et angelus hominem se adorantem monet. ut potius illum adoret: sub quo ei domino etiam ipse conservus est. Cum autem homine in deo frueris: deo potius quam homine frueris. Illo enim frueris quo efficieris beatus: et ad eum te pervenisse letaberis: in quo spem ponis ut venias. Inde ad philemonem paulus. Ita frater inquit ego te fruar in domino. Quod si non addidisset in domino: et te fruar tantum dixisset: in eo constituisset spem beatitudinis sue. Quamquam et vicissitudine dicitur frui cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur: etiam delectationem secum necesse est gerat. Per quam si transieris: eamque ad illud ubi permanendum est retuleris: uteris ea. et abusive non proprie diceris frui. Si vero inheseris atque permanseris finem in ea ponens leticie fuerit: tunc vere et proprie frui dicendus es. Quod non faciendum est nisi in illa trinitate id est summo et incommutabili bono. Vide quemadmodum cum ipsa veritas et verbum per quod facta sunt omnia: caro factum esset ut habitaret in nobis: tamen ait apostolus. Et si noveramus christum secundum carnem: sed iam non novimus. [...] Ille quippe qui non solum pervenientibus possessionem: sed etiam viam prebere se voluit venientibus ad se principium viarum voluit carnem assumere. unde est etiam illud. Dominus creavit me in principio viarum suarum. ut inde inciperent qui vellent venire. Apostolus igitur quamvis adhuc ambularet in via: et ad palmam superne vocationis sequeretur vocantem dominum. tamen ea que retro sunt obliviscens: et in ea que ante sunt extentus: iam principium viarum transierat. hoc est: eo non indigebat a quo tamen aggrediendum et exordiendum iter est omnibus qui ad veritatem pervenire: et in vita eterna permanere desiderant. Sic enim ait. Ego sum via et veritas et vita. hoc est. per me venitur. ad me pervenitur: in me permanetur. Cum enim ad ipsum pervenitur: etiam ad ipsum patrem pervenitur. quia per equalem illi cui est equalis agnoscitur: vinciente et tamquam agglutinante nos spiritusancto: quo in summo atque incommutabili bono permanere possimus. Ex quo intelligitur quod nulla res in via tenere nos debeat. quando nec ipse dominus inquantum via nostra esse dignatus est. tenere nos voluerit: sed transire ne rebus temporalibus quamvis ab illo pro salute nostra susceptis et gestis hereamus infirmiter. sed per eas potius curramus alacriter: ut ad eum ipsum qui nostram naturam a temporalibus liberavit et collocavit ad dexteram patris provehi atque pervenire mereamur. Omium igitur que predicta sunt: ex quo de rebus tractamus hec summa est: ut intelligatur legis et omnium divinarum scripturarum plenitudo et finis esse dilectio rei que fruendum est. et rei que nobiscum ea re frui potest. quia ut se quisque diligat precepto non est opus. Hoc ergo ut nosceremus atque possemus facta est tota pro salute nostra per divinam providentiam dispensatio temporalis: qua debemus uti: non quasi mansoria quadam dilectione

atq; delectatione: sed transitoria poti⁹ tanq; vie: anq; vehiculorum vel aliorum quorumlibet instrumentorum. aut si qd congruentius dici pot: vt ea quibus ferimur propter illud ad qd ferimur diligamus

X Quisqs igitur scripturas diuinas vel quarumlibet earum ptē intellexisse sibi videtur: ita vt eo intellectu non edificet istam geminā charitatem dei z primi nondū intellexit. Quisqs vero talem inde sententiam dixerit: vt huic edificāde charitati sit vtilis: nec tñ hoc dixerit: qd ille quez legit eo loco sensisse pbabitur. nō pniciose fallitur: nec oīno mentitur. Inest quippe in mentiente volūtas falsa dicēdi. Et ideo multos inuenim⁹ qui mentiri velint: q aūt falli neminem. Cū igitur hoc sciens hō faciat. illud nesciens patiatur: satis in vna eadēq; re apparet illum q fallitur eo q mentitur eē meliorē. qñquidem pati meli⁹ ē iniquitatē q̄ facere. Ois aūt qui mentitur iniqtatem facit. z si cuiq̄ videt vtile aliquā do esse mendaciū: pōt videri vtilē aliqn esse iniquitatē. Nemo eni mētiēs in eo q mentitur seruat fidē. Nā vtiq; hoc vult vt cui mentitur fidē sibi habeat: quam tñ ei mentiendo non seruat. Ois aūt fidei violator iniqu⁹ est. Aut igitur iniquitas est vtilis aliqn qd fieri nō pōt. aut mendaciū semper inutile est. Sed qsquis in scripturis aliud sentit q̄ ille q scripsit: illis non mentientib⁹ fallitur. Sed tñ vt dicere ceperā si ea sentētia fallitur: qua edificat charitatē q finis precepti ē: ita fallitur ac si quisq̄ errore deserens viā: eo tñ p agrum pgat: quo etiam via illa pducit Corrigendus est tñ: z q̄ sit vtilius viaz non deserere demonstrādū est ne consuetudine deuiandi etiam in transuersum aut puersū ire cogatur. Asserendo eni temere qd ille nō sensit quē legit: plerūq; incurrit in alia q illi sententie contexere nequeat. q si vera et certa esse consentit illud nō possit verū eē qd senserat. Fitq; in eo nescio quō vt amādo sentētiaz suā scripture incipiat offensior esse magis q̄ sibi. Qd malū si serpere siuerit euertetur ex eo. Per fidē eni ambulam⁹ nō per spēm. Titubabit aūt fides si diuinarum scripturarum vacillat auctoritas.

Y Porro fide titubante charitas etiam ipsa languescit. Naz si a fide quisq; ceciderit: a charitate etiam necesse ē cadat. Non eni pōt diligere qd esse nō credit. Porro si et credit z diligit: bñ agēdo z pceptis bonorum morum obtēperando efficit vt etiā speret se ad id qd diligit esse venturū. Itaq; tria hec sunt quibus et scia omis z prophetia militat: fides: spes: charitas. Sed fidei succedit spes quam videbimus. Et spei succedit btitudo ipsa: ad quam pueturi sum⁹. Charitas aūt istis decedentibus augebitur potius. Si eni credēdo diligim⁹ qd nondū videm⁹. q̄to magis cū videre ceperim⁹? Et si sperando diligimus quo nōdū puenimus: q̄to magis dum peruenerimus? Inter tpalia qppe atq; eterna hoc interest q̄ tpale aliqd plus diligitur anteq̄ habeatur: vilescit autem cū aduenerit. Non eni satiat aīam cui vera z certa sedes est eternitas. Eternū autem ardenti⁹ diligitur adeptū q̄ desideratuz. Nulli eni desideranti conceditur plus de illo existimare q̄ se hz: vt ei vilescat cū min⁹ inuenerit: sed q̄tū quisq; veniēs existimare potuerit: plus perueniens inuenturus ē. Hō itaq; fide: spe z charitate subnixus: eaq; inconcusse retinens non indiget scripturis nisi ad alios instruēdos. Itaq; multi per hec tria in solitudine sine codicibus viuunt.

3 Vñ in illis arbitror iam cōpletum esse qd dictū est: siue prophetie euacuabuntur siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. Quib⁹ tñ q̄si machinis tanta fidei z spei z charitatis in eis surrexit structio: vt perfectum aliquid tenentes ea q sunt ex parte non querant: perfectum sane q̄tū in hac vita pōt. Nam in cōparatione future vite nullius iusti et sancti est vita ista pfecta. Ideo manēt inde fides: spes: charitas: tria hec: maior autem horum est charitas. q: et cū quisq; ad eterna peruenerit: duob⁹ istis decedentibus charitas auctior et certior pmanebit. Quapropter cum quisq; cognouerit finē pcepti esse charitatem de corde puro z cōscientia bona z fide non ficta

omnem itellectum diuinarum scriptu
raruȝ ad ista tria relatur⁹. ad tractatio
nē illoꝝ libroꝝ securus accedat. Cū eni
diceret charitas: addidit de corde puro
vt nihil aliud ꝙ id quod diligēdum est
diligatur. Conscīētia vo bona subiūxit
ppᵉ spē. Ille eni se ad idqđ credit ꝛ dili
git puēturū eē desperat: cui male cōsciē
tie scrupulus iest. Tertio ꝛ fide indicit nō
ficta. Si eni fides nr̄a mēdacio caruerit
tūc ꝛ nō diligim⁹ qđ nō ē diligēdū: ꝛ re
cte viuēdo id spamus: vt nullo mō spes
nr̄a fallat. Propterea ꝛ de reb⁹ cōtinētī
bus fidē ꝙtū ꝓ tp̄e satis eē arbitrat⁹ sū
dicē volui. q: in aliis voluminib⁹ siue p
alios siue p nos multa iā dicta sūt. Mo
d⁹ itaqꝫ sit iste libri hui⁹. Cetera de signis
ꝙtum dederit dn̄s disseremus.

¶ Explicit liber pmus.

Incipit liber secūd⁹.

Q

Quoniam
de reb⁹ cū scribe
rē pmisi cōmo
nēs ne qsi eis at
tēderet nisi qđ sē
nō ēt si qđ aliud
pret se significāt:
vicissiȝ de signis
disserēs: hoc dico ne qs i eis attēdat qđ
sūt: sȝ poti⁹ ꝙ signa sūt. id ē ꝙ significāt.
Signū ē eni res pret spēm quā igerit sē
sibus aliđ aliqđ ex se faciēs icogitatio
nē vēire. sicut vestigio viso trāsisse aīal
cui⁹ vestigiū ē cogitamus. ꝛ fumo viso
ignē subesse cognoscim⁹: ꝛ voce aīantis
audita affectionē animi ei⁹ aīaduerti
m⁹: ꝛ tuba sonāte milites vl̄ ꝓgredi vl̄
regredi: ꝛ si quid aliud pugna postulat
oportē nouert. Signoꝝ igit alia sūt nā
lia: alia data. Nālia sūt q̄ sine volūtate
atqꝫ vllo appetitu significādi: pret se ali
qđ aliđ ex se cognosci faciūt: sicuti est fu
mus significās ignē. nō eni volēs signifi
care id facit: sȝ reꝝ exptaꝝ aīaduersio
ne ꝛ notatione cognoscitur ignē subesse
etiam si fumus solus apparet. Sed ꝛ ve
stigium transeūtis animātis ad hoc ge
nus ptinet. Et vultus irati seu tristis af
fectionē animi significāt. etiaȝ nulla ei⁹
voluntate: qui aut iratus aut tristis est
aut si quis alius motus animi vultu in
dice proditur etiam id nobis non agen
tibus vt prodatur. Sed de hoc toto ge
nere nunc disserere non est propositum.
Quoniam tamen icidit in partitionem
nostram preteriri omnino nō potuit. at
qꝫ id hactenus notatum esse suffecerit.
Data vero signa sunt: que sibi queqꝫ vi
uētia inuicē dant ad demōstrandos ꝙ
tum possūt motus animi sui vl̄ sēsa aut
intellecta q̄libȝ. Nec vlla causa est nobis
significandi. i. signi dandi: nisi ad depro
mendum ꝛ traiiciendum in alterius ani
mum id qđ aīo gerit is qui signuȝ dat.
B
Horū igit signoꝝ gen⁹ ꝙtuȝ
ad homines attinet cōsiderare atqꝫ tra
ctare statuimus: q: ꝛ signa diuinitus da
ta q̄ in scripturis sanctis continentur p
homines nobis indicata sunt qui ea cō
scripserūt. Habēt etiam bestie quedam
inē se signa quibus produnt appetitum
animi sui. Nam ꝛ gallus gallinatius re
pto cibo dat signum vocis galline vt ac
currat: ꝛ columbus gemitu columbam
vocat. ꝛ abea vicissim vocat: ꝛ multa
huiusmodi aīaduerti solent. Que vtrū
sicut vultus aut dolentis clamor sine si
gnificādi volūtate sequant motum ani
mi: an vero ad significandum dentur a
lia questio ē: ꝛ ad rem q̄ nunc agit non
ptinet. Quam partē ab hoc opere tāꝙ
non necessariam remouemus. Signoꝝ
igit quibus inter se homines sua sensa
communicāt: qdā ptinēt ad oculoꝝ sēsū
pleraqꝫ ad auriū. paucissima ad ceteros
sēsus. Nā cū innuimus nō damus signū
nisi oculis eius queȝ volumus p hoc si
gnum voluntatis nr̄e participē facere.
Et qdam mot⁹ manuū pleraqꝫ signt. Et
hystriones omnium mēbroꝝ motibus
dant signa quedam scientibus: ꝛ cū ocu
lis eorum quasi fabulantur. Et vexilla
draconesqꝫ militares per oculos insinu
ant voluntatem ducum. Et sunt hec oīa

quasi quedam verba visibilia. Ad aures aūt q̄ ptinēt vt dixi plura sūt. in verbis maxime. Nam tuba et tibia et cythara dant plerumqꝫ nō solū suauē sed etiā significātē sonū. ❡ Sꝫ omnia signa verbis comparata paucissima sunt. Uerba enī prorsus inť homines obtinuerunt principatum significādi quecunqꝫ aīo concipiuntur si ea prodere quisqꝫ velit. Nam et odorē vnguenti dominus quo perfusi sunt pedes ei⁹ signum aliquod dedit: et sacramēto corporis et sanguinis sui pgustato significauit qḋ voluit: et cum mulier tāgēdo fimbriā vestimenti eius salua facta est: non nihil significat. Sꝫ inumerabilis mltitudo signoꝝ: qb⁹ suas cogitationes homines exerūt in vbis cōstituta est. Nā illa signa oīa quoꝝ gnā breuiter attigi. potui vbis enūciare: vba vo illis signis nullo modo possum. Sed quia verberato aere statim transeūt: nec diutius manent q̄ sonant instituta sunt per litteras signa verborum. Ita voces oculis ostēduntur. non per seipsas sed per signa q̄dam sua. Ista igitur signa non potuerūt coīa esse omnibus gentibus pctō q̄daꝫ dissensionis humane: cum ad se quisqꝫ principatū rapit. Cuius superbie signū est: erecta illa turris in celuꝫ. vbi hoīes impii non solū aīos sed etiā voces dissonas habere meruerunt. Ex q̄ factum est vt etiā scriptura diuina qua tantis morbis humanaꝝ volūtatū subuenitur. ab vna lingua profecta que opoztune potuit per orbē terrarum disseminari: per varias interptū linguas lōge lateqꝫ diffusa innotesceret gētibus ad salutē: qua legentes nihil aliud appetūt q̄ cogitationē voluntatēqꝫ illorum a quib⁹ cōscripta est inuenire. et p illas voluntatem dei secūdum quā tales hoīes locutos eē credimus. Sed multis et multiplicibus obscuritatibus et ambiguitatibus decipiūtur q̄ temē legunt aliud pro alio sentiētes. q̄busdam aūt locis qd vł falso suspicētur nō iueniūt: ita obscure q̄daꝫ dicta dēsissimā caliginē obducūt. Quod totū puisū diuinit⁹ eē nō dubito: ad edomādā laboze supbiā. et intellectū a fastidio renouādum. cui facile inuestigata plerumqꝫ vilescūt. ❡ Quid enim ē q̄ q̄ si q̄s dicat sāctos eē homines atqꝫ pfectos: quoꝝ vita et moribus xpi ecclīa de q̄busdā supstitioīb⁹ pcidit eos q̄ ad se veniūt. et imitatiōe bonorū sibimet q̄dāmō incorporat: q̄ boni fideles et vre dei fui deponentes onera seculi ad sanctum baptismi lauacrū venerunt. atqꝫ inde ascendentes conceptione sancti spiritus fructum dant gemie charitatis. i. dei et pximi: quid est q̄ q̄ si hec quisqꝫ dicat. minus delectat audientem q̄ si ad eundem sensum locum illū expōnat de canticis canticorum. vbi dictum est ecclīe: cum tanq̄ pulcra q̄dam femina laudaref dētes tui sicut grex tōsarū ascēdēs de lauacro. q̄ omnes geminos creāt et nō est sterilis in eis: Nū aliḋ hō discit: q̄ cū illud planissimis vbis: sine similitudinis huiusmodi adminiclo audiret: Et tñ nescio quō suaui⁹ ituecr sāctos cū eos quasi dētes ecclīe video pcīdere ab erroribus homīes. atqꝫ in eius corpore emollita duricia quasi demersos mansosqꝫ trāsferre. Oues etiā iocūdissime agnosco detōsas. oneribus secularibus tanq̄ velleribus positis. et ascēdētes de lauacro. i. de baptismate creare omnes geminos. i. duo precepta dilectionis. et nullā eē ab isto sancto fructu sterilem video. Sed quare suauius videam: q̄ si nulla de diuinis libris talis similitudo pmētur. cum res eadē sit eadēqꝫ cognitio difficile est dicere. et alia q̄stio est. Nunc tñ nemo ābigit. et p similitudines libētius q̄qꝫ cognosci: et cum aliqua difficultate quesita multo gratius inueniri. Qui enī pzsus non inueniunt quod q̄runt: fame laborāt. Qui autem non q̄runt: q2 in pzimptu habēt: fastidio sepe marcescunt. In vtroqꝫ autē lāguor cauendus est. ❡ Magnifice igiť et salubriť spūssanctus ita scpturas sanctas modificauit. vt locis aptiorib⁹ fami occurrēt: obscurioib⁹ aūt fastidia detgeret. Nihil enī fere de illꝫ obscuritatib⁹ eruiť: qḋ nō plāissīe dcm̄ alibi repiaf. Ān oīa igiť opus est dei timore conuerti ad cognoscendam eius volū

tatē quid nobis appetendū fugiendū3
ꝙ precipiat. Timor autē iste cogitatio=
nem de nostra mortalitate: et de futura
morte necesse est incutiat: ⁊ q̄si clauatis
carnibus oēs supbie motus ligno cru=
cis affigat. Deinde op⁹ est mitescere pie
tate: neq3 cōtradicere diuine scripture:
siue intellecte: si aliqua vicia nostra per
cutit: siue non intellecte q̄si nos melius
sapere meliusq3 pcipere possimus. sed
cogitare potius ⁊ credere id esse meli⁹
⁊ verius qḋ ibi scriptū est: etiā si lateat:
q̄ id qḋ nos p nosmetipsos sapere pos=
sumus. Post istos duos gradus timo=
ris atq3 pietatis: ad tertiū venit scien=
tie gradū. de quo nūc agere statui. Nā
in eo se exercet oīs diuinarū scriptura=
rū studiosus: nihil aliud in eo inueniēs
q̄ diligendū esse deū ꝑpter deū: ⁊ pri=
mū ꝑpter deum. ⁊ illū quidē ex toto cor
de: ex tota aīa: ex tota mente diligere ꝓ
ximū vo tanq̄ seipm. i. vt tota dilectio
proximi sicut, etiā nostri referatur inde
um. De quib⁹ duob⁹ preceptis cum de
rebus agerem⁹ in libro supiore tracta=
uimus. Necesse est ḡ vt primo se quisq3
in scripturis inueniat amore huius scli
hoc est tpaliū rerū implicatū. longe se=
iūctū esse a tāto amore dei ⁊ tanto amo
re ꝓximi: q̄tum scriptura ipsa pscribit.
Tum vo ille timor quo cogitat de iudi
cio dei: ⁊ illa pietas qua non potest nisi
credere ⁊ cedere autoritati sanctorum
librorū: cogit eū seipm lugere. Naz ista
scientia bone spei hoīem se non iactan=
tem: sed lamētantē facit. F Quo
affectu ipetrat sedulis precib⁹ consola
tionē diuini adiutorij: ne desperatione
frangat. ⁊ esse incipit in quarto gradu
hoc est fortitudinis quo esuritur ⁊ sitit
iusticia. Hoc enī affectu ab oī mortife=
ra iocūditate rerū transeūtiū sese extra=
hit. ⁊ inde se auertens conuertit ad dile
ctionē eternorū in incōmutabilem. s. vni
tatem eandemq3 trinitatem. Quaz vbi
aspexerit q̄tū pōt in longinqua radian
tem: suiq3 aspectus infirmitate sustinere
se illam lucē nō posse psenserit: in quin=
to gradu: hoc est in consilio mie purgat
aīam tumultuantē quodammodo atq3
obstrepentē sibi de appetitu inferiorū
cōceptis sordib⁹. Hinc vero se ī dilectio
ne ꝓximi gnauiter exercet: in eaq3 perfi
citur: ⁊ spe iam plenus atq3 integer viri
bus cū puenerit vsq3 ad inimici dilectio=
nem: ascendit in sextū gradū: vbi iā ip3
oculū purgat quo videri deus pōt q̄tū
pōt ab his qui huic seculo moriunt q̄=
tū possūt. Nam intantum vident inquā
tum moriunt huic seculo. Inquātū aūt
huic viuūt: nō vident. Et ideo q̄uis iaz
certior ⁊ non solū tolerabilior: sed etiaz
iocūdior species lucis illi⁹ incipiat ap=
parere. in enigmate tñ adhuc ⁊ per spe=
culum videriḋ. quia magis per fidem
q̄ per spem ambulat. cū in hac vita pe
grinamur: q̄uis couersationem habea
mus in celis. In hoc aūt gradu ita pur
gat oculū cordis: vt veritati ne ipm q̄=
dem preferat aut conferat ꝓximū. ergo
nec seipm quia nec illū quem diligit si=
cut seipsū. Erit ergo iste sanct⁹ tam sim
plici corde atq3 mūdato: vt neq3 homi=
nibus placendi studio detorq̄atur a ve=
ro. nec respectu deuitandorū q̄rūlibet in
cōmodorū suorū q̄ aduersant huic vite
Talis filius accendit ad sapientiā q̄ vl=
tima et septima ē qua pacatus trāquil
lusq3 perfruitur. Initiū enī sapiētie tior
dn̄i. Ab illo enim vsq3 ad ipsam p hos
grad⁹ tendit ⁊ puenit. Sed nos ad ter=
tiū gradū illū considerationem referā=
mus. de quo differere qḋ dn̄s suggesse=
rit atq3 tractare instituimus. G
Erit igit diuinarū scripturaꝝ solertissi=
mus indagator: qui primo totas lege=
rit notasq3 habuerit: ⁊ si nōdū itellectu
iā tñ lectiōe dūtaxat eas q̄ appellamur
canonice. Nā ceteras securius leg. ⁊ fi=
de veritatis istruct⁹. ne p̄occupēt ibecil
lem aīm. et piculosis mendacijs atq3 fā
tasmatib⁹ eludentes preiudicēt aliquid
contra sanā itelligētiam. In canonicis
aūt scripturis ecclīarum catholicarum
q̄plurimū auctoritatez sequatur: inter
quas sane ille sūt q̄ aplicas sedes hr̄e ⁊
eplas accipere meruerūt. Tenebit igi=
tur hunc modū in scripturis canonicis
vt eas q̄ ab oib⁹ accipiunt ecclesijs ca=
tholicis preponat eis quas quedaz nō

accipiũt. In eis vero q̄ non accipiũtur
ab omibus: pꝛeponat eas quas plures
grauioꝛesq; accipiũt eis quas paucio-
res minoꝛisq; auctoꝛitatis eccłie tenent
Si aũt alias inuenerit a pluribꝰ: alias
a grauioꝛibꝰ haberi: q̄ꝗ̄ hoc inuenire
non possit: equalis tñ auctoꝛitatis eas
habendas puto. Totus aũt canon scri-
pturarũ i quo istã cõsideratione͂ versan
dã dicimꝰ his libꝛis continet. Quinq;
moyseos. id est genesi. exodo. leuitico
numeri. deuteronomio: ⁊ vno libꝛo ie-
su naue. vno iudicũ. vno libello qui ap
pellatur ruth. q̄ magis ad regnoꝝ prin-
cipia videt pertinere. Deide quattuoꝛ
regnoꝛũ ⁊ duobus paralipomenõ: non
ꝯsequẽtibus: sed q̄si a latere adiunctis
simulq; ꝑgentibus. Hec est hystoꝛia q̄ si
bimet annexa tꝑa cõtinet: atq; oꝛdinem
rerũ. Sunt alie tanq̄ ex diuerso oꝛdine
q̄ neq; huic oꝛdini: neq; inter se ꝯnectũt
sicut ē Job ⁊ Thobias ⁊ Hester ⁊ Ju-
dith ⁊ Machabeoꝝ libꝛi duo: ⁊ hesdre
duo. q̄ magis subseq̄ vident oꝛdinatam
illã historiã: vsq; ad regnoꝝ vel ꝑalipo-
menõ terminatã. Deinde ꝓphete in qui
bus Dauid vnꝰ liber psalmoꝝ: ⁊ Salo-
monis tres: puerbioꝝ: cantica cantico-
rũ ⁊ ecclesiastes. Nam illi duo libꝛi vnus
q̄ sapientia. ⁊ aliꝰ q̄ ecclesiasticus inscibit
de quadã silitudine salomõis esse dicũt
H Nã iesus filiꝰ syrach eos scripsisse
ꝯstantissime ꝑhibet. Qui tñ q̄m in au-
ctoꝛitatē recipi meruerũt: inter ꝓpheti
cos numerandi sunt. Reliq̄ sunt eoꝛum
libꝛi q̄ pꝛopꝛie ꝓphete appellati sunt.
duodecim ꝓphetarum libꝛi singuli: qui
cõnexi sibimet q̄m nũq̄ seiũcti sunt pꝛo
vno habent. Quoꝝ ꝓphetarũ nomina
sunt hec. Osee | Joel | Amos | Abdias |
Jonas | Micheas | Naũ | Abacuch | So
phonias | Aggeus | zacharias | Mala-
chias. Deinde q̄ttuoꝛ ꝓphete sunt ma-
ioꝛum voluminuꝫ. Esaias | Hieremias |
Daniel | Ezechiel. His q̄dragintaq̄ttu-
oꝛ libꝛis veteris testa͂mẽti terminat au
ctoꝛitas. Noui aũt q̄ttuoꝛ libꝛis euan-
gelij ſm Matheũ: ſm Marcũ: ſm Lu
cam: ſm Joannem. q̄ttuoꝛdecim episto
lis pauli apłi. ad romanos. ad coꝛinthi-

os duabus. ad galathas. ad ephesios.
ad philippẽses. ad thessalonicẽses dua-
bus: ad colossenses. ad thimotheũ dua-
bus. ad titũ. ad philemonem. ad hebꝛe
os. Petri duabus. tribus Joãnis. vna
Jude: ⁊ vna Jacobi. Actibus apostolo
rum libꝛo vno. ⁊ Apocalipsis Joannis
libꝛo vno. In his omnibus libꝛis timẽ-
tes deum et pietate mansueti querunt
voluntatem dei. Cuius operis vel la-
boꝛis pꝛima obseruatio est vt diximus
nosse istos libꝛos. ⁊ si nondum ad intel-
lectũ legẽdo: tñ vel mandare memoꝛie
vel oĩno incognitos non habere. Dein-
de illa q̄ in eis aperte posita sũt vel p̄ce
pta viuendi vel regule credendi: solerti
us diligentiusq; inuestigãda sunt. Que
q̄to quisq; plura inuenit: tanto est intel
ligentia capacioꝛ. In his enim q̄ aper-
te in scriptura posita sunt inueniuntur
illa omnia que continent fidem moꝛes-
q; viuendi. spem. s. atq; charitatem. de
quibus libꝛo superioꝛe tractauimus.
I Cum vero facta quadam familia
ritate cũ ipsa lingua diuinaꝝ scriptura-
rũ: in ea q̄ obscura sunt aꝑienda ⁊ discu
tienda ꝑgendũ est: vt ad obscurioꝛes lo
cutiones illustrandas de manifestioꝛi-
bus sumant exempla. ⁊ quedã certaruꝫ
sententiaruꝫ testimonia dubitationem
de incertis auferant. In qua re memo-
ria valet plurimũ. Que si defuerit: nõ
põt his p̄ceptis dari. Duabus aũt cau
sis nõ intelliguntur q̄ scripta sunt. si aut
ignotis aut ambiguis signis obtegũt.
Sunt aũt signa vel ꝓpꝛia vel translata
Pꝛopꝛia dicunt cũ his rebꝰ significan-
dis adhibent: ꝓpter quas sunt institu-
ta. sicut cũ dicimꝰ boue͂ intelligimꝰ pe-
cus: qđ oĩs nobiscuꝫ latine lingue ho-
mines hoc nomine vocant. Translata
sunt: cũ et ipse res quas pꝛopꝛijs vbis
significamus ad aliud aliq̄d significan-
dũ vsurpant: sicut cũ dicimus bouem ⁊
per has duas syllabas intelligimus pe
cus qđ isto nomine appellari solet: sed
ꝑ illud pecus rursus intelligimꝰ euan-
gelistã que͂ signauit scriptura interpꝛe-
tante apostolo dicens. Bouem triturã-
tem non infrenabis. Contra ignota si

gna propria: magnum remedium est linguarum cognitio. Et latine quidem lingue homines quos nunc instituendos suscepimus: et duabus aliis ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus. hebrea scilicet et greca: vt ad exemplaria precedentia recurratur: si quam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas. Quamquam et hebrea verba non interpretata sepe inueniamus in libris: sicut amen: aleluya: et racha et osanna: et si qua sunt alia. Quorum partim propter sanctiorem auctoritatem quis interpretari potuisset seruata est antiquitas: sicut amen: et aleluya partim vero in aliam linguam transferri non potuisse dicuntur: sicut alia duo que posuimus. Sunt enim quedam verba certarum linguarum: que in vsum alterius lingue per interpretationem transire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit: que verba potius motum animi significant: quam sententie concepte vllam particulam. Nam et hoc duo talia esse perhibentur. K

Dicunt enim racha indignantis esse vocem: osanna letantis. Sed non propter hec pauca que notare atque interrogare facillimum est: sed propter diuersitates vt dictum est interpretum illarum linguarum est cognitio necessaria. Qui enim scripturas ex hebrea lingua in grecam verterunt linguam numerari possunt. latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex grecus. et aliquantulum facultatis sibimet vtriusque lingue habere videbatur: ausus est interpretari. Que quidem res plus adiuuit intelligentiam quam impediuit si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sepe manifestauit inspectio sicut illud Esaie prophete. Unus interpres ait: et carnem tuam ne despexeris. Alius: et domesticos seminis tui ne despexeris: vterque sibimet inuicem attestatur. Namque alter ex altero exponitur: quia et caro posset accipi proprie vt corpus suum quisque ne despiceret se putaret ammonitum: et domestici seminis translate christiani posset intelligi ex eodem vbi semine nobiscum spiritualiter nati. Nunc autem collocato interpretum sensu: probabilior occurrit sententia proprie de consanguineis non despiciendis esse preceptum: quia domesticos seminis cum ad carnem retuleris consanguinei potissimum occurrit. Unde esse arbitror illud apostoli quod ait. Si quomodo ad emulationem adducere potuero carnem meam vt saluos faciam aliquos ex illis. id est vt emulando eos qui crediderant et ipsi credant. Carnem enim suam dixit iudeos: propter consanguinitatem. Item illud eiusdem Esaie prophete. Nisi credideritis non intelligetis: alius interpretatus est. nisi credideritis non permanebitis. Quis horum vera secutus sit: nisi exemplaria lingue precedentis legantur incertum est. Sed tamen ex vtroque magnum aliquid insinuatur scienter legentibus. Difficile est enim ita diuersos a se interpretes fieri: vt non se aliqua vicinitate contingant. L Ergo quoniam intellectus in specie sempiterna est: fides vero in rerum temporalium quibusdam cunabulis quasi lacte alit paruulos. nunc autem per fidem ambulamus non per speciem nisi autem per fidem ambulauerimus ad speciem peruenire non poterimus: que non transit sed permanet per intellectum purgatum nobis coherentibus veritati. Propterea ille ait. nisi credideritis non permanebitis. ille vero: nisi credideritis non intelligetis. Et ex ambiguo lingue precedentis plerumque interpres fallitur cui non bene nota sententia est. et eam significationem transfert que a sensu scriptoris penitus aliena est. sicut quidam codices habent. Acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem. Oxys enim apud grecos et acutum et velocem significat. Ille ergo vidit sententiam qui transtulit veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Ille autem alius ancipiti signo in aliam partem raptus errauit. Et talia quidem non obscura sed falsa sunt: quorum alia conditio est. Non enim intelligendos sed emendandos tales codices potius precipiendum est. Hinc est enim etiam illud quia

moschos grece vitulus dicit. moscheu-
mata quedam nō intellexerūt esse plātatio
nes. ⁊ vitulamina interpretati sunt. Qui
error tam multos codices preoccupauit
vt vix inueniatur aliter scriptum. Et tamē
sententia manifestissima est: quia clarescit conse
quētibus verbis. Namque adulterine plan
tationes non dabunt radices altas: con
uenientius dicitur quam vitulamina: que pedibus per
terrā gradiuntur ⁊ nō herēt radicibus. Hanc
translationē in eo loco etiā cetera con-
texta custodiunt. Sed quoniam ⁊ que sit
ipsa sententia: quā plures interpretes pro sua quis-
que facultate atque iudicio conantur eloqui: nō
apparet nisi in ea lingua inspiciatur quam inter
pretantur. ⁊ plerumque a sensu autoris deuius
aberrat interpres si nō sit doctissimus.

M Igitur aut illarum linguarum ex qui
bus in latinā scripturā peruenit petēda co-
gnitio est. aut habēde interpretatiōes eorum
qui se verbis nimis obstrinxerunt. nō quia suf
ficiunt: sed vt ex eis libertas vel error di
rigatur aliorum: qui non magis verba quam senten
tias interpretando sequi maluerunt. Nā nō
solum verba singula sed etiam locutiones se
pe transferuntur. que omnino in latine lingue
vsum: si quis consuetudinē veterum qui lati
ne locuti sunt tenere voluerit trāsire nō
possunt. Que aliquādo intellectui nihil
adimūt: sed offendunt tamen eos qui plus de
lectātur rebus: cum etiā in earum signis sua
quedam seruatur integritas. Nā solecismus qui
dicitur: nichil aliud est quam cū verba non ea le-
ge sibi coaptantur: qua coaptauerūt qui prio-
res nobis nō sine auctoritate aliqua lo
cuti sunt. Utrum enim inter hoies an inter ho-
minibus dicatur: ad rerum nō pertinet cogni-
torem. Itē barbarismus quid aliud est nisi
verbum nō eis litteris vel sono enūciatū. quo
ab eis qui latine ante nos locuti sunt enū
ciari solet. Utrum enim ignoscere producta
tertia syllaba vel correpta dicatur. non
multū curat qui peccatis suis deus vt igno-
scat petit: quolibet modo illud verbū sonare
potuerit. Quid est ergo integritas locutio
nis: nisi latine consuetudinis conseruatio
loquētiū veterum auctoritate firmata?
Sed tamen eo magis inde offenduntur ho
mines quo infirmiores sūt. et eo sunt infir
miores quo doctiores videri volunt. nō

rerum sciētia qua edificamur: sed signorū.
qua non inflari difficile est. cū ⁊ ipsa re-
rū scientia sepe ceruicē erigat: nisi dominico re-
primatur iugo. Quid enim obest intellecto
ri quod ita scriptum est: que est terra in qua isti insi-
dent super eam. si bona est aut nequam? ⁊ que
sunt ciuitates in quibus ipsi inhabitant in
ipsis? Quam locutionē magis aliene lin
gue esse arbitror quam sensū aliquē altiorē.

N Illud etiam quod iam au-
ferre nō possumus de ore cātantiū popu-
lorum super ipsum autem florebit sanctificatio mea:
nihil profecto sententie detrahit. auditor tamen
peritior mallet hoc corrigi vt nō floriet sed
florebit diceretur. Nec quicquam impedit cor
rectionem nisi cōsuetudo cantātiū. Ista ergo
facile contēni possūt: si quis ea cauere no
luerit: que sano intellectui nihil detrahūt.
At vero illud quod ait apostolus: quod
stultum est dei sapientius est hominibus
⁊ quod infirmū est dei fortius est hoibus. si quis
in eo grecā locutiōem seruare voluisset:
vt diceret. quod stultum est dei sapientius
est hoim. ⁊ quod infirmum est dei fortius est
hoim. iret quidem vigilantis lectoris intē-
tio in sententie veritatem. sed tamē aliquis tar-
dior aut nō intelligeret: aut etiā peruerse
intelligeret. Non enim tantum viciosa locutio
est in latina lingua talis: verum ⁊ in am
biguitatē cadit: vt quasi hoim stultum vel
hoim infirmū sapientius vel fortius vi
deatur esse quam dei. Quāquam ⁊ illud sapienti-
us est hoibus non caret ambiguo etiam
si solecismo caret. Utrum enim his homi-
nibus ab eo quod est huic hoi. an ab his
hominibus ab eo quod est ab hoc hoie di-
ctum sit nō apparet nisi illuminatiōe sen-
tētie. Melius itaque dicitur ita. Sapiētius est quam
hoies ⁊ fortius est quam hoies. De ābiguis
autem signis post loquemur. nūc de incogni
tis agimus. quorum due forme sūt quantū ad ver
ba pertinet. Nāque aut ignotū verbū facit
herere lectorē: aut ignota locutio. Que
si ex alienis linguis veniūt: aut queren-
da sunt ab earum linguarum hoibus: aut
lingue eedē: si ⁊ ocium est ⁊ ingenium edi
scende: aut plurium interpretum consulē-
da collatio est. Si autē ipsius lingue no-
stre aliqua verba locutionesque ignora-
mus: legendi consuetudine audiendique

innotescunt. ❡ Nulla sane sunt magis mandanda memorie q̄ illorum verborum locutionūq; genera q̄ ignoramus: vt cuȝ vel peritior occurrerit de q̄ queri possint. vel talis lectio que vel p̄cedentibus vel cōsequētib⁹ vel vtriꝗ; ostendat quā vim habeat q̄dve significet qđ ignoramus. facile adiuuante memoria possimus aīaduertere vel discere: q̄q̄ tanta ē vis consuetudinis etiaȝ ad discendū vt q̄ i scripturis sāctis quodāmodo nutriti educatiq; sunt: magis alias locutiōes mirenť: easq; minus latinas putēt q̄ illas quas in scripturis didicerūt. neq; in latine lingue auctoribus reperiunť. Plurimū hic quoq; iuuat interpretū numerositas collatis codicib⁹ inspecta atq; discussa. tamē absit falsitas. Naȝ codicibus emēdādis pri⁹ ꝺ; inuigilare solertia eoꝝ: q̄ scripturas diuinas nosse desiderant: vt emendatis nō emēdati cedāt. ex vno dumtaxat interpretatiōis genere veniētes. In ip̄is aūt interpretatiōib⁹ italia ceteris preferať. Nam est verboꝝ tenacior cū perspicuitate snie. Et latinis q̄buslibȝ emēdandis greci adhibeantur: in quibus. lxx. interpretum qđ ad vetus testamentum attinet: excellit auctoritas. qui iaȝ ꝑ oēs peritiores ecclesias tanta presentia sp̄ūsācti interpretati esse dicuntur vt os vnum tot hominū fuerit. Qui sivt ferť: multiq; nō indigni fide predicant singuli cellis etiam singulis separi cuȝ interpretati essent. nihil in alicuius eoꝝ codice inuentū est: qđ non iisdē verbis eodemq; verboꝝ ordine inueniretur in ceteris: q̄s huic auctoritati conferre aliquid nedū preferre audeat? Si autem contulerunt vt vna oīm cōmuni tractu iudicioq; vox fieret: nec sic quidē quēq̄ vnū hoīem qualibet peritia ad emendandum tot seniorum doctorumq; cōsensū aspirare oportet aut decet. Quāobrē etiā si aliquid aliť in hebreis exēplarib⁹ inueniť q̄ isti posuerint: cedendū esse arbitror diuine dispensationi q̄ per eos facta est: vt libri quos gens iudea ceteris populis vel religione vel inuidia prodere nolebat: credituris per oīm gētibus ministra regis ptolomei potestate tanto ante proderentur.

❡ Itaq; fieri potest vt sic illi interpretati sint: quemadmodū cōgrue re gentibus illis ille qui eos regebat: ⁊ qui os vnum omībus fecerat spiritus sanctus indicauit. Sed tamen vt superius dixi horum quoq; interpretum qui verbis tenacius inheserūt collatio non est inutilis ad explanandam sepe sententiam. Latini ergo vt dicere ceperam codices veteris testamenti si necesse fuerit grecorum auctoritate emēdandi sunt. et eorum potissimum qui cum septuaginta essent ore vno interpretari esse perhibētur. Libros autem noui testamenti: si quid in latinis varietatibus titubat grecis cedere oportere non dubium est. ⁊ maxime qui apđ ecclesias doctiores ⁊ diligentiores reperiuntur. In translatis vero signis si qua forte ignota cogunt herere lectorem: ꝑtim linguarum noticia partim: rerum inuestiganda sunt. Aliquid enim ad similitudinem valet: et proculdubio secretum aliquod insinuat siloa piscina vbi lauare faciem iussus est cui oculos dominus luto de sputo facto inunxerat. Quod tamen nomen lingue incognite: nisi euangelista interpretatus essȝ tam manus intellectus lateret. Si etiam multa que ab auctoribus eorumdem librorum interpretata nō sunt nomīa hebrea non est dubitandum habere non paruā vim atq; adiutorium ad soluenda enigmata scripturarum: si quis possit ea interpretari. Quod nonnulli eiusdem lingue viri periti non sane paruum beneficium posteris contulerunt. qui separata de scripturis eadem verba omnia interpretati sunt: ⁊ quid sit adam: quid eua: quid abraam: quid moyses: siue etiam locorum nomina quid sit hierusalē: vel syon vel hierico: vel syna: vel libanus: vel iordanis vel quecunq; alia in illa lingua sunt incognita nobis nomina Quibus apertis ⁊ interpretatis multe in scripturis figurate locutiones manifestanť ❡ Rerum autem ignorātia facit obscuras figuratas locu

tiones: cum ignoramus vel animantiũ
vel lapidum vel herbaꝝ naturas aliaꝝ
ve rerum. que plerumq̃ in scripturis si-
militudinis alicuius gratia ponuntur.
Nam et de serpente quod notum est to
tum corpus eum pro capite obijcere fe
rientibus quantum illustrat sensum il-
lum quo dn̄s iubet astutos nos esse si-
cut serpentes. vt. s. pro capite nostro qḋ
est christus corpus potius persequenti
bus offeramus. ne fides christiana tan
q̃ caput necetur in nobis: si parcentes
corpori negemus deum. vel illud quod
per caverne angustias coartatus depo
sita veteri tunica vires nouas accipere
dicitur q̃tum concinit ad imitandam
ipsius serpertis astutiam. exuendumq̃
ipsum veterem hominem sicut aposto-
lus dicit: vt induamur nouo. et exuen-
dum per angustias: dicente dn̄o. intra-
te per angustam portam? Ut ergo noti
cia nature serpentis illustrat multas si
militudines quas de hoc animãte scri-
ptura dare cõsueuit. sic ignorantia non
nullorum animalium que non minus p
similitudines cõmemorat impedit plu
rimum lectorem. Sic lapidum sic her-
barum vel quecunq̃ tenentur radicib⁹
Nam ꝛ carbunculi noticia q lucet in te
nebris multa illuminat etiam obscura
librorum vbicunq̃ propter similitudi-
nem ponit: ꝛ ignorantia berilli vel ada
mantis claudit plerũq̃ intelligentie fo
res. Nec aliam ob causam facile est in-
telligere pacem perpetuam significari
olee ramusculo quẽ rediens ad archaꝫ
columba pertulit nisi quia nouimus et
olei lenẽ contactũ non facile alieno hu
more corrũpi: et arborem ipsam fron-
dere perenniter. R Multi autẽ
propter ignorantiam ysopi dum nesciũt
quam vim habeat: vel ad purgandum
pulmonem: vel vt dicitur ad saxa radi-
cibus penetranda cum sit herba breuis
atq̃ humilis: omnino inuenire non pos
sunt quare dictum sit. Asperges me iso
po ꝛ mundabor. Numerorum etiã im-
peritia multa facit non intelligi transla
te ac mystice posita in scripturis. Inge-
nium quippe vt ita dixerim ingenuum
non potest non moueri qḋ sibi velit q ꝛ
moyses ꝛ helias et ipse dominus qua-
draginta diebus ieiunauerunt: cuius
actionis figuratus nodus nisi hui⁹ nu-
meri cognitione et consideratione non
soluit. habet enĩ denariũ quater tãq̃ co
gnitionẽ oĩꝫ rerũ intextã tpibus. Qua-
ternario q̇ppe nũero ꝛ diurna ꝛ annua
curricula pagũtur. Diurna matutinis
meridianis vesptinis nocturnisq̃ hora
rum spacijs. annua vernis estiuis autũ
nalibus hyemalibusq̃ mensib⁹. A tpm
aũt delectatiõe dũ in tpib⁹ viuim⁹ ꝑpt
eternitatẽ in qua viuere volum⁹ absti-
nendũ ꝛ ieiunãdũ ẽ. q̃uis tẽpoꝝ cursib⁹
ipa nobis insinuet doctrina cõtẽnẽdoꝝ
tẽpoꝝ ꝛ appetẽdoꝝ etnoꝝ. Porro autẽ
denarius numerus creatoris atq̃ crea-
ture significat scientiam. Nam trinitas
creatoris est: septenarius autem nume-
rus creaturam indicat ꝓpt vitam et
corpus. Nam in illa tria sunt. vnde etiã
toto corde: tota anima: tota mente: dili-
gẽdus est deus. In corpore autẽ quattu
or manifestissima appent quib⁹ constat
elementa. S In hoc g̃
denario dum temporalit nobis insinua
tur id est quat ducit caste ꝛ continent a
temporum delectatione viuẽ: hoc ẽ qua
draginta dieb⁹ ieiunare monemur hoc
lex cuius persona est in moyse: hoc pro
phetia cuius ꝑsonam gerit helyas hoc
ipse dominus monet. qui tanq̃ testimo-
nium habens ex lege ꝛ prophetis medi-
us int illos in monte tribus discipulis
vidẽtibus atq̃ stupẽdibus claruit. Dei
de ita querit: quomodo quinquagena-
rius de quadragenario numero existat
qui non mediocrit in nr̃a religiõe sacra
tus ẽ ꝓpt pẽthecostẽ: ꝛ quomodo ter
duct⁹ ꝑpt tria tpa añ legẽ sub lege sub
gr̃a: vl ꝓpt nomẽ pr̃is ꝛ filij ꝛ spũs sctĩ
adiũcta eminẽtius ipa trinitate ad pur
gatissime ecclie mysteriũ referat: ꝑueni-
atq̃ ad cẽtum quinquaginta pisces. q̇s
retia post resurrectionẽ domini in dexteraꝫ
partem missa ceperunt. Ita mltis alijs
atq̃ alijs numerorum formis queda
similitudinum in libris sctis secreta ꝑ-
munt. que ꝓpt numeroruꝫ imperitiã le-

gentibus clausa sunt. Nõ pauca etiam
claudit atq; obtegit nonnullarũ rerum
musicarũ ignorantia. Nam et de psal-
terij et cythare differentia quidam non
inconcinne aliquas rer figuras aperu-
it. ꝛ decem cordarũ psalteriũ non inop-
portune inter doctos queritꝰ. vtrum ha
beat aliquã musice legẽ q̃ ad tãn neruo
rum numerum cogat. an vero si non ha
bet eo ipso magis sacrate sit accipien-
dus ipse numerus. vel propter decalo-
gum legis. de quo item numero si que-
ratur: non nisi ad creatorẽ creaturamq;
referendus est. vel ꝓpter superius expo-
situm ipsum denarium. ¶ Et ille nu
merus edificationis templi commemo
ratus in euangelio quadraginta scꝫ et
sex annorũ nescio quid musicum sonat.
ꝛ relatus ad fabricam dñici corporis: ꝓ
pter quã templi mentio facta est: cogit
nonnullos hereticos cõfiteri filium dei
non falso sed vero ꝛ humano corpe in-
dutum. Et numerum quippe ꝛ musicã
plerisq; locis in sanctis scripturis posi-
ta honorabiliter inuenimus. Non eniꝫ
audiẽdi sũt errores gẽtiliũ supstitionũ
q̃ nouẽ musas iouis ꝛ memorie filias
esse finxerunt. Refellit eos varro quo
nescio vtrũ apud eos quisq; talium rer
doctior vel curiosior esse possit. Dicit
eñ ciuitatẽ nescio quã. non eñi recolo
nomen: locasse apud tres artifices ter-
na simulacra musarũ. q̃ in tẽplo apolli-
linis dono poneret: vt quisq; artificum
pulcriora formasset: ab illo potissimuꝫ
electa emeret. Itaq; cõtigisse vt opera
sua quoq; illi artifices eque pulcra ex-
plicarẽt: et placuisse ciuitati omnes no
uem atq; omnes emptas eẽ: vt in apol
linis templo dedicarentur. Quibꝰ po-
stea dicit hesiodũ poetã imposuisse vo-
cabula. Nõ ergo iupiter nouẽ musas ge-
nuit. sed tres fabri ternas crearũt. Tres
aũt nõ ꝓpterea illa ciuitas locauerat
quia in somnis eas viderat. aut tot se
cuiusq; illorũ oculis demonstrauerant.
sed quia facile erat aiaduertere omnẽ
sonum: q̃ materies cantilenarũ est tri-
formem esse natura. Aut eñ editur vo-
ce: sicut est eorum qui faucibus sine or-
gano canunt. aut flatu sicut tubarum
et tibiarum. aut pulsu: sicut in citharis
et timpanis et quibuslibet alijs q̃ per-
cutiẽdo canora sunt. Sed siue ita se ha-
beat quod varro retulit siue nõ ita. nos
tamen non propter superstitionem pro-
phanam debemus musicam fugere: si
quid inde vtile ad intelligẽdas sanctas
scripturas rapere potuerimus nec ad
illorum theatricas nugas conuerti: si
aliquid de citharis ꝛ organis quod ad
spiritualia capienda valeat disputemꝰ.
¶ Neq; enim ꝛ litteras discere nõ
debuimus. quia earũ repertorem di-
cunt esse mercurium. aut quia iusticie
virtutisq; templa dedicauerunt. et que
corde gestanda sunt in lapidibus ado-
rare maluerunt. propterea nobis iusti-
cia virtusq; fugienda est. Immo vero
quisquis bonus verusq; christianus est
domini sui esse intelligat vbicumq; in-
uenerit veritatem. quam conferens et
agnoscens: etiam in litteris sacris sup-
stitiosa figmenta repudiet. doleatq; ho
mines atq; caueat qui cognoscentes de
um: non vt deum glorificauerunt: aut
gratias egerunt: sed euanuerunt in co-
gitationibus suis. et obscuratum ẽ cor
insipiens eorum. Dicentes enim se esse
sapientes stulti facti sunt: et immutaue
runt gloriam incorruptibilis dei in si-
militudinem imaginis corruptibilis
hominis et volucrum et quadrupedũ
et serpentium. Sed vt totum istum lo-
cum nam est maxime necessarius: dili-
gentius explicemus. duo sunt genera
doctrinarum que in gentilibus etiam
moribus exercentur. vnum earum rer
quas instituerunt homines. alterũ ea-
rum quas animaduerterunt iam pera-
ctas aut diuinitus institutas. Illud qđ
est secundum institutiones hominum:
partim superstitiosum est: partim super
stitiosum non est. Superstitiosum est q̇c
quid institutum est ab hominibus ad
facienda et colenda idola pertinens vel
ad colendam sicut deum creaturã par-
tem ve vllam creature. vel ad consulta-
tiones et pacta quedam significatio-
num cum demonibus placita atq; fe-

derata;qualia sunt molimina magica=
rū artiū:q̄ quidem cōmemorare poti⁹
q̄ docere assolent poete. X Ex
quo genere sunt:sed quasi licentiore va=
nitate aruspicum ⁊ augurum libri. Ad
hoc genus pertinent omnes etiam liga
ture atq̧ remedia q̄ medicorum quoq̧
disciplina condemnant: siue in precan=
tationibus siue i q̄busdam notis quas
characteres vocant.siue i q̄busdam re=
bus suspendendis atq̧ ligandis vel eti
am saltandis quodāmodo non ad tem
perationem corporum.sed ad quasdam
significationes:aut occultas aut etiam
manifestas.q̄ mitiore nomine phisicas
vocant vt non quasi supstitiose iplicare
sed natura prodesse videantur.sicut sūt
inaures in summo aurium singularum:
aut de strutionum ossibus ansule in di=
gitis.aut cum tibi dicitur singultienti
vt dextera manu sinistrum pollicem te=
neas.His adiiciunt milia inanissima=
rū obseruationū.si mēbrū aliquod salie=
rit.si iunctim ambulantibus amicis ca
nis aut lapis aut puer medius interue
nerit.atq̧ illud q̄ lapidem calcant:tan=
q̄ direptorem amicicie minus molestū
est:q̄ cum innocentem puerum cola=
pho percutiunt:si pariter ambulantib⁹
intercurrerit.Sed bellum est q̄ aliquā
do pueri vindicant a canib⁹. Nam ple=
rūq̧ tam supstitiosi sunt quidā vt etiā
canē q̄ medius interuenerit ferire au=
deant non impugne.Nam a vano reme
dio cito ille interdum percursorem suū
ad verum medicum mittit. Hinc sunt
etiam illa.Limē calcare cum an domū
suā transit.redire ad lectū si quis dum
se calciat sternutauerit.redire domum
si procedens offenderit:cū vestis a sori=
cibus roditur plus timere suspitionem
futuri mali q̄ presens damnum dolere
Unde illud eleganter dictum est catho
nis.q̄ cū esset consult⁹ a quodā qui sibi
a soricib⁹ erosas caligas diceret.respō=
dit illud monstrū nō esse:sed vere mon=
strū habendū fuisse: si sorices a caligis
roderent. Nec illi ab hoc genere per=
niciose supstitionis segregandi sunt qui
genethliaci ꝓpter nataliū dierū conside
rationes:nunc aūt vulgo mathematici
vocant. Y Nā ⁊ ipsi q̄uis verā stel
larum positionē:cū q̄sq̧ nascit̄ consecten=
tur.⁊ aliqn̄ etiā puestigent.tamē q̄ ide
conant̄ vel actiones nr̄as vel actionum
euent⁹ predicere:nimis errāt: ⁊ vēdunt
impitis hoibus miserabilem seruitutē
Nā q̄sq̧ liber cum ad hm̄oi mathema
ticum ingressus fuerit:dat pecunias vt
seru⁹ inde exeat:aut martis aut veneris
vel potius oim siderum:quib⁹ illi qui pri=
mi errauerunt:errorem q̧ posteris ꝓpina
runt. vel bestiarum ꝓpter similitudinē vel
hoim ad ipsos hoies honorandos im=
posuerunt vocabula.Non em̄ mirādum
est cū etiā ꝓpiorib⁹ recentioribusq̧ tpi=
bus sid⁹ qd̄ appellam⁹ luciferum honori ⁊
nomini cesaris romani dicare conati sit
Et fortasse factū esset atq̧ isset in vetu
statē:nisi a via eius ven⁹ preoccupasset
hoc nois prediū.neq̧ iure vllo ad here=
des traiiceret quod nunq̄ viua possede
rat aut possidendū petiuerat. Nam vbi
vacabat loc⁹.neq̧ alicui⁹ priorum mortuo
rū honore tenebat̄: factū est qd̄ in reb⁹
talibus fieri solet. Pro q̄ntili et ⁊ sextili
mensibus:iuliū atq̧ augustū vocamus
de honorib⁹ hoim iulij cesaris ⁊ augu=
sti cesaris nūcupatos:vt facile q̄ volue
rit itelligat etiam illa sidera prius sine
his nominibus celo vagata eē. Mortuis
aūt illis quorum honorare memoriā vl co
acti sūt homines regia ptāte:vel placuit
humana vanitate: noia eorum iponentes
siderib⁹:eos ipsos sibi mortuos in celū
leuare videbant̄. Sed quōlibet vocentur
ab hoib⁹:sunt tn̄ sidera q̄ deus instituit
⁊ ordinauit vt voluit.⁊ est certus mot⁹
illorum quo tp̄a distinguūtur atq̧ varian
tur. Quē motū notare cū quisq̧ nasci=
tur quō se habeat facile est:p eorum inuē=
tas conscriptasq̧ reglas qd̄ sctā scriptu
ra condēnat dicēs. Si em̄ tm̄ potuerūt
scire vt possent estimare sclm: quō eius
dn̄m nō facilius inuenerunt? Sed ex ea
notatione velle nascentiū mores actus
euenta pdicere : magn⁹ error ⁊ magna
dementia est. Et apud eos quidem qui
talia dediscēdo didicerunt:sine vlla du=
bitatione refellit̄ hec supstitio.

Constellationes eni quas vocant nota tio est siderum: quomodo se habeant cũ ille nasceretur de quo isti miseri a mise rioribus consuluntur. Fieri autem potest vt aliqui gemini tam sequaciter fundã tur ex vtero vt interuallum temporis i ter eos nullum possit deprehendi: et cõ stellationum numeris annotari. Unde necesse est nonnullos geminos easdem habere constellationes: cum paria rerũ vel quas agunt vel quas patiũtur cucta non habeant: sed plerũqꝫ ita dispaRia vt alius felicissimus: alius infelicissi mus viuat. sicut esau ꝛ iacob geminos accepim⁹ natos: ita vt iacob qui poste rior nascebatur manu plantam precedẽ tis fratris tenens inueniretur. Horum certe dies atqꝫ hora nascentium aliter notari non posset: nisi vt amborum con stellatio esset vna. Quantum autem in tersit inter amborum mores facta labo res atqꝫ successus: scriptura testis est iã ore oim gentium peruagata. Neqꝫ enim ad rem pertinet quod dicunt ipsum mo mentum minimum atqꝫ augustissimum temporis qð geminorum partum disser minat multum valere in rerũ natura atqꝫ celestium corporum rapidissima velo citate. Et si eni concedam vt plurimũ va leat: tñ in cõstellationibus a mathema tico inueniri non põt. quibus inspectis se fata dicere profitetur. Si ergo in cõ stellationibus non inuenit quas neces se est vnas inspiciat siue de iacob siue de eius fratre cõsulatur. quid ei prodest si discat in celo qð temere securus infa mat. et non discat in tabula quam fru stra sollicit⁹ intuetur. B Quare iste quoqꝫ opiniones quibusdam rerum si gnis humana presumptione institutis ad eadẽ illa quasi quadã cum demoni bus pacta ꝛ conuenta referende sunt. Hinc enim fit vt occulto quodam iudi cio diuino cupidi malarũ rerum homi nes tradantur illudendi et decipiendi pro meritis voluntatũ suarum illudẽ tibus eos atqꝫ decipientibus preuari catoribus angelis: quib⁹ ista pars mũ di infima secundum pulcherrimum or dinem rerum diuine prouidentie lege subiecta est. Quibus illusionibus ꝛ de ceptionibus euenit vt istis superstitio sis ꝛ perniciosis diuinationum generi bus multa preterita et futura dican tur. nec aliter accidant ꝙ dicuntur. multaqꝫ obseruantibus secundum ob seruationes suas eueniãt: quibus im plicati curiosiores fiant: et sese magis magisqꝫ inserant multiplicibus laque is perniciosissimi erroris. Hoc genus fornicationis anime salubriter diuina scriptura non tacuit. nec ab ea sic deter ruit animas: vt propterea talia nega ret esse sectanda. quia falsa dicuntur a professoribus eorum. sed etiam si dixe rint vobis inquit: et ita euenerit ne cre datis eis. Non enim quia imago sa muelis mortui sauli regi vera pronun ciauit proptea talia sacrilegia quibus imago illa presentata est minus execrã da sunt: aut quia in actibus apostolorũ ventriloqua femina verum testimoniũ perhibuit apostolis domini. ideo pau lus pepercit illi spiritui. ac non potius feminam illius demonij correptione atqꝫ exclusione mundauit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatorie vel no xie superstitionis ex quadam pestifera societate hominum ꝛ demonum: quasi pacta infidelis ꝛ dolose amicitie consti tuta penitus sunt reputanda et fugien da christiano: non ꝙ idolum sit aliquid vt ait apostolus: sed quia que immolãt demonijs immolant ꝛ nõ deo: nolo vos socios fieri demoniorum.

B Si autem de idolis et de immolationibus que honori eo rum exhibentur dixit apostolus: hoc de omnibus imaginarijs signis sentiendũ est: que vel ad cultum idolorum vel ad creaturam eiusqꝫ partes tanꝙ deum co lendas trahũt: vel ad remediorum alia rumqꝫ obseruationum curam pertinẽt que non sunt diuinitus ad dilectionem dei et proximi tanꝙ publice constitu ta: sꝫ per priuatas appetitiones rerum corporalium: corda dissipant misero rum. In omnibus ergo istis doctrinis societas demonum formidanda est atqꝫ cauenda: qui nichil cum principe suo dia

bolo nisi reditū nostrum claudere atq̄ obserare conanſ. Sicut autē de stellis quas cōdidit ꝛ ordinauit de⁹ humane et deceptorie cōiecture ab hoībus institute sunt. sic etiā de quibusdā nascentibusvel quō diuine prouidentie administratione existentibus reb⁹: multi multa humanis suspitionibus: q̄si regulariter coniectata litteris mandauerunt si forte insolite acciderit tanq̄ si mula pariat: aut fulmine aliquid percutiatur.

Que oīa tn̄ valent quantū presumptione aiorum quasi cōmuni quadam lingua cū demonibus federata sunt. Que tn̄ plena sunt oīa pestifere curiositatis: cruciātis sollicitudinis: mortifere seruitutis. Nō enim q: valebant aiaduersa sunt: sed aiaduertendo atq̄ signādo factum est vt valerent. Et iō diuersis diuersa ꝓueniunt ſm cogitationes ꝛ presumptiones suas. Illi eni spūs qui decipere volūt talia ꝓcurant cuiq̄ qualib⁹ eū irretitū ꝑ suspitiones ꝛ cōsensiones eius vident. Sicut eni Ybi gratia vna figura lr̄e q̄ decurtatim notatur: aliud apud grecos: aliud apud latinos valet non natura ſꝫ placito ꝛ consensiōe significandi. ꝛ iō q̄ vtrāq̄ linguā nouit: si hoī greco velit aliqd significare scribendo: nō in ea significatiōe ponit hanc litterā in qua eā ponit cum homini scribit latino. C Et betha vno eodēq̄ sono: apud grecos littere apud latinos oleris nomē est. Et cū dico lege in his duabus syllabis: aliud grecus aliud latin⁹ intelligit. Sicut ergo omnes he significationes pro sue cuiusq̄ societatis consensionē animos mouēt: ꝛ q: diuersa cōsensio est diuerse mouent: nec ideo consenserunt in eas hoīes: q: iam valebant ad significationē: sed ideo valent. q: cōsenserūt in eas. Sic etiā illa signa q̄bus perniciosa demonū societas comparatur pro cuiusq̄ obseruatione valent.

Quod manifestissime ostēdit ritus augurū: qui et anteq̄ obseruent et postea q̄ obseruata signa tenuerint: id agunt ne videant volatus. aut audiant voces auiū. q: nulla ista signa sunt nisi consensus obseruantis accedat. Quibus amputatis atq̄ eradicatis ab aīo christiano: deinceps vidende sūt institutiones hoīm non supstitiose. i. nō cū demonib⁹ sed cum ipsis hoīb⁹ institute. Nāq̄ oīa q̄ ideo valent inter hoīes: q: placuit inter eos vt valeant: instituta hoīm sunt quorū partim supflua luxuriosaq̄ instituta sunt: partim cōmoda et necessaria Illa eīn signa q̄ saltando faciūt histriones: si natura non instituto ꝛ consensione hoīm valerent nō primis tēporibus saltante pantomimo preco pronunciaret populo carthaginis: quid saltator vellet intelligi. Nō adhuc multi meminerunt senes: quorum relatu hec solemus audire. Quod ideo credendū est. q: nūc quoq̄ si qs theatrū taliū nugarum imperitus intrauerit: nisi ei dicat ab alio quid illi motus significent frustra totus intentus est. Appetunt tamē oēs quandam similitudinem insignificando vt ipsa signa quantum pnt reb⁹ q̄ significant silia sint. D Sed q: multis modis simile aliquid alicui pōt esse non cōstant talia signa int homines nisi consēsus accedat. In picturis vo ꝛ statuis ceterisq̄ huiusmodi simulatis opib⁹ maxime peritorum artificum nemo errat cum similia viderit: vt agnoscat quibus sint rebus similia. Et hoc totum gen⁹ inter supflua hoīm instituta numerādum est: nisi cū int est3 qd eoꝝ qua de causa: ꝛ vbi ꝛ qñ ꝛ cui⁹ auctoritate fiat. Milia denīq̄ fictarū fabularū ꝛ falsarū quaꝝ mendacijs homines delectantur humana instituta sunt. Et nulla magis hominum ꝓpa q̄ a seipsis hn̄t estimanda sūt q̄q̄ falsa atq̄ mendacia. Cōmoda vo ꝛ necessaria hominum cū hoībus instituta sunt quecūq̄ in habitu vl cultu corporis ad sexus vel honores discernēdos differentia placuit vt innumerabilia genera significationū sine quibus humana societas: aut non omnino: aut min⁹ commode geritur: neq̄ in ponderibus atq̄ mensuris et numerorum impressionibus vel estimationibus sua cuiq̄ ciuitati et populo sunt propria: et cetera huiusmodi. Qui nisi hominum instituta essent: non per diuersos popu-

los varia essent. nec in ipsis populis sin gulis pro arbitrio suorum principum mutarent. Sed hec tota pars humanorum institutorum q̄ ad vsum vite necessarium proficiunt: nequaq̄ est fugienda christiano. immo etiam quātum satis est intuenda memoriaq; retinenda. ¶ Adumbrata enim quedā et naturalibus vtcūq; similia hominum instituta sunt quorū ea que ad societatē vt dictum est demonū pertinent: penit⁹ repudienda sunt et detestanda. Ea vero que homines cū hominibus habent assumenda: inquantū non sunt luxuriosa atq; superflua: et maxime litterarum figure: sine quibus legere non possum⁹ linguarumq; varietas quantū satis est de qua superius disputauimus. Ex eo genere sunt etiam note: quas q̄ didicerint proprie iam notarij appellantur. Utilia sunt ista: nec discunt illicite. nec superstitiose implicant: nec luxum generant si tantum occupent vt rebus maioribus ad quas adipiscendas seruire debent non sint impedimento. Jam vero illa que non instituendo. sed aut trāsacta temporibus aut diuinitus instituta inuestigando homines prodiderunt vbicunq; discantur non sunt hominum instituta existimāda. Quorum alia sūt ad sensus corporis. alia vero ad rationem animi pertinētia. Sed illa que sensu corporis attingūtur: vel narrata credunus vel demonstrata sentimus: vel experta cōijcimus. Quicquid igitur de ordine temporum transactorum indicat ea que appellantur hystoria plurimum nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos. etiam si preter ecclesiam puerili eruditione discatur. Nam et p olympiadas et per consulum nomina multa sepe queruntur a nobis. et ignorantia consulatus quo natus est dominus: vel quo passus est nonnullos coegit errare: vt putarent quadragintasex annorum etate passum esse dominum: quia per tot annos edificatū esse templum dictum est a iudeis: quod imaginem dominici corporis habebat. Et annorum quidem fere triginta baptizatū esse retinemus auctoritate euangelica Sed postea quot annos in hac vita egerit. q̄q̄ textu ipso actionum eius animaduerti possit tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur: de historia gētium collata cum euangelio liquidius certiusq; colligitur. ¶ Tunc enim videbitur non frustra dictum esse q̄ quadraginta sex annis templum edificatum sit: vt cum referri iste numerus ad etatem domini non potuerit: ad secretiorem instructionem humani corporis referatur quo indui propter nos non dedignatus est vnicus dei filius per quem facta sunt omnia. De vtilitate autem historie vt omittam grecos quantam noster Ambrosius questionem soluit calumniantibus platonis lectoribus et dilectoribus: qui dicere ausi sunt omnes domini nostri iesu christi sententias quas mirari et predicare coguntur de platonis libris cum didicisse. quoniam longe ante humanum aduētum domini platonem fuisse negari non potest. Nonne memoratus episcopus considerata historia gētium cū platonē reppersisset hieremie prophete temporibus pfectū fuisse in egyptū: vbi tunc ille propheta erat: probabilius esse ostendit: q̄ plato potius nr̄is litteris per hieremiā fuerit imbut⁹: vt illa posset docere vel scribere q̄ iure laudant? Ante lr̄as enim gentis hebreorum in qua vnius dei cultus emicuit: ex qua secundum carnem venit domin⁹ noster. ne ipse quidem pithagoras fuit a cuius posteris platonem theologiam didicisse isti asserunt. Jta considera tis temporibus fit multo credibilius istos potius de litteris nostris habuisse quecunq; bona et vera dixerunt: q̄ de platonis dominum nostrum iesum christum quod dementissimum est credere. Narratione autem historica cum preterita etiam hominum instituta narrātur. non inter humana instituta ipsa historia numeranda est: quia iam que transierunt: nec infecta fieri possunt: in ordine temporū habenda sunt. quorū ē conditor et administrator de⁹. Aliud ē

enim facta narrare: aliud docere faciē da. Historia facta narrat fideliter atq; vtiliter: libri aūt aruspicum et quecunq; similes littere facienda vel obseruanda intendūt docere monitoris audacia nō iudicis fide. Est etiam narratio demonstrationi similis: qua nō preterita sꝫ presentia indicantur ignaris. In quo genere sunt quecunq; de locorum situ: naturalisq; animalium: lignorū: herbarum: aliorꝫ ve corporū scripta sunt. S De quo genere supius egimꝰ. eādemq; cognitionem valere ad enigmata scripturarꝫ soluenda docuimus. non vt pro q̄busdā signis adhibeant̄: tanq̄ ad remedia vel ad machinamenta superstitionis alicuiꝰ. Nā et illud genus iā distinctū ab hoc licito et libero separauimus Aliud est enim dicere: tritā istā herbaꝫ si biberis venter nō dolebit. et aliud est dicere. istam herbā collo si suspenderis venter non dolebit. Ibi enim probatur cōtemperatio salubris: hec significatio supstitiosa dānatur. Quāq̄ vbi precantationes et inuocationes et characteres non sunt: plerūq; dubiū est vtrū res que alligat̄ aut quolibꝫ adiungit̄ sanando corpi vi nature valeat quod libere adhibendū est: an significatiua quadam obligatione perueniat. Quō tanto prudentius oportet cauere christianū quanto efficaciꝰ ꝓdesse videbit̄. Sed vbi latet qua causa quid valeat: quo aīo quisq; vtat̄ interest dūtarat in sanandis vel tēperandis corporibus. siue in medicina siue in agricultura. Siderꝫ aūt cognoscendorꝫ non narratio sed demonstratio est. quorū perpauca scriptura commemorat. Sicut aūt plurimis notus est lune cursus: q̄ etiā ad passionem dn̄i anniuersarie celebrandā solemniter adhibetur. sic paucissimis ceterorum quoq; syderum: vel ortus vel occasus: vel alia quelibet momenta sine vllo errore sunt notissima. Que per seipsam cognitio q̄q̄ superstitiose non alligetur: nō multum tamē ac prope nichil adiuuat tractationem diuinarum scripturarum: et infructuosa intentione plus impedit. Et quia familiaris est perniciosissimo errori fatua fata cantātium: commodius honestiusq; contemnit̄. Habet autēꝫ preter demōstrationem presentium etiam preteritorum narrationi simile aliquid: quod a presenti positione motuq; syderum et in preterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet etiam futurorum regulares coniecturas non suspiciosas et abominosas: sed ratas et certas. non vt ex eis aliquid trahere in nostra fata et euentus tentemꝰ: qualia genethliacorum deliramenta sunt. sed quantum ad ipsa pertinet sidera. H Nam sicut is qui cōputat lunā cum hodie inspexerit quota sit: et ante quoslibet annos quota fuerit. et post quoslibet annos quota futura sit potest dicere. sic de vnoquoq; sidetum qui ea perite computant responderе consueuerunt. De qua tota cognitione quantum ad eius vsum attinet quid mihi videtur aperui. Artiū etiā ceterarū quibus aliquid fabricat̄: vel quod remaneat post operationem artificis ab illo effectū: sicut domus et scamnum: et vas aliqd: atq; alia huiuscemodi. vel que ministerium quoddaꝫ exhibēt opitulanti deo sicut medicina et agricultura et gubernatio. vel quarum omnis effectus est actio sicut saltationum et cursuum et luctaminū. harꝫ ergo cunctarum artium de preteritis experimenta faciunt etiam futura conijci. Nam nullus earū artifex membra mouet in operando: nisi preteritorum memoriam cū futurorum expectatione contexerat. Harꝫ autem cognitio tenuiter in ipsa humana vicia cursimq; vsurpanda est: nō ad operandum nisi forte officium aliquod cogat de quo nunc agimus. sed ad iudicandum: ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare cum de his artibus aliquas figuratas locutiōes inserit. Restant ea que non ad corporis sensus: sed ad rationem animi pertinent. vbi disciplina regnat disputationis et numeri. Sed disputationis disciplina ad omnia genera questionū que in litteris sanctis sunt penetranda et dissoluenda plurimum valet: tantum ti-

bi cauenda est libido rixandi: et puerilis quedam ostentatio decipiendi aduersarium. Sunt enim multe que appellantur sophismata false conclusiões rationum: et plerumq; ita veras imitantes: vt non solum tardos sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant. Proposuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur. Quod ego sum tu non es. Et ille consensit. Uerum enim erat ex parte. vel eoipso q iste insidiosus: ille simplex erat. Tunc iste addidit. Ego autem homo sũ. Hoc quoq; cum ab illo accepisset: conclusit dicens. Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scriptura q̃tum existimo detestatur illo loco: vbi dictum est. Qui sophistice loquitur odibilis est. Q̃q etiam sermo non captiosus: sed tñ abundantius q̃ grauitatẽ decet vborũ ornamenta consectãs sophisticus dicitur. J Sunt etiã vere connexiones ratiocinationis falsas habentes sententias que consequunt errorem illius cum quo agitur. Que tamen ad hoc inferuntur a bono et docto homine: vt in his erubescens ille cuius errorem consequuntur: eundem relinquat errorem. Quia si in eo manere voluerit necesse est vt etiam illa que dãnant tenere cogatur. Non enim vera inferebat apostol9 cum diceret. neq; christus resurrexit. ⁊ illa alia inanis est predicatio nostra. inanis est et fides nostra ⁊ deinceps alia que omnino falsa sunt. quia et christus resurrexit: et non erat inanis predicatio eorum qui hoc annũciabant. nec fides eorum qui hoc crediderant: sed ista falsa verissime connectebantur illi sententie qua dicebatur non esse resurrectionem mortuorum. Istis autem falsis repudiatis quoniam vera erant si mortui non resurgũt: cõsequẽs erit resurrectio mortuorum. Cum ergo sint vere connexiones non solum verarum sed etiam falsarum sententiarum facile est veritatem connexionum etiã in scolis illis discere que preter ecclesiã sunt. Sententiarum autem veritas in sanctis libris ecclesiasticis inuestiganda est. Ipsa tamen veritas connexionũ non instituta sed animaduersa est ab hominibus et notata. vt eaz possint vel discere vel docere. Nam est in rerum ratione perpetua ⁊ diuinitus instituta. Sicut enim qui narrat ordinem temporum: non eum ipse componit: et locoruz situs aut naturas animalium vel serpẽtium vel lapidum qui ostendit: non res ostendit ab hominibus institutas. et ille qui demonstrat sidera eorumq; motus: non a se vel ab homine aliquo rem institutam demonstrat. sic etiam qui dicit cum falsum est quod consequitur necesse est vt falsum sit quod precedit. verissime dicit: neq; ipse facit vt ita sit. sed tamen ita esse demonstrat. Ex hac regula illud est quod de apostolo paulo cõmemorauimus. Precedit enim non esse resurrectionem mortuorum: quod dicebant illi: quorum errorem destruere volebat apostolus. Porro illam sentẽtiam precedentem: qua dicebant non esse resurrectionem mortuorum: necessario sequitur neq; christus resurrexit. Hoc autem quod sequitur falsum est. christus enim resurrexit. Falsum est ergo ⁊ quod precedit. Precedit autem non esse resurrectionem mortuorum. Est ergo resurrectio mortuorum.

K Quod totum breuiter ita dicitur. Si non est resurrectio mortuorum neq; christus resurrexit. christus autem resurrexit. est ergo resurrectio mortuorum. Hoc ergo vt consequenti ablato auferatur etiam necessario quod precedit: non instituerunt homines: sed ostenderunt. Et hec regula pertinet ad veritatem connexionum: non ad veritatem sententiarum. Sed in hoc loco de resurrectione cum ageretur: et regula connexionis vera est: et ipsa in conclusione sẽtentia. In falsis autem sententiis connexionis veritas est isto modo. Faciamus aliquem concessisse: si animal ẽ cochlea vocem habet. Hoc concesso cum probatum fuerit vocem cochleam non habere. quoniam consequenti ablato

illud quod precedit aufertur. concluditur non esse animal cochleam. Que sententia falsa est: sed ex concesso falso vera conclusionis connexio. Veritas itaque sententie per seipsam valet: veritas autem connexionis ex eius cum quo agitur opinione vel concessione consistit. Ideo autem ut supra diximus infertur vera connexione quod falsum est. ut eum cuius errorem corrigere volumus peniteat concessisse precedentia quorum consequentia videt esse respuenda. Iam hic intelligere facile est sicut in falsis sententiis veras: sic in veris sententiis falsas conclusiones esse posse. Fac enim aliquem proposuisse. Si iustus est ille bonus est. et esse concessum. Deinde assumpsisse. non est autem iustus. Quo item concesso. intulisse conclusionem. Non est igitur bonus. Que tametsi vera sunt omnia: non tamen in vera regula conclusionis. Non enim sicut ablato consequenti aufertur necessario quod precedit. ita etiam ablato precedenti aufertur necessario quod sequitur. quia verum est cum dicimus. Si orator est: homo est. Ex qua propositione si assumamus. non est autem orator. non erit consequens cum intuleris. non est igitur homo. Quapropter aliud est nosse regulas connexionum. aliud sententiarum veritatem. In illis discitur quid sit consequens. quid non consequens. quid repugnans. Consequens est. si orator est: homo est. Inconsequens. si homo est: orator est. Repugnans. si homo est: quadrupes est. Hic ergo ipsa de connexione iudicatur. L In veritate autem sententiarum: ipse per se sententie non earum connexio consideranda est. Sed veris certisque sententiis: cum incerte vera connexione iunguntur: etiam ipse certe fiant necesse est. Quidam autem sic se iactant cum veritatem connexionum didicerint: quasi sententiarum ipsa sit veritas. Et rursus. Quidam plerumque retinentes veram sententiam: male se contemnunt: quia leges conclusionis ignorant. Cum melior sit qui nouit esse resurrectionem mortuorum quam ille qui non nouit consequens esse. ut si resurrectio mortuorum non est: neque christus resurrexit. Item scientia diffiniendi: diuidendi atque partiendi quamquam rebus falsis plerumque adhibeatur. ipsa tamen falsa non est. neque ab hominibus instituta: sed in rerum ratione comperta. Non enim quia et fabulis suis eam poete. et opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam heretici: hoc est falsi christiani adhibere consueuerunt: propterea falsum est. neque in diffiniendo neque in diuidendo aut partiendo aliquid complectendum esse quod ad rem ipsam non pertinet. aut aliquid quod pertinet pretereundum. Hoc verum est etiam si ea que diffiniuntur aut distribuuntur vera non sint. Nam et ipsum falsum diffinitur cum dicimus. falsum esse significationem rei non ita se habentis ut significatur siue aliquo alio modo. Que diffinitio vera est: quamuis falsum verum esse non possit. Possumus etiam diuidere dicentes duo esse genera falsi. Unum eorum que omnino esse non possunt. Alterum eorum que non sunt quamuis esse possint. Nam qui dicit septem et tria vndecim esse. id dicit quod omnino esse non potest. Qui vero dicit kalendis verbi gratia pluisse tametsi factum non sit: id tamen dicit quod fieri potuit. Diffinitio igitur et diuisio falsorum potest esse verissima. quamuis falsa ipsa utique vera non sint. Sunt etiam quedam precepta uberioris disputationis que iam eloquentia nominatur. que nihilominus vera sunt quamuis eis possint etiam falsa persuaderi M Sed quia et vera possunt. non est facultas ipsa culpabilis: sed ea male utentium peruersitas. Nam neque hoc ab hominibus institutum est. ut veritatis expressio conciliet auditorem. aut ut facile quod intendit insinuet breuis et aperta narratio: et varietas eius sine fastidio teneat intentos. et cetere huiusmodi obseruationes. que siue in falsis siue in veris causis vere sunt. tamen inquan-

tum vel sciri vel credi aliquid faciunt: aut ad expetendum fugiendum ve animos mouent: et inuente potius quod ita se habeant quam vt ita se haberent institute. Sed hec pars cum discitur magis vt proferamus ea que intellecta sunt quam vt intelligamus adhibenda est. Illa vero conclusionum et diffinitionum et distributionum plurimum intellectorem adiuuat: tantum absit error quo videntur homines sibi ipsam beate vite veritatem didicisse: cum ista didicerint: quam plerumque accidat vt facilius homines res eas assequantur propter quas assequendas ista discuntur: quam talium preceptorum nodosissimas et spinosissimas disciplinas. Tanquam si quispiam dare volens precepta ambulandi: moneat non esse leuandum pedem posteriorem nisi cum posuerit priorem. deinde minutatim quemadmodum articulorum et poplitum cardines oporteat mouere describat. Vera enim dicit. nec aliter ambulari potest: sed facilius homines hoc faciendo ambulant: quam animaduertunt cum faciunt: aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non possunt: multo minus ea curant que nec experiendo possunt attendere. Itaque plerumque citius ingeniosus videt non esse ratam conclusionem: quam precepta eius capit: tardus autem non eam videt: sed multo minus quod de illa precipitur.

¶ Magisque in his omnibus ipsa spectacula veritatis sepe delectant: quam ex eis in disputando aut iudicando adiuuamur: nisi forte quod exercitatiora reddunt ingenia: si etiam maligniora aut inflatiora non reddant hoc est: vt aut decipere verisimili sermone atque interrogationibus ament: aut aliquid magnum quo se bonis atque innocentibus anteponant se assecutos putent qui ista didicerunt. Iam vero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus instituta: sed potius indagata atque inuenta. Non enim sicut primam syllabam italie quam breuem pronunciauerunt veteres: voluit virgilius: et longa facta est: ita quisque facere poterit cum voluerit: vt ter tria aut non sint nouem: aut non possint efficere quadratam figuram. aut non ad ternarium numerum tripla sint: ad senarium sextupla ad nullum dupla: quia intelligibiles numeri semissem non habent. Siue ergo in seipsis considerentur: siue ad figurarum aut sonorum aliarum ve motionum leges numeri adhibeantur incommutabiles regulas habent neque vllo modo ab hominibus institutas sed ingeniosorum sagacitate compertas. Que tamen omnia quisquis ita dilexerit: vt iactare se inter imperitos velit: et non potius querere vnde sint vera que tantummodo vera esse persenserit et vnde quedam non solum vera: sed etiam incommutabilia: que incommutabilia esse comprehenderit: ac sic ab specie corporum vsque ad humanam mentem perueniens: cum et ipsam mutabilem inuenerit: quod nunc docta nunc indocta sit: constituta tamen inter incommutabilem supra se veritatem et mutabilia infra se cetera: ad vnius dei laudem atque dilectionem cuncta conuertere: a quo cuncta esse cognoscit: doctus videri potest: sapiens autem nullo modo. Quamobrem videtur michi studiosis et ingeniosis adolescentibus et timentibus deum: beatamque vitam querentibus salubriter precipi vt nullas doctrinas que preter ecclesiam christi exercentur: tanquam ad beatam vitam capescendam secure sequi audeant. sed eas sobrie diligenterque diiudicent: et si quas inuenerint ab hominibus institutas varias propter diuersam voluntatem instituentium: et ignotas propter suspitiones errantium: maxime si habeant etiam cum demonibus vnitam societatem per quarundam significationum quasi quedam pacta atque commenta: repudient penitus et detestent. alienent etiam studium a superfluis et luxuriosis hominum institutis. ¶

Illa vero instituta hominum que ad societatem conuiuentium valent pro ipsa huius vite

necessitate non negligant. In ceteris autem doctrinis que apud gentes inueniuntur preter historiam rerum vel preteriti temporis vel presentis ad sensus corporis pertinentium: quibus etiam vtilium artium corporalium experimenta et coniectare annumerantur: et propter rationem disputationis et numeri nichil vtile esse arbitror. In quibus omnibus tenendum est ne quid nimis et maxime in his que ad corporis sensus pertinentia voluuntur temporibus et continentur locis. Sicut autem quidam de verbis omnibus et nominibus hebreis et syris et egyptiis: vel si qua alia lingua in scripturis sanctis inueniri potest: que in eis sine interpretatione sunt posita fecerunt vt ea separatim interpretarentur: et quod Eusebius fecit de temporum historia propter diuinorum librorum questiones que vsum eius flagitant quod ergo hi fecerunt de his rebus: vt non sit necesse christiano in multis propter pauca laborare: sic video posse fieri si quem eorum qui possunt benignam sane operam fraterne vtilitati delectet impendere: vt quoscunque terrarum locos: que ve animalia vel herbas atque arbores siue lapides vel metalla incognita: speciesque quaslibet scriptura commemorat: ea generatim dirigens sola exposita litteris mandet. Potest etiam de numeris fieri: vt eorum tantum modo numerorum exposita ratio conscribatur: quos diuina scriptura meminit. Quorum aliqua aut omnia forte iam facta sunt: sicut multa que a bonis doctisque christianis elaborata atque conscripta arbitramur non inuenimus: sed siue propter turbas negligentium: siue propter inuidorum occultationes latent. Quod vtrum de ratione disputandi fieri possit ignoro. Et videtur michi fieri non posse quia per totum textum scripturarum colligata est neruorum vice.

P Et ideo magis ad ambigua soluenda et explicanda de quibus post loquemur legentes adiuuat: quam ad incognita signa de quibus nunc agimus cognoscenda Philosophi autem qui vocantur si qua forte vera et fidei nostre accomoda dixerunt: maxime platonici: non solum formidanda non sunt sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Sicut enim egiptii non solum idola habebant et onera gvia que populus israel detestaretur et fugeret: sed etiam vasa atque ornamenta de auro et argento et vestem: que ille populus exiens de egipto sibi potius tanquam ad vsum meliorem clanculo vendicauit: non auctoritate propria: sed precepto de ipsis egiptiis nescienter commodantibus ea quibus non bene vtebantur. Sic doctrine omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figmenta: grauesque sarcinas superuacanei laboris habent: que vnusquisque nostrum duce christo de societate gentilium exiens debet abominari atque deuitare: sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores: et quedam morum precepta vtilissima continent: deque ipso vno deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos: quod eorum tanquam aurum et argentum: quod non ipsi instituerunt: sed de quibusdam quasi metallis diuine prouidentie que vbique infusa est eruerunt: et quo peruerse atque iniuriose ad obsequia demonum abutuntur: cum ab eorum misera societate sese animo separat: debet ab eis auferre christianus ad vsum iustum predicandi euangelii. Vestem quoque illorum: id est hominum quidem instituta: sed tamen accommodata humane societati: qua in hac vita carere non possumus: accipere atque habere licebit in vsum conuertenda christianum. Q

Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne aspicimus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de egypto cyprianus doctor suauissimus: et martyr beatissimus? Quanto lactantius? Quanto victorinus optatus hylarius? Ut de viuis taceam: quanto innumerabiles greci? Quod prior ipse fidelissimus dei famulus moyses fecerat. de quo scriptum est quod eruditus fuerit omni sapientia egyptiorum. Quibus omnibus viris super-

totus orbis sed pars eius: & q transeat eius modum & cgruat potius vniuerso cuius hec ps est. vel sicut iste appellat generi cuius hec spes est. Vn & in noticiam vulgi vba ista venerunt: vt etiā idiote intelligāt quid specialr quid gnalr in quocunq pcepto impia li sit constitutum. Fit etiā hoc de hoibus: sicut ea q de Salomone dicuntur excedūt eius moduz: & potius ad xpz vel ecclesiā cuius ille pars ē relata clarescunt. Nec spēs sp excedit. sepe eni talia dicunt q vel ei quoq vel ei fortasse tm̄mō aptissime cgruant. Sz cū a specie transit ad genus quasi adhuc de specie loquēte scriptura: ibi vigilare dz lectoris intentio ne q̄rat in specie quod in gnē pōt melius & certius īueniri. Facile qppe est illud qd ait pphēta ezechiel. Domus israel habitauit in terra: & polluerūt illā in via sua & in idolis suis: & pctīs suis: fm īmūdiciā mēstruate. facta est via eoruz añ faciē meā. & effudi irā meaz sup eos & dispersi illos inter nationes: & vētilaui eos in regiōes suas vias eorum: & fm pctā eoruz iudicaui eos. Facile ē inq̄ hoc intelligere de illa domo israel de qua dicit Apls. Uidete israel fm carnē qz hec oīa carnalis ppls israel & fecit & passus est. Alia etiā q sequunt ei dē intelligunt populo cuenire. Sz cū cepit dicere. & sanctificabo nomē meum sanctum: illud magnū quod pollutū est inter natiōes qd polluistis in medio eaz & sciēt gētes qz ego dñs: iam intētus dz esse qui legit queādmodum species excedat & adiūgat genus. Sequit eni & dicit. Et dum sanctificabor in vobis añ oculos eorum: & accipiaz vos de gentibus: & cgregabo vos ex oībus terris. & inducam vos in terram vestrā. & aspergā vos aq̄ munda. & mundamini ab oībus simulacris vestris. & mūdabo vos: & dabo vobis cor nouum. & spm nouum dabo in vos & auferā cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum. & spiritum meum dabo in vos. & faciam vt in iustificijs meis ambuletis. & iudicia mea custodiatis & faciatis: & habitabit; in terra quam dedi patribus vestris. & eritis mihi in populum. & ego ero vobis in deum. & mūdabo vos ex omnibus immundicijs vestris. Hoc de nouo testamēto esse prophetatum ad qd ptinet nō solum illa vna gens in relíquijs suis: de quib⁹ alibi scriptum est. si fuerit numerus filiorum israel sicut arena maris reliquie salue fient. verū etiam cetere gētes que promisse sunt patribus eorum qui etiam nostri sunt non ambigit quisquis intuet: & lauacrum regñationis hic esse promissum quod nunc videmus omnibus gentibus redditum. Et illud quod ait Apostolus: cum noui testamēti gratiā commēdaret: vt in cōparatiōe veteris emineret: epistola nostra vos estis scripta non atramento: sed spū dei viui non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus hinc esse respicit & pspicit dictum vbi iste propheta dicit & dabo vobis cor nouum: & spiritum nouum dabo in vos. & auferam cor lapideum de carne vestra. & dabo vobis cor carneum. Cor quippe carneū. Vn ait Apostolus: tabulis cordis carnalibus: a corde lapideo voluit vitam sentientem discerni. & per vitam sentiētē significauit intelligentem. Sic fit isrl spūalis non vnius gentis: sed omniuz que promisse sunt patribus eoruz in semine quod est christus. Hic ergo isrl spiritualis ab illo israel carnali: qui ē vnius gentis: nouitate gratie non nobilitate patrie. & mente non gente distinguit. Sz altitudo prophetica du de illo vel ad illum loquit latēter trāsit ad hunc. & cū iam de isto vel ad istū loquit: adhuc de illo vl ad illum loqui videtur. non intellectum scripturarum nobis quasi hostiliter inuidēs: sz exercēs medicinalr cor nostrum. Vn & illud quod ait. & inducā vos in terraz vestram. & paulopost tāq id ipsum repetēs: & habitat; in terra vestra quam dedi patribus vestris: non carnalit sicut carnalis israel. sed spiritualiter sicut spirituales debemus accipere. Ec-

clesia quippe sine macula et ruga ex omnibus gentibus congregata: atque in eternum regnatura cum christo ipsa est beatorum terra viuentium. ipsa est intelligenda patribus data: quando eis certa et immutabili dei voluntate promissa est. quoniam ipsa promissionis vel predestinationis firmitate iam data est que danda suo tempore a patribus credita est sicut de ipsa gratia que sanctis datur scribens ad Thimotheum apostolus ait. Non secundum opera nostra: sed secundum suum propositum et gratiam que data est nobis in christo iesu ante secula eterna: manifesta autem nunc per aduentum saluatoris nostri. Datam dixit gratiam quando nec erant adhuc quibus daretur quoniam in dispositione ac predestinatione dei iam factum erat quod suo tempore futurum erat quo esse dicit manifestatam. Quamuis hec possint intelligi et de terra futuri seculi quando erit celum nouum et terra noua in qua iniusti habitare non poterunt. Et ideo recte dicitur piis quod ipsa sit terra eorum: atque vlla ex parte non erit impiorum. quia et ipsa similiter data est quando danda firmata est. ¶ Quintam thiconius regulam ponit quam de temporibus appellat: qua regula plerumque inueniri vel coniici possit latens in scripturis sanctis quantitas temporum. Duobus autem modis vigere dicit hanc regulam: aut tropo synecdoche: aut legitimis numeris. Tropus synecdoche: aut a parte totum: aut a toto partem facit intelligi: sicut vnus euangelista post dies octo factum dicit: quod alius post dies sex quando in monte discipulis tantum tribus presentibus facies domini vt sol resplenduit et vestimenta eius sicut nix. Utrumque enim verum esse non posset quod numero dierum dictum est: nisi ille qui dixit post dies octo intelligatur partem nouissimam diei ex quo id christus predixit futurum. et partem primam diei quo id ostendit impletum: pro totis diebus duobus atque integris posuisse. is vero qui dixit post dies sex integros omnes et totos: sed solos medios computasse. Hoc modo locutionis vel quo significatur a parte totum etiam illa de resurrectione christi soluitur questio. Pars enim nouissima diei quo die passus est nisi pro toto die accipiatur: id est adiuncta etiam nocte preterita. et nox in cuius parte vltima resurrexit nisi totus dies accipiatur adiuncto. s. die illucescente dominico non possunt esse tres dies et tres noctes quibus se in corde terre predixit futurum. Legitimos autem numeros dicit quos eminentius diuina scriptura commendat. sicut septenarium vel denarium vel duodenarium: et quicumque alii sint quos legendo studiosi libenter agnoscunt. Plerumque enim numeri huiusmodi pro vniuerso tempore ponuntur sicut septies in die laudem dixi tibi: nihil est aliud quam semper laus eius in ore meo tantumdem valent et cum multiplicantur siue per denarium sicut septuaginta et septingenti vnde possunt et septuaginta anni hieremie pro vniuerso tempore spiritualiter accipi quo est apud alienos ecclesia: siue per seipsos sicut decem per decem centum sunt. et duodecim per duodecim centum quadraginta quattuor: quo numero significatur vniuersitas sanctorum in Apocalypsi. Unde apparet non solas temporum questiones istis numeris esse soluendas: sed latius patere significationes eorum et in multa perserpere: Neque enim numerus iste in apocalipsi ad tempora pertinet sed ad homines. ¶ Sextam regulam thiconius recapitulationem vocat in obscuritate scripturarum satis vigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quedam quasi sequantur in ordine temporis: vel rerum continuatione narrentur: cum ad priora que pretermissa fuerant latenter narratio reuocetur. Quod nisi ex hac regula intelligatur erratur: sicut in genesi. Et plantauit idem dominus deus paradisum in eden ad orientem. et posuit ibi hominem quem formauit et produxit deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in escam ita videtur dictum tanquam id factum sit postea quam factum posuit deus hominem in paradisum. cum breuiter vtroque commemorato. id est quod plantauit

deus paradisum. & posuit ibi hominē quē formauit recapitulando redeat & dicat q̄ ptermiserat. quomodo. s. paradisus fuerit plātat⁹. q2 produxit de⁹ adhuc de terra omne lignū speciosū & bonum in escā. Deniq; secutus adiunxit Et lignū vite i medio paradisi. & lignū scientie boni & mali. Deinde flumen quo paradisus irrigaretur: diuisum in quattuor principia fluuiorū quattuor explicatur. quod totū pertinet ad institutionē paradisi. Quod vbi terminauit repetiuit illud quod iā dixerat. & reuera hoc sequebatur atq; ait. Et sumpsit dñs deus hominē quē fecit: & posuit eū in paradiso & cetera. Post ista enim facta ibi est positus homo: sicut nunc ordo ipse demōstrat. nō post hominē ibi positū facta sunt ista: sicut prius dictū putari pōt nisi recapitulatio illic vigilanter intelligatur qua reditum est ad ea que fuerāt pretermissa. Item q; in eodē libro cū cōmemorarentur generationes filiorum Noe dictū est. hi filij cham in tribubus suis scd̄m linguas suas in regionib⁹ suis & in gētib⁹ suis. Enūerat; quoq; filijs Sem dictū est. hi filij Sem in tribubus suis scd̄z linguas suas in regionib⁹ suis & in gentibus suis. Et annectit̄ de omnibus. Hec tribus filiorum Noe: sm̄ generationes & scd̄m gētes eorū. Ab his disperse sunt in sule gentiū sup terrā post diluuium. Et erat oīs terra labiū vnū & vox vna oībus. Hoc itaq; quod adiunctū est: & erat oīs terra labiū vnum & vox vna oībus. i. lingua vna: ita dictum videt̄ tanq; eo iā tpe quo dispersi iam fuerant sup terrā. etiā sm̄ īsulas gentium vna fuerit oībus līgua communis. qd̄ pculdubio repugnat superioribus verbis vbi dictū est. in tribubus suis scd̄m linguas suas. Neq; eñi dicerent̄ habuisse iā linguas suas singule tribus que gentes singulas fecerant. quando erat omnibus vna communis. ac per hoc recapitulando adiunctum est. & erat omnis terra labiū vnum & vox vna oībus latenter narratiōe redeūte vt diceret̄ quomodo factū sit vt ex vna omnium lingua fuerint diuisi per multas. Et ptinuo de illa turris edificatione narratur vbi hec eis iudicio diuino ingesta est pena supbie post qd̄ factū dispersi sunt super terrā sm̄ linguas suas. Fit ista recapitulatio etiā obscurius sicut in euāgelio dicit dñs. Die quo exijt loth a sodomis pluit de celo ignē & pdidit oēs. sm̄ hec erit dies filij hoīs qn̄ reuelabitur. Illa hora. qui erit in tecto & vasa eius in agro non descēdat tollere illa. Et q̄ in agro similiter non reuertat̄ retro: memincrit vxoris loth. Nunqd̄ cū dominus fuerit reuelat⁹ tunc sunt ista seruāda ne qsq; retro respiciat. id ē vitaz pteritā cui renūciauit, inquirat. & non potius isto tēpore: vt cū dñs fuerit reuelatus retributionem p eis q̄ quisq; seruauit vel contēpsit inueniat. Tamē quia dictū est illa hora tunc putantur ista seruanda cū fuerit dñs reuelatus nisi ad intelligendā recapitulationez sensus legentis inuigilet. adiuuante alia scriptura que ipsorum apostolorum adhuc tempore clamauit. Filij nouissima hora est. Tempus ergo ipsum quo euangeliū pdicatur: quousq; dñs reueletur: hora est in qua oportet ista seruari. quia & ipsa reuelatio dñi ad eandem horā pertinet q̄ die iudicij terminabitur. ¶ Septima thiconij regula est eadēq; postrema de diabolo & eius corpore. Est eñi & ipse caput impiorum qui ei⁹ sunt quodāmodo corpus: ituri cū illo in supplicium eterni ignis. sicut christ⁹ caput ē eccl̄ie q̄ est corpus eius futurū cum illo in regno & gloria sempiterna. Sicut ergo in pma regula quā vocat de dño & ei⁹ corpore vigilandū est: vt intelligatur cuz de vna cadēq; psona scriptura loquitur. quid conueniat capiti. quid corpori. ita & in ista nouissima aliqñ in diabolū dicitur qd̄ nō in ipso sed poti⁹ in eius corpore possit agnosci. quod habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt: sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant: tamen ad tempus miscent̄ ecclesie donec vnusquisq;

de hac vita exeat: vel a frumẽto palea
ventilabro vltimo separetur. Quod
enim scriptũ est apud Esaiã quõ cecidit
de celo lucifer mane oriens ⁊ cetera: q̃
sub figura regis babilonie de eadem
persona vel ad eandem personam di-
cta sunt in ipsa contextione sermonis
de diabolo vtiq; intelliguntur. ⁊ tamẽ
q̃ ibi dictũ est contritus est in terra q̃
mittit ad oẽs gentes: non totũ ipsi ca
piti congruit. Nã ⁊ si mittit ad omes
gentes diabolus angelos suos: tamẽ
in terra corpus eius non ipse conterit
nisi quis ipse est incorpore suo qđ con
tritum sit vt puluis quẽ pꝛ̃icit ventus
a facie terre. ¶ Hec autem omnes re-
gule excepta vna q̃ vocatur de promis-
sis ⁊ lege: aliud ex alio faciunt intelli
gi: quod est propriũ tropice locutiõis:
que latius patet q̃; vt possit vt mihi vi
detur ab aliquo vniuersa cõprehendi.
Nam vbicunq; velut aliud dicitur vt
aliud intelligatur. ⁊ si nomẽ ipsius tro-
pi in loquendi arte non inuenitur tropi
ca locutio est. Que cum fit vbi fieri so-
let sine labore sequitur intellectus: cũ
vero vbi non solet laboratur vt intel-
ligatur ab aliis magis: ab aliis min⁹
sicut magis minus ve dona dei sunt in
ingeniis hominum vel adiutoria tri-
buuntur. Proinde sicut in verbis pro
priis de quibus superius disputauimus
vbi res vt dicuntur intelligende sunt.
sic in translatis que faciunt tropicas
locutiones vbi aliud ex alio intelligẽ
dum est: de quibus hucusq; q̃tum vi-
sum est satis egimus: nõ solũ admonẽ
di sunt studiosi venerabilium litterarũ
vt in scripturis sanctis genera locutio
num sciant: ⁊ quomodo apud eas ali-
quid dici soleat vigilanter aduertant
memoriterq; retineant. verum etiam
quod est pcipuum ⁊ maxime necessa-
rium: orent vt intelligant. In eis q̃p-
pe litteris quarum studiosi sunt qui le
gunt dñs dat sapientiam. ⁊ a facie ei⁹
scientia ⁊ intellectus a quo ⁊ ipsũ stu
dium si pietate preditũ est acceperũt
Sed hec satis etiam de signis q̃tũ ad
verba pertinẽt dicta sint. Restat vt de
proferendis eis que sentimus sequen-
ti volumine que dominus donauerit
disseramus.

¶ Explicit liber tertius.

Incipit liber. iiii.

HOc op⁹ no-
struz quod inscribi-
tur de doctrina xp̃i
ana in duo q̃dã fue
raz prima distribu
tione partitus. Nã
post prohemiũ quo
respondi eis qui hoc opus fuerant re-
prehensuri: due sunt res inquã in quib⁹
nititur omnis tractatio scripturarum
modus inueniendi que intelligenda
sunt: ⁊ modus proferendi que intelle-
cta sunt. De inueniendo prius: de pro-
ferendo postea disseremus. Quia er-
go de inueniendo multa iam diximus
⁊ tria de hac vna volumĩa absoluim⁹:
domino adiuuãte de proferendo pau-
ca dicemus. vt si fieri potuerit vno li-
bro cuncta claudamus: totumq; hoc
opus quattuor voluminibus termine
tur. Primo itaq; expectationem legẽ
tium qui me forte putãt rhetorica da-
turum eẽ precepta: que in scolis secu
laribus ⁊ didici ⁊ docui ista plocutõe
cohibeo atq; vt a me nõ expectentur ad
moneo. nõ vt nihil habeant vtilitatis:
sed si quid habent seorsum discendum
est. si cui fortassis bono viro etiam hoc
vacat discere. nõ autẽ a me vel in hoc
opere: vel in aliquo alio requirẽdũ. Nã
cum per artem rhetoricam ⁊ vera sua
deãtur ⁊ falsa: quis audeat dicere ad-
uersus mendacium in defensoribus
suis inermẽ debere consistere veritatẽ
vt videlicet illi qui res falsas psuade-
re conantur nouerint auditorem vel
beniuolum vel intentum vel docilẽ p
hemio facere: isti autem nõ nouerint?
Illi falsa breuiter aperte verisimiliter
⁊ isti vera sic narrẽt: vt audire tedeat:
intelligere non pateat. credere postre
mo nõ libeat? Illi fallacibus argumẽ
tis veritatem oppugnẽt, asserant fal-

De proferendis intellectis

ſtatem. iſti nec vera defendere nec fal
ſa valeant refutare. Illi aīos audien=
tium in errorē mouētes impellēteſqꝫ
dicendo terreant: ꝯtriſtent: exhilarent
exhortentur ardenter. iſti ꝑ veritate lē
ti frigidiqꝫ dormitent. Quis ita deſi=
piat vt hoc dicat. B Cum ergo
ſit in medio poſita facultas eloquiȷ̄ q̄
ad ꝑſuadēda ſeu praua ſeu recta valet
plurimum. cur non bonorū ſtudio cō=
paratur: vt militet veritati: ſi eā mali
ad obtinēdas ꝑuerſas vanaſqꝫ cauſas
in vſus iniquitatis ⁊ erroris vſurpāt?
Sed quecunqꝫ ſunt de hac re obſerua
tiones atqꝫ p̄cepta: quibus cū accedit
in verbis plurimis ornamentiſqꝫ ver=
borum exercitationis lingue ſolertiſſi
ma cōſuetudo fit illa q̄ facundia vel elo
quētia nominatur extra iſtas litteras
noſtras ſepoſito ad hoc congruo tēpo
ris ſpacio apta ⁊ conuenienti etate di
ſcēda ſunt eis qui hoc celeriter poſſunt
Nam ⁊ ipſos romane principes elo=
quētie nō piguit dicere ꝙ hanc artem
niſi quis cito poſſit nunqꝫ poſſit omni
no perdiſcere. Quod vtrū verꝫ ſit qd opꝰ
eſt q̄rere? Nō enī etiam ſi poſſint hec
a tardioribus tandē aliqñ ꝑdiſci: nos
ea tanti pendimus vt eis diſcēdis iam
maturas vel etiā graues hoīm etates
velimus impēdi. Satis ē vt adoleſcē=
tulorum iſta ſit cura. nec ipſorꝫ omniū
quos vtilitati eccleſiaſtice cupimꝰ eru
diri: ſed eorū quos nōdū magis vrgēs
⁊ huic rei ſine dubio ꝓponēda neceſſi=
tas occupauit. Quoniā ſi acutū ⁊ feruēs
aſſit ingeniū: facilius adheret eloquē=
tia legentibus ⁊ audiētibus eloquen
tes: qꝫ eloquentie p̄cepta ſectantibus.
C Nec deſunt eccleſiaſtice lr̄e
etiam preter canonē in arce autorita=
tis ſalubriter collocatū: quas legendo
homo capax: ⁊ ſi nō id agat: ſed tātū
modo rebus q̄ ibi dicuntur intētus ſit
etiam eloquio quo dicunt dum in his
verſatur imbuitur accedente vel maxi
me exercitatione ſiue ſcribendi ſiue di
ctādi: poſtremo etiā dicēdi q̄ ſecūdum
pietatis ac fidei regulā ſentit. Si au=
tē tale deſit ingenium: nec illa rhetori

ca p̄cepta capiuntur. nec ſi magno la=
bore inculcata quantulacūqꝫ ex parte ca
piantur aliqd proſunt. quandoquidē etiā
ipſi qui ea didicerunt ⁊ copioſe orna=
teqꝫ dicunt. nō omnes vt ſcdm ipſa di=
cant poſſunt ea cogitare cum dicunt.
ſi non de his diſputāt. immo vero vix
vllos eſſe exiſtimo qui vtrunqꝫ poſſint
⁊ dicere bene. ⁊ ad hoc faciēdum p̄ce=
pta illa dicendi cogitare dū dicūt. Ca
uēdum ē enī ne fugiāt ex animo q̄ di=
cēda ſunt dum attēdit vt arte dicant.
Et tamē in ſermonibus atqꝫ dictioni=
bus eloquētium impleta reperiuntur
precepta eloquentie. de quibus illi vt
eloquerētur vel cum eloquerētur non
cogitauerunt. ſiue illa didiciſſent ſiue
ne attigiſſent quidem. Implēt quippe illa
quia eloquentes ſunt: non adhibēt vt
ſint eloquētes. Quapropter cum ex i=
fantibus loquētes non fiant niſi locu=
tiones diſcēdo loquētium: cur eloquē=
tes fieri nō poſſunt nulla eloquēdi ar=
te tradita. ſꝫ elocutiones eloquētium
legēdo ⁊ audiēdo. ⁊ quantum aſſequi cō
ceditur imitando. D Quid quod
ita fieri ipſis quoqꝫ experimur exem=
plis? Nam ſine preceptis rhetoricis
nouimus plures eloquentiores pluri
mis qui illa didicerunt. ſine lectis ve
ro ⁊ auditis eloquētium diſputationi
bus vel dictionibus neminē. Nā neqꝫ
ipſa arte grammatica qua diſcitur locu
tionū integritas indigerēt pueri. ſi eis
inter homines q̄ integre loquerent cre=
ſcere daretur ⁊ viuere. Neſciētes quippe vo
la nomina viciorum quicqd vicioſum
cuiuſqꝫ ore loquētis audirēt ſana ſua
conſuetudine reprehenderent ⁊ caue=
rent. ſicut ruſticos vrbani reprehēdunt
etiam qui litteras neſciunt. Debet igitur di
uinarum ſcripturarum tractator ⁊ do
ctor: defenſor recte fidei. ac debellator
erroris: ⁊ bona docere: ⁊ mala edoce=
re. atqꝫ in hoc opere ſermonis conſili
are auerſos. remiſſos erigere. neſcien=
tibus quid agatur quid expectare debe=
ant intimare. Ubi autem beniuolos
intētos: dociles: aut inuenerit: aut ipſe
fecerit cetera peragenda ſunt ſicut po

stulat causa. Si docendi sunt qui audiunt narratione faciendum est. si tamē indigeat vt res de qua agitur innotescat. Ut autem que dubia sunt certa fiant documentis adhibitis ratiocinandum est. Si vero qui audiunt monendi sunt potius q̄ docendi: vt in eo qđ iam sciunt agendo non torpeant. ꝛ rebus assensum quas veras esse fatentur accommodent: maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes: ꝛ increpationes: concitationes: ꝛ coercitationes: ꝛ quecumq̄ alia valent ad commonendos animos necessaria. Et hec quidem cuncta que dixi omnes fere homines in his que loquēdo agunt facere non quiescunt.

E Sed cum alij faciant obtuse deformiter frigide. alij acute ornate vehementer: illum ad hoc opus vnde agimus iam oportet accedere: qui potest disputare ꝛ dicere sapienter etiam si non potest eloquenter vt prosit audientibus. ꝛ si minus q̄ ꝓdesset si ꝛ eloquēter posset dicere. Qui vero affluit insipienti eloquentia: tanto magis cauendus est q̄to magis ab eo in his q̄ audire inutile est delectatur auditor. ꝛ eum quem diserte dicere audit etiaꝫ vere dicere existimat. Hec autem sententia nec illos refugit qui artem rhetoricam docendam putarūt. Fassi sunt enim sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus. eloquētiam vero sine sapientia nimium obesse plerūq̄: prodesse nunq̄. Si ergo illi q̄ pcepta eloquentie tradiderunt: in eisdē libris in quibus id egerunt veritate instigante coacti sunt confiteri verā hoc est supernam que a patre luminū descendit sapientiam nesciētes. q̄to magis nos non aliud sentire debemus q̄ huius sapientie filij ꝛ ministri sumus. Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus q̄to in scripturꝭ sanctis magis minusve profecit. Non dico in eis multum legēdum: memorieq̄ mandandum: sed bene intelligendum ꝛ diligenter earum sensibꝰ indagandum. Sunt enim qui eas legunt ꝛ negligunt. legunt vt teneant. negligunt ne intelligant. Quibus longe sine dubio preferendi sunt qui verba earum minus tenent. ꝛ cor earum sui cordis oculis vident. Sed vtrisq̄ ille melior: qui ꝛ cum volet eas dicit. ꝛ sicut oportet intelligit. Huic ergo qui sapienter debet dicere etiam quod non potest eloquenter: verba scripturaruꝫ tenere maxime necessarium est. Quāto enim se pauperiorem cernit in suis. tanto eum oportet in istis esse ditiorem. vt quod dixerit suis verbis probet ex illis. Et qui proprijs verbis minor erat magnorum testimonio quodammodo crescat. Probando enim delectat qui minus potest delectare dicendo.

F Porro qui non solum sapienter: verum etiā eloquenter vult dicere. quoniam profecto plus proderit: si vtrumq̄ potuerit: ad legendos vel audiendos ꝛ exercitatione imitando eloquentes mitto eum libentius q̄ magistris artis rhetorice vacare precipiam si tamen hi qui leguntur ꝛ audiuntur non solum eloquenter sed etiam sapienter dixisse vel dicere veraci predicatione laudantur. Qui enim eloquenter dicunt suauiter: qui sapienter salubriter audiuntur. Propter quod non ait scriptura. multitudo eloquentium: sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Sicut autem sepe sumenda sunt ꝛ amara salubria. ita semper vitanda est dulcedo perniciosa. Sed salubri suauitate vel suaui salubritate quid melius? Quāto enim magis illic appetitur suauitas: tanto facilius salubritas prodest Sunt ergo ecclesiastici viri qui diuina eloquia non solum sapienter sed eloquenter etiam tractauerunt. Quibus legendis magis non sufficit tempus q̄ deesse ipsi studentibus ꝛ vacantibꝰ possūt. Hic aliqs forsitā q̄rit vtrū autores nostri quoꝝ scripta diuinitus inspirata canonē nobis saluberrima autoritate fecerunt: sapientes tantummodo an eloquentes etiam nūcupandi sint. Que qdē questio apud ipsa

sum τ apud eos qui mecum quod di-
co sentiunt: facillime soluitur. Nā vbi
eos ītelligo: nō solū nihil esse eis sapiē
tius. verū etiam nihil esse eloquentius
nihil videri potest. Et audeo dicere τ
omnes qui recte intelligunt quod illi
loquuntur simul intelligere nō eos a-
liter loqui debuisse. Sicut est enī que-
dam eloquentia que magis etatē iu-
uenilem decet: est que senilem. nec iam
dicenda est eloquentia si persone non
congruat eloquentis. ita est quedam
que viros summa autoritate dignissi-
mos plane qꝫ diuinos decet. G
Hac illi locuti sūt: nec ipsos decet alia
nec alios ipsa. ipsis enī cōgruit alios
autē q̄to videt humilior: tanto altiꝰ
non ventositate sed soliditate trāscen-
dit. Ubi vero non eos intelligo: minus
quidem mihi apparet eorum eloquē-
tia: sed eam nō dubito esse talem qua-
lis est vbi intelligo. Ipsa quoqꝫ obscu
ritas diuinorum salubriū qꝫ dictorū ta
li eloquentie miscenda fuerat. in qua
proficere noster intellectus non solum
inuentione: verū etiam excitatione de
beret. Possem quidem si vacaret om
nes virtutes τ ornamenta eloquentie:
de quibus inflātur isti qui linguā suā
nostrorum autorum lingue nō magni
tudine sed tumore p̄ponunt: ostendere
in istorum litteris sacris: quos nobis
erudiendis τ ab hoc seculo prauo in
beatum seculū transferendis prouidē-
tia diuina prouidit. Sed non ipsa me
plus q̄ dici potest in illa eloquētia. de
lectant: que sunt his viris cum orato-
ribus gentilium poetisve communia.
Illud magis admiror τ stupeo q̄ nr̄a
eloquentia ita vsi sunt p alterā quan-
dam eloquentiam suam. vt nec eis de-
esset nec emineret in eis: qr nec impro-
bari ab illis. nec ostentari oportebat
quorum alterum fieret si vitaretur. al-
terū putari posset si facile agnosceret
tur. Et in quibus forte locis agnoscit
a doctis tales res dicuntur: vt verba
quibus dicuntur non a dicente adhi-
bita: sed ipsis rebus velut spōte subie-
cta videantur: quasi sapiētiam de do-
mo sua. id est pectore sapientis p̄cede
re intelligas: τ tanq̄ inseparabilē fa-
mulam etiam non vocatam sequi elo-
quentiam. Quis enī non videat quid
voluerit dicere. τ q̄ sapienter dixerit
apostolus? H Gloriamur in tri
bulationibꝰ sciētes q̄ tribulatio pa-
tiētiā operatur: patientia autem p̄ba
tionem: p̄batio vero spem. spes autem
non confundit. quia charitas dei diffu
sa est in cordibus nostris per spiritū
sanctum qui datꝰ est nobis. Hic si q̄s:
vt ita dixerim imperite peritus artis
eloquentie p̄cepta apostolum secutū
fuisse contendat. nonne a christianis
doctis indoctisqꝫ ridebit? Et tñ agno
scitur hec figura que climax grece la-
tine vero a quibusdam est appellata
gradatio. quoniam scalam dicere no-
luerunt: cum verba vel sensus conne-
cterentur: alterū ex altero: sicut hic ex
tribulatione patientiam: ex patiētia
probationem: ex p̄batione spem con-
nexam videmus. Agnoscitur τ aliud
decus: quoniam post aliqua p̄nūcia-
tionis voce finita singula q̄ nostri mē
bra τ cesa: greci autem cola τ comata
vocant. sequitur ambitus siue circui-
tus quem periodon illi appellāt. cuiꝰ
membra suspendunt voce dicentis do
nec vltima finiātur. Nam eorum que
precedunt circūitum membrū illud est
primū: quoniam tribulatio patientiā
operat. secundum: patientia autem p̄
bationem. tertiū: p̄batio vero spem.
Deinde subiūgitur ipse circūitus: qui
tribus pagitur membris: quorū pri-
mum est. spes autem non confundit.
secūdum: qr charitas dei diffusa est in
cordibusꝰ nostris. tertiū: per spiritū sā
ctum qui datus est nobis. At hec atqꝫ
huiusmodi in elocutionis arte tradū-
tur. I Sicut ergo apl̄m p̄cepta
eloquētie secutū fuisse nō dicimus: ita
q̄ eius sapiētiam secuta sit eloquētia
nō negamus. Scribēs ad corinthios
in secunda ep̄la redarguit quosdam q̄
erant ex iudeis pseudo ap̄li eiqꝫ detra
hebant. Et quā seip̄m p̄dicare cōpel-
litur: hanc sibi velut insipientiam tri-

buens q̃ sapiens dicit q̃q̃ eloquẽter. Sed comes sapientie. dux eloquẽtie il lam sequẽs: istã p̃cedẽs sequẽtẽ nõ re spuens iterũ dico inquit ne qs me pu tet insipientẽ esse. alioqn velut insipiẽ tẽ suscipite me. vt ⁊ ego modicũ qd glorier. Qđ loquor nõ s̃m deũ loquor: s̃ quasi in stultitia ĩ hac substãtia glo rie. Q̃m q̃dẽ multi gl̃ant̃ s̃cd̃m carnẽ: ⁊ ego gl̃abor. Libent̃ eñ suffertis in sipiẽtes: cũ sitis ipsi sapiẽtes. Tolera tis eñ si qs vos in seruitutem redigit. Si qs deuorat. si quis accipit. si qs ex tollit̃. Si qs ĩ faciẽ vos cedit. s̃m igno bilitatẽ dico: quasi nos ĩfirmati sim⁹. In q̃ qs audet in ĩsipiẽtia dico: audeo ⁊ ego. Hebrei sũt? ⁊ ego. Israelite sũt ⁊ ego. Semẽ abrae sunt? ⁊ ego. Mini stri xpi sunt? vt insipiens dico sup ego. In laborib⁹ plurimũ: ĩ carcerib⁹ abũ dãti⁹: in plagis supra modũ. ĩ morti bus sepius. A iudeis quinquies q̃dra ginta vna min⁹ accepi. Ter virgis ce sus sũ. semel lapidat⁹ sũ. ter naufragi um feci. ⁊ nocte ⁊ die in p̃fundo mar fui. In itinerib⁹ sepe. periculis flumi nũ. pericul̃ latronũ. pericul̃ ex genere periculis ex gẽtib⁹. p̃iculis in ciuitate periculis ĩ deserto. p̃iculis in mari. pe riculis in falsis fratribus. In labore ⁊ erũna. in vigilijs sepi⁹. in fame ⁊ siti. ĩ ieiunijs sepius: in frigore ⁊ nuditate. Preter illa q̃ extrisec⁹ sũt ĩ cursus in me quotidiani sollicitudo oĩm ecclia rũ. Quis infirmat̃ ⁊ ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur ⁊ ego nõ vror? Si gl̃ari oportet in his q̃ ĩfirmitat̃ mee sũt gl̃abor. K Quãta sapiẽtia ista sint dicta vigilãtes vidẽt. Quan ta vero eloquẽtie flumina cucurrerit ⁊ q̃ stertit aduertit. Porro autẽ q̃ nouit agnoscit q̃ ea cesa q̃ comata greci vo cant: ⁊ mẽbra ⁊ circuitus de quibus paulo añ disserui: cũ decẽtissima varie tate interponerent̃: totã istã sp̃eciẽ di ctionis: ⁊ quasi eius vultũ quo etiã in docti delectant̃ mouentur q̃ fecerunt. Nã vñ cepim⁹ hũc locũ inserere: circũl tus sunt: p̃m⁹ minim⁹ hoc est bimem bris: min⁹ eñ q̃ duo mẽbra circũitus habere nõ p̃nt plura vero p̃nt. Ergo ille p̃m⁹ est. Iter dico: ne qs me existi met ĩsipientẽ esse. Sequit̃ ali⁹ trimẽ bris. Alioqn velut insipientẽ suscipi te me: vt ⁊ ego modicum quid glorier. Terti⁹ q̃ sequit̃ mẽbra habet quattu or. Qđ loquor nõ loquor s̃m deũ: s̃ q̃ si ĩ stulticia ĩ hac substãtia gl̃ie Quar tus duo h̃z. Q̃m q̃dẽ multi gl̃ant̃ s̃m carnẽ. ⁊ ego gl̃abor. Et qnt⁹ h̃z duo. Libent̃ eñ sustinet; insipiẽtes: cũ sit; ipsi sapiẽtes. Et sext⁹ bimẽbris ẽ. To leratis eñ si qs vos ĩ s̃uitutẽ redigit. Sequũt̃ tria cesa. Si qs deuorat. si qs accipit. si qs extollit̃. Deinde tria mẽ bra. Si qs in faciẽ vos cedit: s̃m igno bilitatẽ dico: quasi nos ĩfirmati sum⁹ Addit̃ trimẽbris circũit⁹. In quo aũt qs audet. in insipientia dico: audeo ⁊ ego. Hinc ⁊ singulis q̃busq̃ cesis int̃ rogando positis: singula itidẽ cesa re spõsione reddunt̃: tria tribus. Hebrei sunt? Et ego. Israelite sũt? Et ego. Se mẽ abrae sũt? Et ego. Quarto aũt ce so simili interrogatiõe posito: nõ alte rius cesi: s̃ mẽbri oppositiõe respõdet Ministri xpi sũt. Ut min⁹ sapiẽs dico sup ego. L Iam cesa q̃ttuor se quẽtia remota decẽtissime int̃rogatio ne fũdũt̃. In laborib⁹ plurimũ. ĩ car ceribus abundãtius. in plagis supra modũ. in mortib⁹ frequent̃. Deinde se quit̃ breuis circũitus: q̃m suspẽsa p̃nũ ciatione distinguẽdũ est. A iudeis q̃n quies. vt hoc sit vnũ mẽbrũ cui conne ctit̃ alterũ: quadraginta vna min⁹ ac cepi. Inde reditur ad cesa. ⁊ ponũtur tria. Ter virgis cesus sũ. Semel lapi dat⁹ sũ. Ter naufragiũ feci. Sequit̃ mẽbrũ. Nocte ac die in p̃fundo maris fui. Deinde q̃ttuordecim cesa decẽtissi mo impetu p̃fluunt. In itinerib⁹ sepe. periculis fluminũ. p̃iculis latronũ. pe riculis ex genere. p̃iculis ex gẽtib⁹. pe riculis in ciuitate. periculis ĩ deserto. p̃iculis ĩ mari. periculis ĩ falsis fratri bus. in labore ⁊ erũna. in vigilijs sepi us: in fame ⁊ siti. in ieiunijs sepi⁹. ĩ fri gore ⁊ nuditate. Post hec interponit trimẽbrẽ circũitum. Preter illa q̃ ex

trinsec⁹ sunt: incursus mei quotidiani sollicitudo oim eccliarū. Et hinc duo mēbra pcōtatione subiūgit. Quis infirmat ꝛ ego nō infirmor? Quis scandalizat ꝛ ego nō vror? Postremo totus iste quasi anhelans loc⁹: trimēbri circūitu terminat. Si gl'iari oportet i his q̄ infirmitat' mee sunt gloriabor. Sed vero post hūc ipetū inīposita narratiūcula q̄dāmodo requiescit: ꝛ requiescere facit auditorem: q̄d decoris: q̄d delectatiōis habeat satis dici nō pōt. Sequit eīm dicēs. Deus ꝛ pat dñi nrī iesu xp̄i scit: q̄ ē bñdict⁹ i scl'a q nō mētior. Ac deinde quō periclitat⁹ fuerit: ꝛ quō euaserit. breuissime narrat. Lōgū est cetera psequi: vel in alijs sctārū scripturarū locis ista mōstrare. Quod si ꝛ iā figuras locutionis q̄ illa arte tradunt. in his saltē q̄ de apl'i eloq̄o commemoraui ōndere volui. Nōne facili⁹ graues hoīes me nimiū q̄ quisq̄ studiosorū sibi sufficiētē putarent? Hec oīa qñ a mgr̄is docēt pmagno habētur: magno emunt. magna iactatione vendunt. Quā iactactiōē ego redolere iam vereor dū ista sic dissero. Sed male doctis hoībus respōdēdū fuit: q̄ nr̄os autores contēnendos putāt. nō q̄ nō habēt: sed q̄ nō ostētāt: q̄ nimis isti diligūt eloquētiā. Sz forte q̄s putat tanq̄ eloquētē nostruz elegisse me paulū. Videt eīm vbi ait. ꝛ si imperitus sermone s̄z nō sciētia: q̄si cōcedendo obtrectatoribus sit locut⁹. nō tanq̄ id verū agnoscere cōfitendū. Si aūt dixisset imperit⁹ q̄dem sermōe sed nō sciētia. nullo mō aliud posset itelligi. Scientiā plane nō cūctat⁹ est. profiteri sine qua esse doctor gētiū nō valeret. Certe si q̄d ei⁹ pferim⁹ ad exemplū eloquētie ex ill' ep̄lis vtiq̄ pferim⁹. quas etiā ipsi obtrectatores ei⁹ q̄ sermonē presentis contēptibilē putari volebant graues ꝛ fortes esse ɔfessi sunt. Dicenduz ergo mihi aliquid esse video ꝛ de eloquētia pphetarum. vbi per tropologiam multa obteguntur. Que quanto magis translatis verbis videntur operiri: tanto magis cū fuerint apta dulcescunt. Sed hoc loco tale aliquid cōmemorare debeo. vt que dicta sunt non cogar exponere. sed cōmendē tñ quō dicta sint. Et ex illi⁹ prophete libro potissimū hoc faciam: qui se pastorē vel armētarium fuisse dicit. atq̄ inde diuinit⁹ ablatū atq̄ missum: vt de populo prophetaret. Non autē sm̄ septuaginta interpretes qui etiā ipsi diuino spū interptati ob hoc alit vident nōnulla dixisse: vt ad spūalem sensum pscrutandum magis admoneret lectoris intentio. vñ etiā obscuriora nōnulla: tropica magis tropica sunt cop. sed sicut ex hebreo in latinū eloquiū pbr̄o Hieronymo vtriusq̄ lingue perito interpretante translata sunt. Cū igit argueret impios: superbos: luxuriosos: ꝛ fraterne iō negligētissimos charitatis. rustic⁹ iste ppheta exclamauit dicēs. Ve vobis q̄ opulenti estis in syon: ꝛ cōfiditis in monte samarie: optimates capita pplorū ingrediētes pōpatice domū isrl'. Trāsite in calamne ꝛ videte: ꝛ ite inde in emath magnā. ꝛ descēdite in geth palestinorū. ꝛ ad optīa queq̄ regna horū si latior termin⁹ eorū termino vr̄o est. Qui separati estis in diē malū. ꝛ appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormit' in lectis eburneis: ꝛ lasciuitis in stratis vr̄is. Qui comeditis agnū de grege: ꝛ vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocē psalterij. Sicut dauid putauerūt se habere vasa cantici: bibētes in phialis vinum. ꝛ optimo vnguento delibuti. ꝛ nihil patiebant sup cōtritione ioseph. Nunq̄d nam isti q̄ pphetas nr̄os tanq̄ ineruditos ꝛ elocutionis ignaros veluti docti disertiq̄ contēnūt: si aliquid eis tale vel in tales dicēdū fuisset: alit se voluissent dicere qui tñ eorū insanire noluissent. Quid eīm est q̄d isto eloquio aures sobrie plus desiderent: prima ipsa inuectio: quasi sopitis sensibus vt euigilarent quo fremitu illisa est? Ve vobis qui opulenti estis in syon: ꝛ cōfiditis in mōte samarie optimates capita populorū ingrediētes pompati-

ce domū israel. Deinde vt bñficiis dei q̄ eis ampla spacia regni dedit ostendat ingratos: q̄ñ ꝯfidebant in monte samarie: vbi vtiq̃ idola colebanť. transite inquit in calamne ⁊ videte. ⁊ ite inde in emath magnam ⁊ descēdite in geth palestinorum. ⁊ ad optima queq̃ regna horū: si latior terminus eorum termino vestro est. Simul etiam cum ista dicunť locorū noībus tā q̄ luminibus ornať eloquium: q̄ sunt in syon: samaria calamne: emath magna. ⁊ geth palestinorū. Deinde verba q̄ his adiungūtur locis decentissime variantur. opulenti estis: confiditis: transite: ite: descendite. Consequenter denūciatur futura sub iniquo rege captiuitas. cum dicitur. Qui separati estis in diem malum: ⁊ appropinquatis solio iniquitatis. Tunc subiiciuntur merita luxurie. Qui dormitis in lectis eburneis: ⁊ lasciuitis in stratis vestris Qui comeditis agnum de grege: ⁊ vitulos de medio armenti. ⁋ Ista sex membra tres bimēbres circumitus ediderunt. Non enī ait. Qui separati estis in diem malum. q̄ appropinquatis solio iniquitatis. q̄ dormitis in lectis eburneis. qui lasciuitis in stratis vestris. q̄ comeditis agnum de grege. q̄ vitulos de medio armenti. Quod si ita diceref esset q̄dem ⁊ hoc pulcrum. vt ab vno pronomine repetito omnia sex membra decurrerent. ⁊ pronunciantis voce singula finirenť. Sed pulcrius factum est vt eidem ꝓnomini essent bina subnexa que tres s̄nias explicarent. vnā ad captiuitatē prenunciationem. q̄ separati estis in diem malum ⁊ appropinquatis solio iniq̄tatis. alteram ad libidinem: q̄ dormitis in lectis eburneis ⁊ lasciuitis in stratꝫ vestris. ad voracitatem vero tertiam ptinentem. q̄ comeditis agnum de grege: ⁊ vitulos de medio armēti. vt in ptāte sit pronūciātꝫ: vtrū singula finiat ⁊ mēbra sunt sex an p̄mū ⁊ tertiū ⁊ quintū voce suspendat. secundum primo: quartum tertio: sextum quinto cōnectendo: tres bimēbres circumitus decentissime faciat. vnum quo calamitas imminens. alterum quo lectus impurus. tertiū quo prodiga mēsa monstretur. Deinde luxuriosam remordet aurium voluptatem. Ubi cum dixisset: q̄ canitis ad vocem psalterii: quoniam potest exerceri sapienter a sapientibus musica mirabili decore dicendi. inuectionis impetu relaxato ⁊ non ad illos sed de illis iam loquens: vt nos musicam sapientꝫ a musica luxuriantꝫ distinguere commoneret: non ait. q̄ canitis ad vocem psalterii. ⁊ sicut Dauid putatꝫ vos habere vasa cantici. sed cum illō ad illos dixisset quod luxuriosi audire deberēt: qui canitis ad vocem psalterii imperitiam quoq̃ illorum aliis indicauit: adiungēs sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici: bibētes in phialis vinum ⁊ optimo vnguēto delibuti. ⁋ Tria hec meliꝰ pronuncianť si duobus prioribus mēbris suspensis circumitus tertio finiatur. Jam vero quod his omnibus adiungitur. ⁊ nihil patiebantur super cōtritione Joseph: siue continuatum dicatur vt vnum sit membrum: siue decentius suspendatur: ⁊ nihil patiebātur. ⁊ post hanc distinctionem inferatur. super contritione Joseph. atq̃ fit bimembris circumitus: miro decore non dictum est. nihil patiebantur super contritione fratris. sed positus est pro fratre Joseph: vt quicunq̃ frater propicius significaretur eius nomine cuius ex fratribus fama preclara est: vel in malis que pendit: vel in bonis que rependit. Iste certe tropus vbi Joseph quemcunq̃ fratrem facit intelligi nescio vtrum illa quam didicimus ⁊ docuimus arte tradatur. Quam sit tamen pulcer: ⁊ quemadmodum afficiat legentes atq̃ intelligentes: non opus est cuiq̃ dici si ipse nō sentit. Et plura q̄dē q̄ ptineāt ad p̄cepta eloq̄ntie in hoc loco quē pro exemplo posuimus possunt reperiri. sed bonum auditorem nō tam si diligenter instruit: q̄ si ardēter ꝓnuncieť accendit. Ne q̃

enim hec humana industria cõposita: sed diuina mẽte sunt fusa: et sapient et eloquent nõ intenta in eloquentiam sed a sapiẽtia nõ recedẽte eloquẽtia. ¶ Si enim sicut qdã disertissimi atqz acutissimi viri videre ac dicere potuerunt ea q velut oratoria arte discunt nõ obseruarent et notarent: et in hãc doctrinã redigerent: nisi prius in oratorum inuenirent ingenijs: qd mirum si et in istis inueniunt: quos ille misit q facit ingenium. Quapropter et eloquẽtes quidẽ nõ solum sapiẽtes canonicos autores doctoresqz fateamur tali eloquẽtia vsos qualis personis eiusmodi congruebat. Sed nos etsi de litteris eorum q sine difficultate intelligunt nõnulla sumimus elocutõis exempla: nequaqz tñ putare debemus imitãdos eos nobis esse in his q ad exercẽdas et eliminãdas quodãmodo mẽtes legẽtiũ: et ad rumpenda fastigia atqz acuẽda studia discere volẽtium ad zelandos quoqz siue vt ad pietatẽ cõuertant: siue vt a mysterijs secludant animos impiorum vtili ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi locuti sunt vt posteriores q eos recte intelligerent et exponerent: alterã gratiam disparẽ quidẽ. verũta mẽ subsequẽtẽ in dei ecclesia reperirent. Non ergo expositores eorũ ita loqui debent tanqz seipsi exponẽdos simili autoritate proponãt: sed in oibus sermonibus suis primitus ac maxime vt intelligant elaborẽt ea quãtũ pñt pspicuitate dicẽdi. vt aut multũ tardus sit q nõ intelligit. aut in rerum quas explicare atqz ondere volum difficultate ac subtilitate nõ in nr̃a locutiõe sit causa quo minus tardius ve qd dicimus possit intelligi. Sũt enim quedã q sua vi nõ intelligunt aut vix intelligunt: qzlibet et quãtũlibz quis planissime dicentis versent eloquio: q in ppli audiẽtiam vel raro si aliqd vrget: vel nũqz omnino mittẽda sunt. In libris autẽ q ita scribuntur vt ipsi quodãmõ lectorẽ teneãt cũ intelligunt molesti nõ sint volẽtibus legere. cũ autẽ nõ intelligunt molesti nõ sint nolẽtibus legere. Et in aliquorum collocutionib nõ est hoc officiũ deserẽdum: vt vera qzuis difficillima ad intelligẽdũ q ipsi iã pcepimus cum qzto cunqz labore disputatõis ad aliorũ intelligẽtiam pducamus: si tenet auditorẽ vel collocutorẽ discẽdi cupiditas nec mẽtis capacitas deficit q quoquo mõ intimata possit accipere: nõ curãte illo q docz qzta eloquẽtia doceat sed quãta euidẽtia. R Cuius euidẽtie diligẽs appetitus aliqñ negligit verba cultiora. nec curat qd bñ sonet: sed qd bñ indicz atqz intimet qd ostẽdere intẽdit. Unũ ait qdam cum de tali gñe locutionis ageret: esse in ea quandam diligẽtẽ negligẽtiã. Hec tñ sic detrahit ornatũ vt sordes nõ ptrahat. Quãuis in bonis doctoribus tanta docẽdi cura sit vel esse debeat vt verbum qd nisi obscurum sit ambiguum latinum esse nõ põt. Vulgi autẽ more sic dr: vt ambiguitas obscuritasqz vitet. nõ sic dicat vt a doctis sed potius vt ab indoctis dici solet. Si enim nõ piguit dicere interpretes nostros. nõ cõgregabo cõuẽticula eorum de sanguinibus: qm senserũt ad rem ptinere vt eo loco pluralit nunciaret hoc nomẽ qd in latina lingua tantũmodo singularit dr: cur pietatis doctorẽ pigeat imperitis loquẽtẽ ossum potius qzz os dicere ne ista syllaba nõ ab eo qz sunt ossa sed ab eo qz sunt ora intelligat: vbi afre aures de corruptõe vocalium vel productiõe nõ iudicant. Quid enim pdest locutiõis integritas quã nõ sequit intellectus audiẽtis. cum loquẽdi omnino nulla sit causa: si qd loquit nõ intelligũt. propt quos vt itelligant loqmur? Qui ergo docz: vitabit oĩa verba q nõ docẽt. Et si p eis alia integra q itelligũt põt dicere: id magis eliget. Si aũt nõ pt: siue qz nõ est siue qz pñtia nõ occurrũt. vtet et verbis minus integris: dũ tñ res ipa doceat atqz discat integre. Et hoc qdẽ nõ solum in collocutõib siue fiãt cũ aliquo vno: siue cũ pl̃ibus. verũ etiã multomagis in pplis qñ sermo pmit vt intelligamur instãdum est. qz et in collocutõibus est cuiqz iterrogãdi ptãs. S.

Ubi autem oēs tacent vt audiat vn⁹ ⁊ in eū intenta ora cōuertūt ibi vt req̄rat quisq₃ quod nō intelligit nec moris est nec decoꝛis. ac ꝑ hoc debet maxime tacenti subuenire cura dicentis. Solet aūt motu suo significare auida multitudo cognoscēdi vtrū intellexerit. Q̄d donec significet v̄sandum est qđ agit̄ multimoda varietate dicendi Q̄d in ꝑtāte nō habēt qui p̄parata ⁊ ad v̄bum memoꝛiter retenta p̄nunciant. Mox autē vt intellectū esse constiterit: aut sermo finiēdus: aut in alia transeūdū est. Sicut eñ grat⁹ est q̄ cō gnoscēda enubilat. sic onerosus est q̄ cognita inculcat eis dūtaxat quoꝝ tota expectatio in dissoluēda coꝝ q̄ pan dunt̄ difficultate pendebat. Nā delectandi gr̄a etiam nota dicunt̄ vbi non ip̄a sed modus q̄ dicunt̄ attendit̄. q̄ si ⁊ ipse iam notus est: atq₃ auditoꝛib⁹ placet pene nihil interest vtrū is q̄ dicit dictoꝛ an lectoꝛ sit. Solēt eñ ⁊ ea q̄ cōmode scripta sunt nō solū ab his q̄bus p̄im: t⁹ innotescūt iocunde legi. verū etiā ab his q̄bus iā nota sunt neq₃ adhuc illa de memoꝛia deleuit obliuio nō sine iocūditate relegi: vel ab vtrisq₃ libent̄ audiri. Que aūt quisq₃ iā oblit⁹ est cū cōmonet̄ docet̄. S₃ de mō delectādi nūc nō ago. de mō autē quo docēdi sūt q̄ discere desiderant loquoꝛ. Is aūt ē optim⁹ q̄ fit vt q̄ audiat verū audiat. ⁊ qđ audit itelligat. Ad quē finē cū ventū fuerit: nihil tunc amplius erit de ip̄a re tanq̄ diutius docēda laboꝛandū. sed foꝛte de cōmodāda vt in coꝛde figat̄. Q̄d si faciēdū videbit̄: ita modeste faciendū est: vt nō perueniat̄ ad tediū. Pꝛoꝛsus hec est i docendo eloquētia: q̄ fit dicēdo nō vt libeat qđ hoꝛrebat. aut vt fiat qđ pigebat s₃ vt appareat qđ latebat. ¶ Q̄d tñ si fiat isuauit̄: ad paucos q̄dē studiosissimos suus puenit fruct⁹: q̄ ea q̄ discēda sunt: q̄uis abiecte inculteq₃ dicant̄ scire desiderāt. Q̄d cū adepti fuerint ip̄a delectabilit̄ v̄itate pascūt̄ Bonoꝛūq₃ ingenioꝛū insignis est idoles: in v̄erbis verū amare: non verba

Quid eñ p̄dest clauis aurea. si apire qđ volum⁹ nō pōt. Aut quid obest lignea: si hoc pōt q̄n nihil querim⁹ nisi patere qđ clausuꝫ est. S₃ q̄m int̄ se habēt nonnullā similitudinē vescētes atq₃ dicētes. p̄pter fastidia plurimoꝛuꝫ etiā ip̄sa sine q̄bus viui nō pōt alimēta cōdiēda sunt. Dixit ḡ quidam eloq̄ns: ⁊ vex dixit: ita dicere debere eloquētē: vt doceat: vt delectet: vt flectat: Deinde addidit. docere necessitat̄ est delectare suauitatis. flectere victoꝛie. Hoꝛ triū qđ p̄io loco positū ē hoc est docēdi necessitas in rebus est ꝯstituta quas dicim⁹. reliq̄ duo in modo q̄ dicimus docēdo. Qui ḡ dicit cū docere vult q̄dui nō intelligit̄ nondū se existimet dixisse qđ vult ei quē vult docere. Q̄ ⁊ si dixit qđ ipse nō intelligit: nondum ille dixisse putādus est a q̄ intellectus nō est. Si vero intellect⁹ est quocunq₃ modo dixerit dixit. q̄ si etiā delectare vult eū cui dicit. aut flectere: non quocūq₃ modo dixerit faciet: s₃ int̄est quō dicat vt faciat. ¶ Sicut ē autē vt teneat̄ ad audiēdū delectād⁹ auditoꝛ. ita flectēdus vt moueat̄ ad agendū. Et sicut delectat̄ si suauiter loquaris ita flectit̄ si amet qđ polliceris. timeat qđ minar̄: oderit qđ arguis. qđ cōmēdas amplectat̄: quod dolendum exaggeras doleat: cū q̄d letandum p̄dicas gaudeat. misereat̄ eoꝛum quos an̄ miserandos oculos dicendo constituis. fugiat eos quos cauēdo terrendo ꝓponis. ⁊ quicq̄d aliud grādi eloquētia fieri pōt ad cōmonendos animos auditoꝝ: nō q̄d agendū sit vt sciāt sed vt agant qđ agendū esse iam sciūt. Si aūt adhuc nesciūt: pꝛius vtiq₃ docēdi sunt q̄ monēdi. Et foꝛtasse rebus ip̄sis cognitis ita mouebunt̄ vt eos nō op⁹ sit maioꝛib⁹ eloq̄ntie viribus iam moueri. Q̄d tñ cū opus est: faciēdum est. Tūc aūt opus est q̄n cum scierint quid agendū sit non agunt. ac per hoc dicere necessitatis est. Possunt eñ agere ⁊ nō agere qđ sciunt. Quis aūt dixerit eos agere debere qđ nesciunt? Et iō flectere necessitatis nō est. quia semper

opus nõ est:si tñ docenti vel etiã delectanti ↄsentit auditor. Ideo aũt victorie est flectere:qr fieri põt vt ꝛ doceaꝛ ꝛ delecteꝛ ꝛ nõ assentiaꝛ. Quid aũt illa duo ꝓderũt si desit hoc tertiũ? Sed neqꝫ delectare necessitatis est:qñqdem cũ dicẽdo vera mõstraꝛ:qḋ ad officium docẽdi ptinet:nõ eloqo agiꝛ:neqꝫ hoc attẽdiꝛ:vt vel ipa vel ipm delectet eloquiũ:sꝫ p seipsa qm̃ vera sunt manifestata dlectãt. Vñ plerũqꝫ etiã falsa patefacta atqꝫ cõuicta delectãt. Neqꝫ eñ delectãt qr falsa sunt. sꝫ qr falsa esse verũ est. Delectat ꝛ dictio qua hoc veruꝫ esse mõstratũ est. Propꝛ eos aũt qbus fastidiẽtibus nõ placet veritas:si alio q̃cũqꝫ mõ sꝫ si eo mõ dicaꝛ vt placeat. ꝛ sermo dicẽtis dat⁹ est in eloqũtia nõ paru⁹ etiã delectatiõi loc⁹. Que tñ addita nõ sufficit duris qs nec intellexisse nec docẽtis eloqo delectatos esse profuerit. Quid eñ hec duo ↄferũt hoi:q̃ ꝛ ↄfiteꝛ veꝝ:ꝛ collaudat eloquꝫ. nec ĩclinat assensum ꝓpꝛ quẽ solũ cũ aliqd suadeꝛ reb⁹ q̃ dicunꝛ iuigilat dicẽs ĩtẽtio. Si eñ talia doceꝛ q̃ credere vel nosse sufficiat:nil est aliud eis ↄsentire nisi ↄfiteri vera esse. ¶ Cum vero id doceꝛ qḋ agẽdũ est:ꝛ iõ doceꝛ vt agaꝛ. frustra psuadeꝛ veꝝ esse qḋ dicitꝛ. frustra placet mod⁹ ipe q̃ discitꝛ. si non ita disciꝛ vt agaꝛ. Oportet igiꝛ eloqntẽ ecclasticũ qñ suadet aliqd qḋ agendũ est:nõ solũ docere vt instruat. ꝛ delectare vt teneat. verũ etiã flectere vt vicat. Ille qppe iam remanet ad ↄsensionẽ flectẽdus eloqntie grãditate:in q̃ id nõ egit vsqꝫ ad ↄfessionẽ ei⁹ demõstrata veritas:adiuncta etiã suauitate dictiõis. Cui suauitati tñ ope ipẽsum ẽ ab hoib⁹ vt nõ solũ faciẽda. veꝝ etiã fugiẽda ac detestãda tot mala ꝛ tãta atqꝫ turpia. q̃ malis ꝛ turpib⁹ disertissime psuasa sunt. nõ vt ↄsentiaꝛ eis:sꝫ sola delectatiõis grã lectitenꝛ. Auertat aũt de⁹ ab ecclia sua qḋ de synagoga iudeorũ hieremias ꝓpheta cõmemorat dicẽs. Pauor ꝛ horrẽda facta sunt sup terram: pphete ꝓphetabant iniqua. ꝛ sacerdotes plausum dederunt manibus suis:ꝛ plebs mea dilexit sic. Et qd facietis in futurũ? O eloquentia tanto terribilior quanto purior. ꝛ quanto solidior tãto vehemẽtior O vere securis ↄcidens petras. Huic eñ rei simile esse vbũ suũ qḋ per sctõs ꝓphetas fecit. ꝛ p hũc ipm ꝓphetam de⁹ ipe dixit. Absit ita qꝫ absit a nobis vt sacerdotes plaudãt manib⁹ iniqua dicẽtibus. ꝛ plebs dei diligat sic. Absit a nobis ĩ quã tãta demẽtia. Nã qd faciem⁹ in futuꝝ? Et certe min⁹ itelliganꝛ:minus placeant:minus moueant que dicunꝛ. vera tñ dicanꝛ ꝛ iusta. non iniq̃ libenꝛ audianꝛ. Quod vtiqꝫ nõ fieret nisi suauiꝛ dicerentur. In populo aut graui de quo dictũ est deo. in pplo graui laudabo te. nec illa suauitas delectabilis est:q̃ nõ qdem iniqua dicunꝛ. sed exigua ꝛ fragilia bona spumeo vborũ ambitu ornanꝛ. quali nec magna atqꝫ stabilia decenꝛ ꝛ grauiꝛ ornarenꝛ. Et tale aliqd in epl'a beatissimi Cypriani. Qḋ iõ puto vel accidisse vel consulto factum esse: vt sciret a posteris quã linguaꝫ doctrine christiane sanitas ab ista redũdantia reuocanerit. ꝛ ad eloquentiã grauiorẽ modestioreqꝫ restrinxerit:q̃ vel ĩ ei⁹ cõsequẽtibus lr̃is secure amaꝛ:religiose appetiꝛ:sed difficillime impleꝛ. Ait ẽ quodam loco. Petam⁹ hanc sedẽ. dant secessum vicina secreta:vbi dum erratici palmitũ lapsus penduli nexibus per harũdines baiulas repetũt viteã porticũ frondea tecta fecerunt. Nõ dicunꝛ ista nisi mirabiliꝛ affluẽtissima fecũditate facũdie sꝫ ꝓfusione nimia grauitati displicẽt. ¶ Qui vero hoc amãt ꝓfecto eos q̃ nõ ita dicũt sed castigati⁹ eloquunꝛ nõ posse ita eloq existimãt:nõ iudicio ista vitare. Quapropter iste vir sctũs ꝛ posse se oñdit sic dicere:qr dixit alicubi. ꝛ nolle qm̃ postmodũ nusqꝫ agit. Ita qꝫ noster iste eloquẽs cũ ꝛ iusta ꝛ sctã ꝛ bona dicit. neqꝫ eñ alia debet dicere:agit quantum potest cum ista dicit vt intelligenꝛ vt libenter vt obedienter audiatur. ꝛ hoc se posse si potuerit ꝛ inquantũ potue-

rit pietate magis orõnũ q̃ oratorũ
facultate non dubitet vt orando pro se
ꝛ pro illis quos ē allocuturus sit ora=
tor añq̃ dictor. Ipsa hora iã vt dicat
accedẽs priusq̃ exerat proferẽtẽ lin=
guã ad deũ: leuet animã sitiẽtẽ: vt
eructet qđ biberit: vł qđ ĩpleuerit fun
dat. Cũ eñi de vnaquaq̃ re q̃ scđm fi=
dẽ ꝛ delectationẽ tractanda sunt mul
ta sint q̃ dicanť ꝛ multi modi q̃bus di
canť ab his q̃ hoc sciunt: q̃s nouit: q̃d
ad p̃ns tẽp⁹: vł nobis dicere: vł p nos
expediat audiri: nisi q̃ corda oĩm vi=
det. Et q̃s facit vt qđ opꝫ ꝛ quẽadmo=
dũ opꝫ dicať a nobis nisi in cuius ma
nu sunt ꝛ nos ꝛ sermones nostri. Ac p
hoc discat q̃dẽ oĩa q̃ docẽda sunt q̃
ꝛ nosse vult ꝛ docere: facultatẽq̃ do=
cẽdi vt decꝫ virũ eccl̃iasticũ comparet.
Ad horã vo ipsius dictionis illud po
tius bone mẽti cogitet conuenire qđ
dñs ait: Nolite cogitare quõ aut quid
vestre hodie de nobisipsis sermo reddēd⁹ ē. Quod eñi ait Apostol⁹. Spectaculū facti sum⁹ mūdo ⁊ angelis ⁊ hominibus: qui nos amant q̄runt qđ laudēt in nobis: q̄ aūt nos oderūt detrahūt nobis. Nos aūt i vtroꝝq̄ medio ꝯstituti: adiuuante dño deo nr̄o: ⁊ vitā nostrā ⁊ famā nostrā sic custodire debemus: vt nō erubescāt detractoribus laudatores. Quō autē viuere velimus quō deo ꝓpicio iaꝫ viuamus. q̄uis de scriptura sctā multa noueritis. tñ ad cōmemorāda ipa de libro actuū apostoloꝝ vobis lectio recitabit᷑. vt videat; vbi descripta sit forma q̄ desideramus implere. Dū ḡ recitat᷑: vos intētissimos esse volo: vt post eius recitationē: qđ institui loquar dño donāte intētioni vr̄e. Cūq̄ diaconus lazarus legeret. Cū orasset motus ē locus i quo erāt ꝯgregati: ⁊ ipleti sunt oēs spūsancto: ⁊ loq̄bant᷑ vbū dei cū fiducia omi volēti. Multitudinis aūt credētiū erat aīa vna ⁊ cor vnū ⁊ nemo eorūꝫ q̄ possidebat dicebat aliquid suūꝫ esse: sꝫ erant illis oīa cōmunia. Et virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis dñi Jesu xp̄i gr̄aq̄ magna erat sup oēs illos: neq̄ eñi egēs q̄sq̄ fuit inter illos. Quotquot eñi possessores p̄dioꝝ vł domoꝝ erāt: vēdētes afferebant p̄cia illoꝝ: ⁊ ponebant añ pedes apostoloꝝ. Distribuebant᷑ aūt vnicuiq̄ prout cuiq̄ opus erat. Dūq̄ lazarus diacon⁹ recitasset ⁊ ep̄o codicē tradidisset. Augustinus ep̄s dixit. Etiam ego legere volo. pl⁹ eñi me delectat huius vbi eē lectorē: q̄ vbi mei disputatorē. Cū orasset motus ē locus in quo erant ꝯgregati. ⁊ ipleti sunt oēs spūsancto ⁊ loq̄bant᷑ vbū dei cū fiducia omi volēti. Multitudinis aūt credētiū erat aīa vna ⁊ cor vnū: ⁊ nemo eoꝝ q̄ possidebat dicebat aliq̄d suūꝫ eē sꝫ erant illis omīa cōmunia. Et virtute magna reddebant apostoli testimoniū resurrectiōis dñi Jesu xp̄i. gr̄a q̄ magna erat sup oēs illos neq̄ eñi egēs q̄sq̄ fuit int᷑ illos. Quotquot eñi possessores p̄dioꝝ vł domoꝝ erant: vēdētes afferebant p̄cia illoꝝ: ⁊ ponebāt añ pedes apłoꝝ. Distribuebant᷑ aūt vnicuiq̄ prout cuiq̄ opus erat. Cūq̄ ep̄s legisset dixit. Audistis q̄d velimus: orate vt possimus. Cōtigit autē q̄dā necessitas: vt hec diligētius ageremus. J Qm̄ sicut iaꝫ nostis: p̄sbit᷑ in nostra societate constitutus. quali societati phibet testimoniū lectio quā modo cū recitaremus audistis. moriēs testamētuꝫ fecit q̄ habuit vñ faceret. Erat quod diceret suū. cū in ea societate viueret: vbi nemini licebat dicere aliq̄d suū: sꝫ essēt illis oīa cōmunia. Si q̄s dilector ⁊ laudator nr̄ apud detractorē nostrū p̄dicaret istā societatē ⁊ diceret. cū ep̄o augustino sic viuunt oēs cohabitatores ei⁹. q̄modo scriptū ē in actib⁹ apłoꝝ. continuo ille detractor caput mouēs dētē p̄mouēs diceret. Ita vō sic ibi viuit᷑: q̄omodo dicis Quare mētiris? quare falsa laude honoras indignos? Nōne ibi mō in coꝝ societate positus p̄sbyt᷑ testamētū fecit: ⁊ qđ habuit q̄mō voluit ⁊ disposuit ⁊ reliq̄t? Certe oīa ibi sunt cōia. certe nēo dicit aliq̄d suū. Sub his vbis q̄d ageret laudator meus. Nōne os ei⁹ q̄si plūbo opilaret ille detractor? Nōne illū laudasse peniteret? Nōne reuerētia pfusus: ⁊ illius s̄mone confusus: vł nobis vł testatori illi malediceret? Hec fuit necessitas vt ad istā diligētiā veniremus. Nūcio ḡ vobis vñ gaudeatis. quia oms frēs ⁊ clericos meos q̄ mecuꝫ habitāt p̄sbyteros diaconos. subdiaconos ⁊ patriciū nepotē meū tales inueni quales desideraui. Sꝫ sunt qui de sua qualicunq̄ paup̄tate qđ statuerant nōdū fecerūt. Hi duo sunt. valēs subdiacon⁹ ⁊ paulo añ dict⁹ nepos me⁹ subdiacon⁹. Et m̄ris vita ipediebat: q̄ iñ viuebat. Expectabat᷑ i illo ēt legitīe etat᷑

accessus: vt qd faceret firmissime faceret. Nondum aũt fecit. qz ipsos agellos habet cũ suo fratre cõmunes et sub idiuiso possidẽt. R Sic aũt eos cupit ecclesie conferre: vt inde alantur sui qui sunt in proposito sanctitatis: q̃usq3 in hac vita degũt. Scriptũ est eñi et hoc Apostolus loquitur. Quisquis autẽ suis: et maxime domesticis nõ prouidet. fidẽ denegat: et est infideli deterior. Hec autẽ mãcipia sunt ei similiter cũ fratre communia. nondum diuisa disponit ea manu mittere. nõ potest anteq̃ diuidantur. Quid eñi ad quẽ pertinet: adhuc ignorat. Ad ipsum sane: quia maior est qui pertinet diuisio: et ad fratrẽ eius electio. Et ipse frater eius deo seruit. subdiaconus est cum sancto fratre meo: et coepiscopo Seuero i ecclesia mileuitana. Hoc agit: hoc sine dilatione peragendũ est: vt illi seruuli diuidantur: manumittãtur. et sic de ecclesie vtero accipiãt alimẽtũ. Nepos autem meus ex quo cõuersus est et mecum esse cepit. impediebat et ipse aliquid de agellis suis agere in vita vsufructuaria matre sua. q hoc ãno defuncta est. Inter ipsum et sorores eius sunt quedam cause in christi adiutorio cito vt et ipse faciat qd dei seruu3 decet. qd ipsa pfessio: et ista exigit lectio. Diaconus faustinus: sicut pene omnes nostis de militia seculi ad monasterium conuersus est. hic baptisatus: inde diaconus ordinatus. Sed quia exiguum est quod videtur possidere. sicut iurisperiti loquuntur. iure non corpore relique rat illud. et ab eius fratribus tenebat. Nunq̃ inde cogitauit ex quo conuersus est. nec ipse aliquid quesiuit a fratribus suis. nec ab illo aliquid est que situm. Modo quia ventum est ad hũc articulum tẽporis cum consilio meo diuisit ipsam rem. et dimidia3 donauit fratribus suis. et dimidiã ecclesie pauperi in eodem loco constitute. Diaconus seuerus sub qua dei disciplina et flagello sit nostis: lumen tamen nõ perdidit mentis. Unam domum hic emerat propter matre3 et sororẽ suam: quas de sua patria huc desiderabat adducere. Emerat autem nõ sua pecunia quã non habebat: sed ex collatiõe religiosorum virorum: quos mihi querenti etiã nominans indicauit. De ipso non possu3 dicere quid fecerit. aut quid disponat: nisi quia totũ et ipse in mea posuit voluntate. vt quicquid ipse vellẽ hoc inde fieret. L Sed habet quasdam causas cum matre sua: quarum causarum me iudicem posuit: vt cum ille cause fuerint terminate. fiat de ipa domo quod ego voluero. Quid autẽ velle potero deo regente: nisi qd iusticia iubet: et pietas postulat? Habet etiã i patria sua aliquos agellos: disponit eos sic distribuere: vt etiã illic in ipso loco posite pauperi largiãtur ecclesie. Diaconus hipponensis homo paup est quid alicui conferat non habet: tamẽ de laboribus suis anteq̃ esset clericus emerat aliquos seruulos. Hodie illos in conspectu vestro manumissurus est episcopalibus gestis. Diaconus eraclius ante oculos vestros versatur: opera eius lucent coram oculis nostris De opere eius expẽsa pecunia memoriam sancti martiris habemus. De pecunia sua emit etiã possessionẽ ex consilio meo. Nã ipsam pecunia3 volebat per manus meas erogari: sicut mihi placeret. Ego si pecunie auidus essem aut necessitates ipsas meas quas pro pauperibus habeo in hac causa plus curarem: pecuniam acciperem. Quare dicit aliqs. quia possessio illa que ab illo empta et ecclesie donata est adhuc nihil prestat ecclesie. Minus enim habebat ad precium: et quod mutuatus fuerat. hoc de eius adhuc fructibus reddit ur. Homo sum senex: q̃tus mihi de illa possessione potest fructus accedere? Nunquid pmitto mihi tot ãnos esse victurum: donec suum precium illa persoluat? Quod ergo vix diu partibus reddet. de proximo haberem totum. si sic accipere voluissem. Nõ feci: aliud attendi. Fateor eñi vobis et ipsi suspecta mihi adhuc eius etas fuit: et verebar. ne forte vt sunt homines mñi eius hoc

displicet: ⁊ diceret inductum a me fuisse adolescentem. vt bona eius paterna consumerem: ⁊ eum egentem relinquerē. M Ideo volui eius pecuniam in illa possessione seruari. vt si aliquid: quod de⁹ auertat: aliter q̄ volumus euenisset. redderetur villa: ne culparetur episcopi fama. Scio enim q̄tum vobis sit necessaria fama mea. Nam mihi sufficit conscientia mea.

Emit etiam spacium ab ipsa postera ecclesie. notum vobis: ⁊ sua pecunia edificauit domum. ⁊ hoc nostis. Ante paucos dies prius q̄ sermonē de hac re haberem vobiscū: eam donauit ecclesie. Expectabat enim vt eam perficeret: ⁊ perfectam donaret. Fabricandi autem domum necessitas illi nulla erat: nisi quia cogitauit matrem suam huc esse venturam. Si ante venisset in re filij sui habitasset. Modo si venerit in ope filij sui habitabit. Testimoniū ei perhibeo pauper remāsit: sed ī charitatis possessione permansit. Aliud serui ei reliqui fuerant: iam quidem in monasterio viuentes: quos tñ gestis ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat. diues est. nemo existimet: nemo loquatur male: nemo se ipsum ⁊ aīam suam suis dentibus laniet. Pecuniam nullam habet seruatam. vtinam quam debet restituat Ceteri id est subdiacones pauperes sunt deo propicio. misericordiam dei expectant. vnde ipsi satiāt non habēt. Nullas habētes facultates. finierūt mundi cupiditates. Uiuunt nobiscum in societate cōmuni. nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerunt. Charitatis vnitas preponēda est ter rene cōmodo hereditatis. Restant presbiteri. Sic enim ad eos gradatim ascendere volui. Cito dixerim. Paupes dei sunt Nihil ad domum societatis nostre attulerūt: nisi ipā: q̄ nihil est cari⁹ charitatē. N Uerūtamē q̄m scio natos fuisse rumores de diuitijs ipsorū: non a me aliquid compellendi: sed vobis meo sermone purgandi sunt. Uobis dico qui forte nescitis. Nam vestri plurimi sciunt presbiterum leporium: q̄uis seculi natalibus clarum: ⁊ apud suos honestissimo loco natum: tamen iam deo seruientem cūctis q̄ habebat relictis. inopē suscepi. non quia nihil habuit: sed quia iam fecerat qd lectio ista psuadet. Hic non fecit: sed nos scimus ⁊ vbi fecit. Unitas xp̄i est: ecclesia vna est. ⁊ vbicunq̄ fecit opus bonum pertinet ad nos. si congaudeamus.

Ortus est vnus vbi nostis: vbi monasterium suis constituit: quia ⁊ ipsi deo seruiunt. Ille ortus ad ecclesiam non pertinet: sed nec ad ipsum. Et ad quē dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed quod verū est vsq̄ ad hoc tempus curā pro illis ita gerebat. vt sumpticulos quibus sustētant apud se haberet: ⁊ eis ipse vt videbat impenderet: Sed ne propter hoc daretur locus hominib⁹ suspitiones suas rodentibus ⁊ ventrem non implentibus. hoc placuit ⁊ mihi ⁊ ipsi: vt sic se illi transigant: quasi iste iam de seculo exierit. Nunquid eñ cum obierit. ipse illis dispensaturus est aliquid? Meli⁹ est vt videat illos bene versantes regē te deo in disciplina christi sic viuentes vt de illis tātūmodo gaudeat: nō eorū necessitatibus occupetur. Ergo ⁊ ipse nullam pecuniam habet quam suam dicere possit. Xenodochiū edificādum quod modo videtis edificatū: ego illi iniunxi: ego iussi. ille obtēperauit mihi libētissime: ⁊ sicut videtis operat⁹ est: q̄modo meo iussu etiā basilicā ad octo martires fabricauit: de his q̄ per vos deus donat. Cepit enim de pecunia que data erat ecclesie ꝓpter xenodochiū ⁊ cū cepisset edificare: vt sunt religiosi desiderantes opera sua in celo scribi: adiuuerunt ꝓut quisq̄ voluit ⁊ fabricauit. opus ante oculos habemus: omnis homo quid factum sit videt. de pecunia q2 non habet mihi credant: dentem compescant: ne frangāt. Emerat de ipsa pecunia xenodochij: quandam domū in carraria: quam sibi existimabat ꝓpter lapides profuturam. sed lapides eius domus fabrice

necessariũ nõ fuerũt: qm̃ aliunde ꝓuisi sunt. ¶ Dom⁹ ꝗ ipa sic remãsit. pēsionē pstat sed eccl'ie. nõ presbitero. Nemo amplius dicat in domū pbri. ad domū pbri: ante domū pbri. Ecce vbi est domus presbiteri. Ubi est domus mea. ibi est domus pbri. Alibi non habet domū. sed vbicunq̧ habet deū. Quid amplius queritis? nisi quia me illud memini etiã promisisse. vt ad vos perferrē quid egissem inter duos: fratrē scʒ et sororē: filios ianuarij presbiteri: qꝛ orta inter illos fuerat contro uersia pecuniaria. Sed tñ sicut inf fratres: salua deo propicio charitate: pro misera ego audire inter illos: et qcqd esset iudicando finire. parauerã me iudicē: sed anteq̃ iudicarē ipsi vnde iudicaturus fuerã finierunt. Non inueni vnde iudicarē: sed vnde letarer. Acquieuerunt oĩno concorditer volũtati mee: et cõsilio meo. vt pares essent in pecunia quã reliqt pater eorũ: eccl'ia renũciante. ¶ Post sermonē meum locuturi sunt homines. Sed et quodlibet homines loquanf. qualicunq̧ aura flante. perducef inde aliquid ad aures meas. Et si fuerit tale vt sit nos iterũ necesse purgare: respõdebo maledictis. respõdebo detractoꝛib⁹. rñdebo icredulis. non nobis credentib⁹ prepositis suis. rñdebo vt potero qđ dñs dederit. Interim mō non est necesse: qꝛ nihil forte dicturi sunt Qui nos amãt libere gaudeãt q̃ nos oderũt tacite dolebũt. Tamē si linguas exacuerit: audiēt deo ꝓpicio vobiscũ respõsionē meã: non litē meam. Non eñ hoĩes noiaturus sum. et dictur⁹ sum. ille hoc dixit. ille sic detraxit: cũ fortasse etiã ad me falsa. qꝛ et hoc põt fieri pferanf. Uerũtñ q̃cunq̧ perlata fuerint: si oportere videbif: loquar inde charitati vestre. ante oculos vestros volo sit vita nostra. Scio qꝛ q̃rentes licentiã male faciendi querunt sibi exẽpla male viuẽtiũ: et multos ĩfamant: vt socios inuenisse videantur.

¶ Ideo qđ nostrũ est fecim⁹ plus qđ faciam⁹ nõ habem⁹: ante vr̃os oculos sumus: nullius aliquid desideramus: nisi bona opera vestra. Et vos ex hortoꝛ frēs mei. si aliquid vultis clericis dare. sciatis qꝛ nõ debetis quasi vicia coꝝ fouere cõtra me. Omnibus offerte qđ vultis offerre de voluntate vestra. quod cõmune erit. distribuef vnicuiq̧: sicut cuiq̧ opus erit. Gazophilaciũ attendite: et oẽs habebim⁹. Ual de me delectat si ipsum fuerit presepe nostrũ: vt nos simus iumenta dei. vos ager dei. Nemo det birrhũ lineã tunicam nisi in cõmune. De cõmuni accepi et mihi ipsi: cum scio cõmune me velle habere: quicqd habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra: quib⁹ ego solus quasi decentius vtar. Offeratur mihi: verbi gratia. birrhũ preciosum forte decet epm: q̃uis non deceat augustinũ. i. hoiem pauperem: de paupibus natũ. Modo dicturi sunt hoĩes qꝛ inueni preciosam vestem: quã nõ possem habere. vel i domo patris mei: vel in illa seculari professione mea. Non decet. Talē debeo habere: qualem possum. si non habuerit: fratri meo dare. Qualem potest habere presbiter: qualem potest habere decēter diaconus et subdiacon⁹: talem volo accipere: qꝛ i in commune accipio. Si quis meliorē dederit. vendo: quod et facere soleo vt quando nõ potest vestis esse cõmunis: preciũ vestis possit esse commune. Uendo et erigo pauperibus. Si hoc eũ delectat: vt ego habeam. talē det de qua non erubescam. Fateoꝛ enim vobis de preciosa veste erubesco: quia non decet hanc ꝓfessionē: nõ decet hanc ammonitionē. nõ decet hec membra. non decet hos canos. Etiã illud dico: si forte in nr̃a domo: in nostra societate eger est aliquis. vel post egritudinem vt necesse sit eũ ante horã prandij reficere. nõ prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod eis videf vt mittãt. Prandiũ tñ et cenã extra nemo habebit. Ecce dico. auditis audiunt. Qui habere voluerit propriũ: et de ꝓprio viuere: et contra ista precepta nostra facere. paratum est vt dicam. nõ mecum manebit sed clericus nõ erit. Dixeram

enim ꝛ scio me dixisse: vt si nollent su=
scipere socialē vitā mecū: nō illis tolle
rem clericatū. seorsum manerent: seor=
sum viuerent. quō nossent deo viuerēt.
Et an̄ oculos posui: q̄ꝫtuꝫ mali sit a ꝓ
posito cadere. Q Malui em̄ ha
bere vel claudos: q̄ꝫ plāgere mortuos
Qui enim hipocrita est: mortuus est.
Quomodo ergo quicunq̄ꝫ voluisset ex
tra manere ꝛ de suo viuere: nō ei tolle=
rē clericatū. ita mō q2 placuit illis deo
ꝓpicio socialis hec vita. q̄sq̄s cū hipo=
crisi vixerit: q̄sq̄s inuētus fuerit habēs
ꝓpriū: nō illi pmittovt idē faciat testa
mentū: sꝫ delebo eū de tabula clericoꝝ
Interpellet ꝯtra me mille cōcilia: na=
uiget ꝯtra me q̄ voluerit. sit certe vbi
potuerit. adiuuabit me dn̄s: vt vbi ego
ep̄s sum: ille cleric⁹ esse nō possit. Au=
distis. Audierūt. Sꝫ ꝛ spero in deū no
strū: ꝛ miam ei⁹ q2 sicut dispositionem
meā istā hilariter acceperūt: sic eā pu=
re fideliter q̄ꝫ s̄uabūt. Dixi aliq̄d suum
nō habere pbr̄os cohabitatores meos
int̄ q̄s est ꝛ pbr̄ barnabas: sꝫ ꝛ de illo
audiui quedā fuisse iactata. ante om=
nia q2 emit villā a dilecto ꝛ honorabi
li filio meo eleusino. hoc falsum ē. Mo
nasterio donauit ille: nō vēdidit. Ego
sum testis. Quid āplius q̄ratis igno=
ro? Ego sum testis. donauit ille: nō vē=
didit. Sꝫ dū nō credit̄ donare potuisse
creditus est vendidisse. Btūs hō q̄ tam
bonū opus fecit: vt nō crederet̄. Cū vl̄
mō credite ꝛ detractores audire libē=
ter desinite. Iā dixi. Ego sū testis. Di
ctū est de illo anno prepositure sue ꝑi
dustriā debita fecerit: vt dum volo ego
reddi debita: darē illi poscenti fundū
victorianensem: tanq̄ꝫ dixisset mihi: vt
reddā debita mea da mihi in decē an=
nos fundū victorianensem. Et hoc fal=
sum est. Sꝫ fuit vnde rumor nasceret̄.
Fecit debita reddēda. a nobis reddita
sunt partim vnde potuerunt. Reman=
sit aliquid qđ nō debeat̄ etiā monaste
rio illi. qđ ꝑ ip̄m de⁹ instituit. Cū ergo
rem īsisset: cepimus q̄rere: vnde debi=
tū redderemus. Ad cōductionē ipsius
fundi nullus accessit: nisi quadragin=
ta solidos offerens pensionē. Sed vi=
dimus fundū āplius posse dare. Et vt
celerius debitū redderet̄. cōmisi fidei
eius vt de ipsa cōductione lucra nō re
q̄rerent fratres: sed quicq̄d daret fun=
dus de ipsis fructibus: imputarēt ad
debitum. Fide agit̄. Paratus est pbr̄
vt aliū ꝯstituā: q̄ de fructib⁹ fratribus
reddat. Ex nūero vr̄o sit aliq̄s cui hoc
cōmittā. ex numero ip̄oꝝ q̄ ad nos ta=
lia ꝑtulerūt. R Sūt eñ i vobis
hoīes religiosi: q̄ eū rumore falso rep̄=
hensum esse doluerūt: ꝛ tn̄ crediderunt
factum. Ex ipsis ꝫ aliq̄s veniat ad nos
su scipiat possessionē. oēs fructus p̄cū̄s
suis fideliter vēdat: vt reddi possit faci
lius qđ debet̄: ꝛ hodie recedit idē cura
pbr̄i. Loc⁹ etiā ip̄e vbi monasteriū cō
stitutū ē: a memorato honorabili filio
meo Eleusino ip̄i pbr̄o barnabe dona
tus ē. Anteq̄ꝫ ordinaret̄ pbr̄: in ip̄o lo
co monasteriū instituit. Sed tn̄ q2 noīe
ipsius donat⁹ erat loc⁹: mutauit istru
mēta. vt noīe monasterij possideat̄ de
fundo victorianēsi. Ego rogo. ego hor
tor. ego peto: vt si q̄s religiosus ē: fide
agat: ꝛ exhibeat eccl̄ie istā operā: vt ci
to debitū reddat̄. Qđ si nemo de lai=
cis fuerit inuētus: ego p̄pono aliū: taꝫ
iste illuc nō accedit. Quid vult; āpl̄s⁹ꝫ
Nemo laceret seruos dei q2 nō expedit
lacerātibus. Seruis dei q̄dem merces
falsis detractiōib⁹ crescit: sꝫ crescit etiā
pena detrahētib⁹. Nā nō sine causa di
ctū est. Gaudete ꝛ exultate qm̄ detra=
hūt de vobis dicētes falsa: q2 merces
vr̄a magna est in celis. Nolum⁹ cū de
trimēto vr̄o magnā habere mercedē.
Minus ibi habeam⁹: ꝛ tamē vobiscū
ibi regnemus. Amen.

Explicitunt duo sermones aure=
lij Augustini de vita ꝛ moribus cleri=
corum.

¶ Ex libro retractationum beati Augustini ĩ librũ de vͣa religiõe eiusdẽ. S

DE vera religione librũ scripsi. in quo multipliciter ꝛ copiosissime disputatur: vnũ verũ deum. i. trinitatem patrẽ ꝛ filiũ ꝛ spiritũ sanctũ religiõe vͣa colẽdũ: ꝛ quãta misericordia eius ꝑ tẽporalẽ dispẽsationẽ cõcessa sit hoĩbus xp̃iana religio. q̃ vͣa religio ẽ ꝛ ad cũdẽ cultũ dei quẽadmodũ sit hõ quadã sua vita coaptãdus. Maxime tñ ꝯtra duas naturas manicheorũ liber hic loquitur. In hoc libro quodã loco. Sit inq̃ tibi manifestuʒ atq̃ ꝑceptũ nullũ errorẽ in religiõe eẽ potuisse: si anima pro deo suo nõ coleret animã aut corpus aut fantasmata sua. Hic aĩam ꝓ vniuersa creatura incorporali posui nõ loquẽs more scripturarũ. q̃ animã qñ nõ trãslato vͦbo vtunt̃ nescio vtrũ velint ĩtelligi nisi eã qua viuũt aĩalia mortalia. in q̃bus ꝛ hoĩes sunt: q̃diu mortales sunt. Paulo post aũt eũdẽ sensuʒ melius suʒ breuiusq̃ cõplexꝰ. Ubi dixi. Nõ ĝ creature potiꝰq̃ creatori seruiamꝰ. nec euanescamꝰ in cogitatõibꝰ nr̃is. ꝛ ꝑfecta religio ẽ. Creaturã q̃ppe vno noĩe vtrãq̃. i. sp̃ualẽ corporalẽq̃ significaui. Restat qd̾ ibi dixi. aut fantasmata sua ꝓpt̃ qd̾ hic dixi: nec euanescamꝰ in cogitationibꝰ nr̃is. Itẽ qd̾ dixi: ea ẽ nostris tẽporibus xp̃iana religio. quã cognoscere ac seq̃ securissima ꝛ certissima salus ẽ: sm̃ hoc nomẽ dictũ ẽ: nõ sꝫ ipsaʒ rẽ cuiꝰ hoc nomẽ ẽ. Nã res ipsa q̃ nũc xp̃iana religio nũcupat̃: erat ꝛ apud antiq̃s. nec defuit ab initio generis humani. quousq̃ ipe xp̃s veniret ĩ carne: vñ vͣa religio q̃ iã erat cepit appellari xp̃iana. Cũ eñ eũ post resurrectionẽ ascẽsionẽq̃ ĩ celũ cepissent apl̃i ꝑdicare ꝛ plurimi crederẽt ꝑmũ apud ãtiochiã: sicut scriptũ ẽ appellati sunt discipuli xp̃iani. Propterea dixit. Hec ẽ nr̃is tẽporibus xp̃iana religio. nõ q̃ꝛ ꝑoribꝰ tẽporibꝰ nõ fuit sꝫ q̃ꝛ posterioribus hoc nomẽ accepit. ¶ Alio loco intẽde igit̃ inquã ĩ hec q̃ sequunt̃ diligent̃ ꝛ pie q̃ñtũ potes. tales eñ adiuuat deꝰ. Qd̾ nõ ita ĩtelligẽdũ ẽ: q̃si tm̃mõ tales adiuuet. cũ adiuuet etiaʒ nõ tales vt sint tales. i. vt diligent̃ ꝛ pie q̃rãt. Tales aũt adiuuat vt ĩueniãt. Itẽq̃ alibi. Deĩde inq̃ iã erit ꝯseq̄ns vt post mortẽ corpalẽ quã debemꝰ p̃mo pctõ tpe suo atq̃ ordĩe suo hoc corpꝰ restituat̃ p̃stĩe stabilitati. Qd̾ sic accipiẽdũ ẽ: q̃ꝛ ẽt p̃stina stabilitas corpis quã peccãdo amisimꝰ hẽbat tãtã felicitatẽ vt ĩ defectũ nõ vͦgeret senectutis. Huic ĝ p̃stine stabilitati restituet̃ hoc corpꝰ ĩ resurrectionẽ mortuoꝝ. Sꝫ habebit ãpliꝰ vt nec alimẽtis corpalibꝰ sustẽtet̃: sꝫ ad sufficiẽtiã viuificet̃ solo sp̃ũ: cũ resurrexerit in spm̃ viuificantẽ. Qua cã ẽt sp̃uale erit. Illd̾ aũt qd̾ p̃mũ fuit: q̃uis nõ moritur: nisi hõ peccasset: tñ aĩale factũ ẽ. hoc ẽ aĩam viuẽtẽ. Et alibi. Usq̃ adeo inq̃ pctm̃ volũtariũ malũ ẽ vt nullo mõ sit pctm̃: si nõ sit volũtariũ. Põt videri falsa hec diffinitio: sꝫ si diligent̃ discutiat̃: inuenit̃ eẽ vͦissima. Pctm̃ q̃ppe illd̾ cogitãdũ ẽ: qd̾ tm̃mõ pctm̃ ẽ: nõ qd̾ ẽ ẽt pena pctĩ: sicut supiꝰ ostendi. cũ q̃dã cõmemorarẽ ex libro t̃tio de libero arbitrio. Quãuis ꝛ illa: q̃ nõ ĩmerito nõ volũtaria pctã dicunt̃: q̃ꝛ vl̃ a nesciẽtibꝰ vl̃ a coactis ꝑpetrant̃. nõ oĩno p̄nt sine volũtate cõmitti: q̃m ꝛ ille q̃ peccat ignorãs: volũtate vtiq̃ facit qd̾ cũ faciẽdũ nõ sit: putat eẽ faciẽdũ. Et ille q̃ ꝯcupiscẽte aduersus spm̃ carne: n̄ ea q̃ vult facit: ꝯcupiscit q̃dẽ nolẽs: ꝛ in eo non facit qd̾ vult. Sꝫ si vincit̃ ꝯcupiscẽtie ꝯsentit volẽs: ꝛ in eo nõ facit nisi quod vult liber scꝫ iusticie seruusq̃ pctĩ: ꝛ illud qd̾ in paruulis dr̾ originale pctm̃ cũ adhuc nõ vtant̃ arbitrio volũtatis.

non absurde vocat etiā voluntariū:q2
ex primi hoīs mala volūtate ꝯtractū:
factū est quodāmodo hereditariū.
V Si itaqꝫ falsum ē quod dixi. Vs
qꝫ adeo pctm̄ voluntariū maluz est:vt
nullo modo sit pctm̄:si nō sit volunta
riū. Jdeo gratia dei nō solum reatus
omniū preteritoꝝ soluit in oībus q̄
baptizant in xp̄o quod fit spū regene=
rationis. verū etiā in grandibus vo=
luntas ipsa sanat ꝛ preparat a domi=
mino:quod fit spū fidei ꝛ charitatis.
Alio loco ī eo qđ dixi de dn̄o Jesu xp̄o
nihil egit vi:sꝫ oīa suadēdo vl' mo=
nēdo:nō mihi occurrerat:qđ vēdētes
ꝛ emētes flagello eiecit de tēplo. Sꝫ
q̄d hoc aut quātū est? Quāuis ꝛ demo
nes nolētes ab hoībus : non sermone
suasionis:sꝫ vi potestatis eiecerit. Jtē
loco alio. Prius inquā isti sequendi
sunt qui vnū ꝛ summū ꝛ solum ꝛ verū
deū colendum esse dicunt si apud hos
veritas non eluxerit tunc demū mi=
grandum est. Quod ita potest vide=
ri dictū quasi de huius religionis ve=
ritate dubitauerim. Dixi autē sicut ei
ꝯgruebat ad quē scribebā. Sic eñ di
xi. Si apud hos veritas nō eluxerit ni
hil dubitās quod apđ eos elucesceret.
quēadmodū ait apostolus. si xp̄s non
resurrexit:nō vtiqꝫ dubitans qꝛ resur=
rexit. Jtē quod dixi. Nec miracula il=
la in nostra tempora durasse permissa
sunt:ne anima semꝑ visibilia quereret
ꝛ eoruz ꝯsuetudine frigesceret genus
humanū: quoruz nouitate flagrauit.
Verū est quidē. Nō eñ nunc vsqꝫ:cum
manus imponit baptizatis. sic acci=
piunt spm̄ sanctū vt loquantur linguis
omniū gētiū. atqꝫ nūc vsqꝫ ad vmbrā
transeuntiū predicatorum xp̄i sanan=
tur infirmi. ꝛ si qua talia tūc facta sunt
q̄ postea cessasse manifestuz est. Sꝫ nō
sic accipiēdum est quod dixi. vt nūc in
xp̄i nomine fieri nulla miracula credā
tur. Nam ego ipse qn̄ istū librum scri=
psi ad mediolanensium corpora mar=
tyrum:in eadē ciuitate cecum illumi=
natū fuisse iā nouerā:ꝛ alia nōnulla q̄
lia tā multa etiā istis tēporibus fiūt:vt

nec oīa cognoscere:nec ea q̄ cogno=
scimus enumerare possimus. Et alio
loco illud qđ dixi. Sicut ait apostolꝰ.
Oīs ordo a deo est:nō eisdem ꝟbis
hoc dixit apl's:q̄uis eadē videat esse
sn̄ia. Ait q̄ppe ille. X Que aūt
sunt a đo ordīata sunt. Et alibi. Pror
sus inquā nemo nos fallat. Quicq̄d re
cte vitupat in melioris cōparatione
respuit. Hoc de substātijs atqꝫ natu=
ris dictū est. inde eñ disputabat : non
de bonis actōibus atqꝫ pctīs. Jtēꝫ a
libi. Sꝫ ne sic q̄dē inquā ab hoīe ho=
mo diligēdus ē:vt diligunt carnales
frēs vel filij:vel ꝯiuges. vel q̄cunqꝫ co
gnati. aut affines. aut ciues. Nam ꝛ
ista dilectio tēporalis est. Non eñ vl=
las tales necessitudines haberemus:
q̄ nascēdo ꝛ moriēdo ꝯtingunt. si na=
tura nostra in p̄ceptis ꝛ imagine dei
manēs in istā corruptionē nō relega=
ret. Hunc sensuz prorsus improbo quē
iam ꝛ supius improbaui in p̄mo libro
de genesi contra manicheos. Ad hoc
eñ ducit vt credant illi ꝯiuges primi
nō generaturi posteros hoīes nisi pec
cassent:tanq̄ necesse fuerit vt moritu=
ri gignerent. si de ꝯcubitu maris ꝛ fe
mine gignerent. Modū eñ viderā fie=
ri potuisse vt nō morituri de nō mori=
turis nascerent. si pctō illo magno nō
mutaret in deterius humana natura.
ac ꝑ hoc si in parentibus ꝛ in filijs fe=
cunditas felicitasqꝫ mansisset:vsqꝫ ad
certū sanctorū numerū quā p̄destina=
uit deus nascerent hoīes nō parēti=
bus successuri moriētibus:sꝫ cū viuēti=
bus regnaturi. Essent ḡ etiā iste icog=
natōes ꝛ affinitates:si nullus delinq̄=
ret:nullusqꝫ moreret. Jtē alio loco.
Ad vnū deū tēdētes inquā:ꝛ ei vni re
ligātes aīas nostras. vn̄ religio dicta
credit. oīi supstitione carcamus. Jn
his ꝟbis meis ratio q̄ reddita est:vn
de sit dicta religio plus mihi placuit.
Nā nō me fugit aliā noīs huius ori=
ginem exposuisse latini sermonis au=
tores : qꝛ inde sit appellata religio qꝛ
relegatur. Quod verbum composi=
tū est a legēdo:id est eligendo:vt ita

latinū videat religio ſicut eligo.

¶Hic liber ſic incipit. Cum omnis vite bone ac beate.

¶Incipit liber Augustini de vera religione ad Rominianum. y

Cum omīs vite bone ac beate via in vera religiōe ſit ↄſtituta q̄ vnus de⁹ colit: ⁊ purgatiſſima pietate cognoſcit: p̄ncipiū naturar̄ oīū a q̄ vniuerſitas ⁊ ichoat ⁊ pficit ⁊ ↄtinet. Hinc euidēti⁹ error dep̄hēdit eor̄ aplor̄: q̄ multos deos colere q̄ vnū verū deū ⁊ dn̄ȝ oīū maluerūt. q cor̄ ſapiētes q̄s philoſophos vocāt ſcolas habebāt diſſentiētes ⁊ tēpla cōmunia: nō eīn vel pplos vel ſacerdotes latebat. de ipor̄ deor̄ natura q̄ diuerſa ſentirēt: cū ſuā q̄ſq̧ opinionē publice ↄfiteri nō formidaret: atq̧ oibus ſi poſſet pſuadere moliret. oēs tn̄ cū ſectatorib⁹ ſuis diuerſa ⁊ aduerſa ſentiētib⁹ ad ſacra cōia nullo ꝓhibēte veniebāt. Nō nūc agit q̄s cor̄ veri⁹ ſenſerit ſȝ certe illud ſatis q̄tū mihi videt apparet. aliud eos i religiōe ſuſcepiſſe cū pplo. ⁊ aliud eodē ipo pplo audiente defēdiſſe puatim. Socrates aūt audatior ceter̄ fuiſſe phibet iurādo p canē quēlibet ⁊ lapidē quēlibet ⁊ q̄cq̄d iuraturo eſſet in p̄ōptu: ⁊ q̄ſi ad manū occurriſſet. Credo itelligebat q̄liacunq̧ opa nature: q̄ adminiſtrāte diuina ꝓuidētia gignerent: multo q̄ hoīm ⁊ q̄rūlibet opificū eſſe meliora: ⁊ iō diuis honorib⁹ digniora q̄ ea q̄ i tēplis colebant. Nō q vere lapis ⁊ canis eſſent colēda ſapiētib⁹: ſȝ vt hoc mō itelligerēt q̄ poſſent: tāta ſupſtitiōe demerſos eſſe hoīes: vt emergētib⁹ hic eſſet tam turpis demōſtrādus ḡdus: ad quē venire ſi puderet: viderēt q̄to magis pudēdū eſſet i turpiori ↄſiſtere. Simul ⁊ illos q̄ mūdū iſtū viſibilē: ſummū deū eſſe opinabāt: admonebat turpitudinis ſue docēs eſſe ↄſequēs: vt q̄libet lapis tanq̄ ſummi dei pticula iure coleret. Q̄ ſi execrarent: mutarēt ſniam ⁊ vnū deū colerēt: quē ſolū ſupra mentes n̄ras ēēe: ⁊ a q̄ oēm aīam ⁊ totum iſtū mūdū fabricatū eſſe ↄſtaret. z Poſtea ſuaui⁹ ad legēdū: q̄ potētius ad pſuadēdū ſcripſit plato. Nō eīn ſic iſti id eſt ſocrates ⁊ plato nati erāt vt pplor̄ ipor̄ opinionē ad verū cultū veri dei a ſimulacror̄ ſupſtitiōe atq̧ ab hui⁹ mūdi vanitate ↄuerterēt. Ita q̧ ⁊ ipe ſocrates cū pplo ſimulacra venerabat: ⁊ poſt eius dānationē mortēq̧ nemo auſus ē iurare p canē: nec appellare quēcūq̧ lapidē iouē: ſȝ hec tm̄mo do memorie lr̄is mādare. Q̄ vtrū timore ſeueritat̄ an aliq̄ cognitiōe tēporū fecerit: iudicare nō eſt meū. Illud tn̄ ſi dētiſſime dixerī pace hor̄ oīm q̄ eor̄ libros peruicacit diligūt. Xp̄ianis tpibus q̄nā religio potiſſimū tenēda ſit: ⁊ q̄ ad v̄itatē ac btitudinē via ē nō eſſe dubitandū. Si eīn plato ipe viueret: ⁊ me interrogātē nō aſpnaret. vel poti⁹ ſi q̄s ei⁹ diſcipul⁹ eoipo tpe q̄viuebat: cū ſibi ab illo pſuaderet: nō corporeis oculis: ſȝ pura mēte v̄itatē videri. cui q̄cūq̧ aīa iheſiſſet eā beatā fieri atq̧ pfectā: ad quē pcipiēdā mihil magis ipedire: q̄ vitā libidinib⁹ deditā: ⁊ falſas imagines rerū ſenſibiliū: q̄ nobis ab hoc ſenſibili mūdo p corp⁹ impreſſe varias opiniones erroreſq̧ generarēt q̄obrem ſanandum eſſe animū ad intuendā incōmutabilē rerū formā. ⁊ eodē modo ſemp ſe habentē: atq̧ vndiq̧ ſui ſimilē pulcritudinē: nec diſtentam locis: nec tpe variatā. ſed vnū atq̧ idē omni ex parte ſeruantē: quā nō credes

rent esse hoies: cū ipsa vere summeqꝫ
sit cetera nasci. occidere. fluere labi. ⁊
tñ inquātū sunt ab illo eterno deo per
eius veritatē fabricata cōstare. in qui=
bus anime tm̄ rationali ⁊ intellectua=
li datū est. vt eius eternitatis contem=
platione perfruaꝛ: atqꝫ afficiaꝛ: orne=
turqꝫ ex ea eternāqꝫ vitā possit mereri
sed dū nascentiū atqꝫ trāseuntiū rerum
amore ac dolore sauciaꝛ: ⁊ dedita con=
suetudini hui⁹ vite atqꝫ sensib⁹ corpo
ris: inanibus euanescit imagīb⁹. ir=
ridet eos q̄ dicūt eē aliqd qđ neqꝫ istis
videaꝛ oculis: nec vllo fantasmate co=
giteꝛ: sed mente sola ⁊ intelligētia cer
ni queat. cum hec ergo a magistro sibi
persuaderenꝛ: si ex eo q̄reret ille disci=
pulus. vtrū si quisqꝫ existeret vir ma=
gnus atqꝫ diuin⁹. q̄ talia pplis psua=
deret credēda saltē: si pcipere nō vale=
lerent: aut si q̄ possent pcipere: nō pra=
uis opinionib⁹ multitudinis īplicati
vulgarib⁹ obrueꝛ erroribus: eū diui=
nis honorib⁹ dignū iudicaret: r̄nderet
credo ille nō posse hoc ab hoīe fieri: ni
si quē forte ipsa dei virt⁹ atqꝫ sapien=
tia ab ipsa rerū natura exceptum: nec
hominū magisterio sed intima illumi=
natione ab incunabilis illustratū: tan
ta honestaret grā: tanta firmitate ro=
boraret. tanta deniqꝫ maiestate subue
heret: vt oīa cōtēnendo: q̄ praui homi
nes cupiūt. ⁊ oīa ppetiendo q̄ horre=
scūt. ⁊ oīa faciendo q̄ miranꝛ: gen⁹ hu
manū ad tā salubrē fidē summo amo=
re atqꝫ autoritate ꝯuerteret. ¶
De honorib⁹ vero eius frustra se con=
suli cū facile possit existimari: q̄ti ho=
nores debeanꝛ sapiētie dei: qua gestā=
te ⁊ gubernāte ille pro vra salute gene
ris humani: magnū aliqd propriū: ⁊
qđ supra hoīes esset mereret. Que si
facta sunt si lr̄is munimētisqꝫ celebrā=
tur. si ab vna regione terraꝝ in q̄ sola
vn⁹ colebaꝛ de⁹: ⁊ vbi talē nasci opor
tebat: p totū orbē terraꝝ missi electi vi
ri vtutib⁹ atqꝫ sermonib⁹ diuini amo
ris incēdia cōcitarūt: si confirmata sa=
luberrima disciplina illuminatas ter=
ras posteris reliquerunt: ⁊ ne de pre=
teritis loquar q̄ pōt quisqꝫ nō credere
si hodie p gentes pplosqꝫ predicaꝛ. in
principio erat vbū: ⁊ verbū erat apud
deū: ⁊ de⁹ erat verbū: hoc erat in prin=
cipio apud deū: oīa p ipz facta sunt: ⁊
sine ipo factū est nihil. si ad hoc perci=
piendū diligendū perfruenduz: vt aīa
sanetꝛ: ⁊ tante luci hauriende mentis
acies ꝯualescat: diciꝛ auaris. nolite vo
bis ꝯdere thesauros ī tra. vbi tinea ⁊
erugo extermināt. ⁊ vbi fures effodiūt
⁊ furanꝛ. sꝫ thesaurizate vobis thesau
ros ī celo: vbi neqꝫ tinea neqꝫ rubigo
exterminat: neqꝫ fures effodiunt neqꝫ
furanꝛ: vbi eñ est thesaurus tuus ibi
est ⁊ cor tuū. diciꝛ luxuriosis: q̄ semīat
in carne. de carne metet corruptionē.
q̄ seminat in spū de spū metet vitā etr=
nā. diciꝛ supbis: q̄ se exaltat humilia=
biꝛ: ⁊ q̄ se hūiliat exaltabiꝛ. diciꝛ ira=
cundis: accepisti alapā: para alteram
maxillā. diciꝛ discordiosis: diligite ini
micos vros. diciꝛ supstitiosis: regnum
dei intra vos est. diciꝛ curiosis: nolite
q̄rere q̄ videnꝛ: sꝫ q̄ nō videnꝛ: q̄ eñ vi
denꝛ tpalia sunt: q̄ aūt nō videnꝛ etna
sunt. postremo dr̄ oīb⁹. nolite diligere
mūdū: neqꝫ ea q̄ ī mūdo sūt qm̄ q̄ ī mū
do sūt ꝯcupiscētia carnis ē: ⁊ ꝯcupiscē
tia oculoꝝ: ⁊ ambitio seculi: si hec per
totū orbē iā pplis leguntꝛ: ⁊ cū venera
tione libentissime audiunꝛ: si post tm̄
sanguinē: tātos ignes tot cruces mar=
tyrū: tāto fertilius ⁊ vberius vsqꝫ ad
barbaras natiōes eccl̄ie pullularunt:
si tot iuuenū ⁊ virginū millia ꝯtemnē
tiū nuptias: casteqꝫ viuentiū. iam ne=
mo miraꝛ qđ cū fecisset plato vsqꝫ ad
eo peruersam tēporꝫ suorū timuit opi=
nionē: vt perhibeaꝛ sacrificasse natu=
re naturā execratus: vt tanq̄ pctm̄ il=
lud aboleretꝛ: si hec sic accipiunꝛ: vt q̄=
modo antea talia disputare: sic nunc
cōtra disputare monstruosum sit. si ta=
li pollicitationi atqꝫ spōsioni per oēs
terrarū partes quas hoīes incolūt sa=
cra christiana traduntur. si hec quoti=
die leguntꝛ in ecclijs. ⁊ a sacerdotibus
exponunꝛ. si tundūt pectora q̄ conanꝛ
hec implere. si tam innumerabiles ag=

gredian͡t hanc viam. vt desertis diuitijs ⁊ honoꝛibus huius mundi ex om ni hominu͡ꝫ gn̄e vni deo summo tota͡ꝫ vita͡ꝫ dicare volētiu͡ꝫ. deserte quo nam insule ac multaru͡ꝫ terraru͡ꝫ solitudo cōpleat͡. si deni͡ꝗ ꝑ vrbes at͡ꝗ oppida castella vicos ⁊ agros etia͡ꝫ villas͡ꝗ priuatas in tantu͡ꝫ apte suadetur ⁊ appetit͡ a terrenis auersio. ⁊ in vnū deū versu͡ꝗ ꝯuersio. vt quotidie ꝑ vniuersu͡ꝫ oꝛbē humanu͡ꝫ genus vna pene voce respondeat. sursu͡ꝫ coꝛda se habere ad dn̄m: quid adhuc oscitamus crapulā hesternā: ⁊ in moꝛtuis pecudibus diuina eloquia ꝑscrutamur? B Si quādo aūt ad disputationē venit͡: platonico noīe oꝛa crepantia: ꝗ͡ pectus vero deo plenu͡ꝫ magis habere gestimus. Qui ergo sensibilē istu͡ꝫ mundu͡ꝫ ꝯtēnere: ⁊ anima͡ꝫ virtute purganda͡ꝫ summo deo subijcere at͡ꝗ subiugare vanum aut malum putant: alia ratione refellēdi sunt. si tamē cu͡ꝫ his dignu͡ꝫ est disputare. Qui autē bonu͡ꝫ ⁊ appetēdu͡ꝫ fatent͡: cognoscant deu͡ꝫ ⁊ credant deo per quem populis iam omnibus hec credēda ꝑsua sa sunt: quod vti͡ꝗ ab ipsis fieret si tantu͡ꝫ valerēt: aut si non fieret. crimē inuidentie vitare nō possent. Ergo cedant ei a quo factum est. nec curiositate aut inani iactātia impediant͡ quo minus agnoscant quid intersit inter paucoꝛu͡ꝫ tumidas ꝯiecturas. ⁊ manifesta͡ꝫ salutē coꝛru ꝑtionē͡ꝗ populoꝛu͡ꝫ. illi enī si reuiuiscerēt quoꝛu͡ꝫ isti nominibus gloriant͡. ⁊ inuenirēt refertas ecclesias. tēpla͡ꝗ deserta: ⁊ a cupiditate bonoru͡ꝫ tēpoꝛaliu͡ꝫ ⁊ fluētiu͡ꝫ ad spem vite eterne ⁊ bona spūalia ⁊ intelligibilia vocari ⁊ currere humanū genus: dicerent foꝛtasse (si tales essent quales fuisse memoꝛant͡) hec sunt ꝙ̄ nos ꝑsuadere populis non ausi sumus. ⁊ coꝛu͡ꝫ potius ꝯsuetudini cessimus: ꝗ͡ illos in nostrā fidē voluntatē͡ꝗ traduximus. ita͡ꝗ si hanc vitā illi viri nobiscu͡ꝫ rursu͡ꝫ agere potuissent. viderēt pꝛofecto cuius autoꝛitate facilius ꝯsuleret͡ hoibus. ⁊ paucis mutatis vbis at͡ꝗ sētētijs xp̄iani fierēt. sicut pleri͡ꝗ recētioꝛum nostroꝛū ꝗ͡ tēpoꝛu͡ꝫ platonici fecerunt. aut si hoc non faterent͡ nec facerēt: in superbia ⁊ inuidia remanētes: nescio vtru͡ꝫ possent ad ea ipsa ꝙ̄ appetenda ⁊ desideranda esse dixerāt cum istis soꝛdibus visco͡ꝗ reuolare. Na͡ꝫ tertio vicio curiositatis in ꝓcurandis demonibus: quo illi maxime cu͡ꝫ quibus nūc agit͡ pagani a xp̄iana salute reuocant͡. q͡ꝛ nimis puerile ē. nescio vtrū tales illi ꝓpedirent͡ viri. S͡ꝫ quoquomodo se habeat philosophoꝛu͡ꝫ iactantia. illud cuiuis intelligere facile ē religionē ab eis nō esse ꝙ̄ rēda͡ꝫ: ꝗ͡ eadē sacra suscipiebant cū populis. ⁊ de suoꝛū deoꝛū natura ac summo bono: diuersas ꝯtrarias͡ꝗ snīas in scholis suis eadē teste multitudine ꝑsonabant. C͡ꝫ si hoc vnu͡ꝫ tm̄ viciū xp̄iana disciplina sanatu͡ꝫ videremus ineffabili laude ꝓdicanda͡ꝫ esse nemin͡ꝫ negare opoꝛteret. Hereses nā͡ꝗ tā innumerabiles a regula xp̄ianitatis auerse testes sunt: nō admitti ad cōmunicanda sacramēta eos qui de patre deo ⁊ sapiētia eius: ⁊ munere diuino: aliꝰ sentiūt. ⁊ hoībus ꝑsuadere conantur: ꝗ͡ vitas postulat. C Sic ei credit͡ ⁊ docet͡: q̄d ē humane salut͡ꝫ caput. nō alia͡ꝫ eē philosophiā. i. sapiētie studiū. ⁊ aliā religionē. cū hi quoru͡ꝫ doctrina nō approbamus: nec sacramēta nobiscū cōicāt. Quod in illis minus mirandū ē ꝗ͡ coꝛū quo͡ꝗ sacramētoꝛū ritu dispares esse voluerūt: sicut nescio ꝗ͡ ꝓpētini ꝗ͡ appellant͡ manichei: sicut alij nōnulli. S͡ꝫ i illis magis aīaduertendū hoc magis͡ꝗ ꝓdicādu͡ꝫ ꝗ͡ paria sacramēta celebrantes. tn̄ quia snīa dispares sunt: ⁊ erroꝛes suos animosius defendere ꝗ͡ cautius coꝛrigere maluerunt exclusi a catholica cōmunione ⁊ participatione: quāuis paru͡ꝫ sacramētoꝛū ꝓpria vocabula: ꝑpꝛios͡ꝗ ꝯuētus: nō in s̄mone tantum: sed etiam in supstitione meruerunt. vt photiniani. arriani multi͡ꝗ preterea. Na͡ꝫ de his qui scismata fecerunt. alia

questio ē. Possent enī eos area dn̄ica vsq̄ ad tēpus vltime vētilationis velut paleas sustinere: nisi vēto supbie nimia leuitate cessissent: ⁊ sese a nobis vltro separassent. Judei xp̄o q̄uis vni oīpotēti deo supplicēt. sola tn̄ tēporalia ⁊ visibilia bona de illo expectantes. rudimēta noui populi ab humilitate surgētia in ipsis suis scripturis nimia securitate noluerunt aduertere: atq̄ ita in veteri hoīe remanserunt.

Que cū ita sint. neq̄ in ꝯfusione paganorū. neq̄ in purgamētis hereticorū. neq̄ in languore scismaticoꝝ. neq̄ in cecitate iudeorū q̄rēda ē religio: sꝫ apud eos solos q̄ xp̄iani catholici vel orthodoxi nominant᷑: id ē integritatis custodes ⁊ recta sectantes. Hec enī ecclesia catholica p̄ totū orbē valide lateq̄ diffusa: oīūbus errantibus vtit᷑ ad profectus suos ⁊ ad eorū correctionē cū euigilare voluerunt. Utit᷑ enī gētibus ad materiā opationis sue: hereticis ad probationē doctrine sue: scismaticis ad documētū stabilitatis sue: iudeis ad cōparationē pulcritudinis sue. Alios ergo inuitat. alios excludit. alios relinquit. alios antecedit. oībus tamē gratie dei participande dat ptātē. siue illi formandi sint adhuc. siue reformādi. siue recolligēdi. siue admittēdi. Carnales autē suos. i. viuētes aut sentiētes carnalr̄ tanq̄ paleas tolerat: quibus in area frumēta tutiora sunt: donec talibus tegminibus exuant᷑. D Sꝫ quia in hac area p̄ voluntate quisq̄ vel palea vel frumētū ē tādiu sustinet᷑ pctm̄ aut error cuiuslibꝫ. donec aut accusatorē inueniat aut prauā opinionē ptinaci animositate defendat. Exclusi aūt aut penitēdo redeunt. aut in nequiciā male libertate defluunt ad admonitionē nostre diligētie. aut scisma faciunt ad exercitationē nostre patiētie. aut heresim aliquā gignunt ad examē siue occupationē nostre intelligētie. Hi sunt exitus xp̄ianorū carnaliū: qui non poterūt corrigi aut sustineri. Sepe etiā sinit diuina prouidētia p̄ nonnullas nimiū

turbulētas carnaliū hominū seditiones expelli de congregatione christiana etiā bonos viros. quā cōtumeliā vel iniuriā suā cū patiētissime pro ecclesie pace tulerint. neq̄ vllas nouitates vl' scismatis vel heresis moliti fuerint. docebunt homines q̄ xp̄o affectu ⁊ quāta sinceritate charitatis deo seruiēdū sit. Taliū ḡ virorū propositum est. aut sedatis remeare turbinibus. aut si id nō sinant᷑. vel eadē tēpestate pseuerante. vel ne suo reditu talis aut seuior oriat᷑. tenēt voluntatē ꝯsulēdi etiā eis ipsis. quorū motibus pturbationibusq̄ cesserunt sine vlla ꝯuēticulorū segregatione vsq̄ ad mortē defendētes ⁊ testimonio iuuantes eā fidē quā in ecclesia catholica p̄dicari sciunt. Hos coronat in occulto pater. in occulto vidēs. Rarū hoc videt᷑ genus. sꝫ tamē exēpla non desunt. immo plura sunt q̄ credi potest. Ita oīnibus ḡnibus hominū ⁊ exēplorū ad animarū curationē ⁊ ad institutionē spūalis populi vtit᷑ diuina prouidētia. Quāobrē cū ante paucos annos promiserim tibi scribere charissime mihi rominiane. quid de xp̄a religione sentirē: tēpus nunc esse arbitratus sū postq̄ tuas acerrimas interrogationes sine vllo certo fine fluctuare: ea charitate qua tibi obstrictus sū diutius sustinere non possū. Repudiatis igitur omnibus qui neq̄ in sacris philosophantur: nec in philosophia consecrantur: ⁊ his qui vel praua opinione: vel aliqua simulatiōe supbiētes: ea regula ⁊ cōmunione ecclesie catholice deuiarunt ⁊ his qui sanctarū scripturarū lumē: ⁊ spūalis populi gratiā: quod nouū testamētū vocat᷑ hr̄e noluerunt: quos q̄ta potui breuitate pstrinxi: tenēda est nobis christiana religio: ⁊ eius ecclesie cōmunicatio q̄ catholica ē ⁊ catholica nominatur: nō solū a suis: verum etiā ab oībus inimicis. E Uelint enī nolint ve ipsi quoq̄ heretici ⁊ scismatū alūni q̄n nō cū suis sꝫ cū extraneis loquunt᷑. catholicā nihil aliud

q̃ catholicã vocant. Non enĩ possunt
intelligi: nisi hoc eã nomine discernãt
quo ab vniuerso orbe nũcupaꝛ. Huius
religionis sectande caput est hystoria
⁊ prophetia dispẽsationis tẽporalis
diuine prouidẽtie: pro salute gñis hu=
mani: in eternã vitã reformandi atq̃
reparandi. Que cũ credita fuerit mẽ
tẽ purgabit vite modus de diuinis p̃=
ceptis ꝯciliatus: ⁊ idoneã faciet spũa
libus ꝑcipiẽdis: q̃ nec p̃terita sunt: nec
futura: sꝫ eodẽ modo semꝑ manẽtia:
nulli mutabilitati obnoxia: id ẽ vni
ipi deo patri ⁊ filio ⁊ spũisancto. Qua
trinitate q̃tum in hac vita datum est
cognita: oñis intellectualis ⁊ aĩalis
⁊ corporalis creatura: ab eadẽ trini=
tate creatrice esse inq̃tũ ẽ. ⁊ ordina=
tissime administrari sine vlla dubita=
tione ꝑspicitur: non vt aliã partẽ to=
tius creature fecisse intelligaꝛ paꝛ ⁊
aliã filius: ⁊ aliã spũssanctus: sꝫ ⁊ si=
mul oĩa ⁊ vnãquãq̃ naturã patrẽ
fecisse ꝑ filiũ in dono spũssancti. Oĩs
enĩ res vꝉ substantia vꝉ essentia vꝉ na=
tura: vꝉ si quo alio v̾bo melius enun=
ciaꝛ simul hec tria habꝫ: vt ⁊ vnũ ali
quid sit: ⁊ spẽ propria discernaꝛ a ce=
teris: ⁊ rerũ ordinẽ non excedat. Quo
cognito satis apparebit q̃tum homo
assequi põt: q̃ necessariis ⁊ inuictis ⁊
iustis legibus deo ⁊ dño suo cuncta sub
iecta sint: ex quo illa oĩa q̃ prĩo cre=
dimus nihil nisi auctoritatẽ secuti ꝑ=
tim sic intelliguntur. vt videamus eẽ
certissima. partim sicvt videamus fie=
ri posse: atq̃ ita fieri oportuisse: dolea
musq̃ illos hec non credẽtes: qui nos
antea credẽtes irridere q̃ nobiscũ cre
dere maluerunt. Non enĩ iam illa ho
minis sacrosancta susceptio: ⁊ virgi=
nis partus. ⁊ mors filii dei pro nobis
⁊ resurrectio a mortuis. ⁊ in celũ ascẽ
sio ⁊ ꝯsessus ad dexterã patris. ⁊ pctõ
rũ abolitio. ⁊ iudicii dies. ⁊ corporũ
resuscitatio: cognita eternitate trini=
tatis. ⁊ mutabilitate creature: credũ=
tur tm̃ ⁊ nõ etiam iudicanꝛ ad summi
dei mĩam quã gñi humano exhibet ꝑ
tinere. Sꝫ quoniã v̾issime dictum est:
oportꝫ nullas hereses esse: vt probati
manifesti fiant inter vos. vtamur etiã
isto diuine prouidẽtie bñficio. Ex his
enĩ hoĩbus heretici fiunt: qui etiã si
essent in ecclesia: nihilominus errarẽt
Cũ aũt foris sunt plurimũ prosunt:
non verum docẽdo quod nesciunt: sed
ad verũ q̃rẽdũ carnales: ⁊ ad verum
aꝑiẽdum spũales catholicos excitan=
do. Sũt enĩ innumerabiles in ecclesia
sancta deo probati viri. sꝫ manifesti
nõ sunt inter nos: q̃diu impitie nostre
tenebris delectati: dormire maluimus
q̃ lucẽ v̾itatis intueri. ¶ Qua
propter multi vt diẽ dei videãt ⁊ gau=
deant ꝑ hereticos de somno excitanꝛ.
Utamur igiꝛ etiã hereticis nõ vt eorũ
approbemus errores: sꝫ vt catholicã
disciplinã aduersus eorũ insidias as=
serẽtes vigilãtiores ⁊ cautiores simꝰ
etiam si eos ad salutẽ reuocare nõ pos
sumus. Credo autem affuturũ deũ:
vt ista scriptura p̃cedẽte pietate legẽ=
tibus bonis: nõ aduersus vnam ali=
quã: sꝫ aduersus oĩs prauas ⁊ fal=
sas opiniones possit valere. Cõtra eos
tamẽ potissimũ ẽ instituta: q̃ duas na
turas vꝉ substantias singulis princi=
piis aduersus inuicẽ rebelles esse ar=
bitranꝛ. Offensi enĩ quibusdã rebus.
⁊ rursus quibusdã delectati: nõ earũ
quibus offenduntꝛ: sꝫ earũ quibus dele
ctanꝛ volũt esse auctorẽ deũ. Et cum
ꝯsuetudinẽ suã vincere nequnt: iam
carnalibus laq̃is irretiti: duas aĩas
esse in vno corpore existimant: vnã de
deo q̃ naturaliꝛ hoc sit quod ipse. alte
rã de gẽte tenebrarũ quã deus nec ge
nuerit: nec fecerit: nec protulerit: nec
abiecerit. sꝫ q̃ suã vitã: suã terrã: suos
fetus ⁊ aĩalia: suũ postremo habuerit
regnũ ingenitũq̃ pricipiũ. sꝫ q̃dã tpe
aduersus deũ rebellasse. Deũ aũt q̃ ali
ud quod faceret nõ hꝛet. ⁊ quomõ aliꝛ
posset hosti resistere nõ īueniret: neces
sitate oppressũ misisse huc aĩã bonã
⁊ quandã particulã sue substãtie: cu=
ius cõmixtione atq̃ miseria hostẽ tẽ=
peratũ eẽ somniãt: ⁊ mũdũ fabricatũ:
Neq̃ nunc opiniones eoꝝ refellimus

quod partim iam fecimus: partim quantum deus siuerit faciemus. Sz in hoc ope quo aduersus eos fides catholica tuta sit: et quomodo non pturbent animum ea quibus cōmoti homines in eorum cedūt sniam: rationibus quas dominus donare dignatur quantum possumus demonstramus. Illud sane in primis tenere te volo: quod bene nosti animum meum: nō hec fugiēde arrogantie gratia quasi solēniter dicere quicquid in his lris erroris inueniri poterit hoc solū mihi esse tribuēdū quicquid autē verum et pgruēter expositū: vni oīm bonorum munerū largitori deo. Quaobrē sit tibi manifestum atq; pceptū: nullū errorē in religione esse potuisse. si anima pro deo suo non coleret animā. aut corpus. aut fantasmata sua. aut horū aliqua duo piuncta. aut certe simul oīa. sz in hac vita societati gnis humani sine dolo tēporalit congruēs eterna meditaret: vnū deum colēs qui nisi pmaneret incōmutabilis: nulla mutabilis natura remaneret. Mutari autē animam posse. non quidē localit: sz tamē tēporaliter suis affectionibus quisq; cognoscit.

B Corpus aūt et tēporibus et locis esse mutabile cuiuis aduertere facile ē Fantasmata porro nihil sunt aliud quam de spē corporum corporeo sensu attracta figmēta: quae memorie mandare vt accepta sunt. vel partiri. vel multiplicare. vel ptrahere. vel distēdere. vel ordinare. vel pturbare. vel quolibz modo figurare cogitando facillimum ē: sz cum verū queritur cauere et vitare difficile. Non ergo creature potius quam creatori seruiamus: nec euanescamus in cogitationibus nostris. et pfecta religio est. Eterno enim creatori adherētes: et nos eternitate afficiamur necesse est. Sz quia hoc anima peccatis suis obruta et implicata p seipsam videre ac tenere non posset nullo in rebus humanis ad diuina capescēda interposito gradu per quem ad dei similitudinē a terrena vita homo niteretur: ineffabili misericordia dei tēporali dispēsatione p creaturam mutabilē: sz tamē eternis legibus seruiētē: ad cōmemorationē prime sue pfecte q; nature partim singulis hoībus: partim vero ipsi hominum generi subuenit. Ea ē nostris tēporibus xpiana religio: quam cognoscere ac sequi securissima et certissima salus est. Defendi autē aduersus loquaces. et aperiri quaerētibus multis modis potest: oīpotēte ipso deo p seipsum demonstrante quae vera sunt. et ad hec intuēda et pcipiēda: bonas voluntates p bonos angelos et quoslibz hoīes adiuuante. Eo modo autē quisq; vtit: quē videt pgruere his cum quibus agit. Ego ita quam diu multūq; psiderans. quales oblatrantes. et quales quaerētes expertus sum vel qualis ipse cū latrarē siue cum quaererē fuerim. hoc modo mihi vtēdū putaui. D Que vera esse pspexeris tene. et ecclie catholice tribue: quae falsa respue et mihi quod hō sum ignosce: quae dubia crede: donec aut respuēda esse: aut vera eē: aut sp credēda esse. vel ratio doceat vel pcipiat autoritas. Intēde igitur in hec quae sequuntur diligēter: et pie quantum potes. Tales enim adiuuat deus. Nulla vita ē quae non sit ex deo quia deus vtiq; summa vita ē: et ipse fons vite nec aliqua vita in quantum vita ē malū ē sz in quantum vergit ad mortē. Mors aūt vite nō ē nisi neqcia: quae ab eo q nec quicq; sit dicta ē. Et iō neqssimi hoīes nihili hoīes appellant. Uita ergo volūtario defectu deficiēs ab eo qui eā fecit. et cuius essentia fruebat et volēs ptra dei legē frui corporibus quibus eam deus prefecit: vergit ad nihilum. et hec est nequicia: non quia corpus iam nihil est. Nam et ipsum habz aliquam pcordiam partium suarū sine qua omnino esse non posset. Ergo ab eo factum est et corpus: quod oīs pcordie caput ē. Habet corpus quādā pacē sue forme: sine qua prorsus nihil esset. Ergo ille ē corporis pditor: a quo pax omnis ē et qui forma est infabricata atq; omnium formosissima: habz aliquam speciē sine qua corpus non est corpus. Si ergo queritur quis instituerit corpus: ille quaerat: qui ē omniū speciosissimus. Ois

eni species ab illo est. Quis est autem hic nisi deus vnus. vna veritas. vna salus omnium. et prima atque summa essentia. ex qua est omne quicquid est inquantum est. quia inquantum est quicquid est bonum est. Et ideo ex deo non est mors. Non enim deus mortem fecit: nec letatur in perditione viuorum: quoniam summa essentia esse facit omne quod est. Unde et essentia dicitur. Mors autem non esse cogit quicquid moritur inquantum moritur. Nam si ea que moriuntur: penitus morerentur: ad nihilum sine dubio peruenirent. Sed tantum moriuntur quantum minus essentie participant. Quod breuius ita dici potest. Tanto magis moriuntur quanto minus sunt. Corpus autem minus est quam vita quelibet. quoniam quantulumcunque manet in specie: per vitam manet: siue qua vnumquodque animal. siue qua vniuersa mundi natura administratur. Corpus ergo magis subiacet morti. et ideo vicinius est nihilo. Quapropter vita que fructu corporis delectata negligit deum inclinatur ad nihilum et ista est nequicia. Hoc autem pacto vita carnalis et terrena efficitur. et ob hoc etiam caro et terra nominatur. et quamdiu ita est regnum dei non possidebit. et eripietur ei quod amat. Id enim amat quod et minus est quam vita: quia corpus est. et propter ipsum peccatum quod amatur fit corruptibile: vt fluendo deserat amatorem suum: quia et ille hoc amando deseruit deum. precepta enim eius neglexit dicentis. Hoc manduca: et hoc noli. Trahitur ergo ad penas: quia diligendo inferiora: in egestate voluptatum suarum: et in doloribus apud inferos ordinatur. Quid est enim dolor qui dicitur corporis: nisi corruptio repentina salutis eius rei quam male vtendo anima corruptioni fecit obnoxiam.

J Quid est autem dolor qui dicitur animi: nisi carere mutabilibus rebus: quibus fruebatur: aut frui se posse sperabat? Ex hoc est totum quod dicitur malum id est peccatum et pena peccati. Si autem dum in hoc stadio vite humane anima degit: vincat eas quas aduersum se nutriuit cupiditates: fruendo mortalibus. et ad eas vincendas gratia dei se adiuuari credat: mente illi seruiens et bona voluntate: sine vlla dubitatione reparabitur: et a multis mutabilibus ad vnum incommutabile reuertetur: reformata per sapientiam non formatam: sed per quam formantur vniuersa: fructur quam deo per spiritum sanctum: quod est donum dei. Ita fit homo spiritualis omnia iudicans. vt ipse a nemine iudicetur. diligens dominum deum suum in toto corde suo in tota anima sua: in tota mente sua: et diligens proximum suum non carnaliter: sed tanquam seipsum: se autem spiritualiter diligit: qui ex toto quod in eo viuit deum diligit. In his enim duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Inde iam erit consequens: vt post mortem temporalem quam debemus primo peccato tempore suo atque ordine suo. hoc corpus restituatur pristine stabilitati quam non per se habebit sed per animam stabilitam in deo: que rursus non per se stabilitur: sed per deum quo fruitur. ideoque amplius quam corpus vigebit. Corpus enim per ipsam vigebit: et ipsa per incommutabilem veritatem: qui filius dei vnicus est: atque ita et corpus per ipsum filium dei vigebat: quia omnia per ipsum. Dono etiam eius quod anime datur: id est sancto spiritui. non solum anima cui datur salua et pacata et sancta fit: sed ipsum etiam corpus viuificabitur: eritque in natura sua mundissimum. Ipse enim dixit. Mundate que intus sunt: et que foris sunt munda erunt. Dicit et apostolus. Uiuificabit et mortalia corpora vestra propter spiritum manentem in vobis. Ablato ergo peccato auferetur et pena peccati: et vbi est malum? vbi est mors contentio tua: vbi est mors aculeus tuus? Uincit enim essentia nihilum: et sic absorbetur mors in victoria. Nec aliquid sanctificatis malus angelus oberit: qui diabolus dicitur. quia et ipse inquantum angelus est: non est malus, sed inquantum peruersus

propria volūtate. Fatēdū est em̄ ⁊ angelos natura eē mutabiles: si sol⁹ de⁹ est incommutabilis. Sed ea volūtate q̄ magis deū q̄ se diligūt: firmi ⁊ stabiles manent in illo ⁊ fruuntur maiestate ipsius: ei vni libentissime subditi.

R Ille aūt āgelus magis seip̄z q̄ deū diligēdo: subditus ei esse noluit ⁊ intumuit p̄ supbiā: ⁊ a summa essentia defecit ⁊ lapsus est. Et ob hoc minus est q̄ fuit: q2 eo q̄d min⁹ erat frui voluit: cum magis voluit sua potētia frui q̄ dei. Q̄q̄ em̄ nō summe tñ āpli⁹ erat: qñ eo q̄d summe est fruebat̄: qm̄ deus sol⁹ summe est. Quicq̄d aūt minus est q̄ erat: nō inq̄tū est. sed inq̄tū minus est: malū est. Eo em̄ q̄ min⁹ est q̄ erat: tendit ad mortem. Quid autē mirū si sit ex defectu inopia. ⁊ ex iopia inuidētia qua dyabolus vtiq̄ dyabolus est. Defectus aūt iste qui peccatuz vocatur. si tanq̄ febris inuitū occuparet. recte iniusta pena videret̄: q̄ peccātem cōsequit̄. ⁊ q̄ dānatio nuncupatur Nūc vero vsq̄ adeo pctm̄ volūtarium malū est vt nullo modo sit peccatum si nō sit voluntarium. Ex quo quidē ita manifestū est. vt nulla hinc doctorum paucitas: nulla indoctorū turba dissentiat. Quare aut negandū est peccatuz cōmitti. aut fatendū est voluntate cōmitti. Non autez recte negat peccasse aīam: qui ⁊ penitendo eā corrigi fatet̄ ⁊ veniā penitenti dari: ⁊ pseuerantem in pctīs: iusta lege dei dānari. Postremo si nō volūtate malefacimus: nemo obiurgandus est oīno aut monēdus. Quibus sublatis xp̄iana lex ⁊ disciplina oīs religionis auferatur necesse est Uoluntate ergo peccat̄: ⁊ qm̄ peccari nō dubiū est: nec hoc q̄dē dubitādū video h̄re aīas liberū volūtatis arbitriū Tales em̄ suos suos meliores esse de⁹ iudicauit si ei seruirēt liberaliter. Q̄d nullo mō fieri posset: si nō voluntate: s3 necessitate seruirent. Liberaliter igit̄ deo angeli seruiunt: neq̄ hoc deo: sed ipsis prodest. Deus em̄ bono alterius non indiget: qm̄ a se ipso est. Q̄d autē ab eo genitū est idip̄m est. q2 nō est factū s3 genitū. Illa v̄o q̄ facta sunt: ei⁹ bono idigēt: summo. s. bono. i. summa essentia. Min⁹ aūt sunt q̄ erāt: cū per anime peccatū minus ad illū mouent̄ nec tñ penitus separant̄. nā oīno nulla essent. Quod autem affectibus contingit aīe: hoc locis corpori. Nā illa mouetur volūtate: corpus aūt spacio. Q̄d autē homini a puerso āgelo psuasuz dicitur: etiā ad hoc vtiq̄ volūtate cōsensit. Nam si necessitate id fecisset: nullo peccati crimine teneret̄. Q̄d vero corpus hominis cū ante peccatū esset in suo genere optimū: post peccatū factū est imbecillosum: ⁊ morti destinatū: q̄q̄ iusta vindicta pctī sit: plus tñ clementie dei q̄ seueritat̄ ostēdit. L Ita em̄ nobis suadet̄ a corporis voluptatibus ad eternā essentiā veritatis: amorem nostrū oportere conuerti ⁊ est iusticie pulcritudo cū benignitatis grā concordans: vt qm̄ bonorū inferiorum dulcedine decepti sum⁹: amaritudine penarū erudiamur. Nā ita etiā nostra supplicia diuina p̄uidentia moderata est. ⁊ vt in hoc corpore tā corruptibili ad iusticiaz tendere liceret: ⁊ deposita omni superbia: vni deo vero collū subdere: nihil de seipso fidere: illi vni se regendum tuendū q̄ cōmittere. Ita ip̄o duce homo bone volūtatis molestias hui⁹ vite in vsum fortitudinis vertit. In copia v̄o voluptatū: p̄sperisq̄ successibus temporalium: temperantiā suā probat ⁊ roborat. acuit in tentationibus prudentiam vt non solum in eas non inducatur. sed fiat etiam vigilantior. ⁊ in amorē veritatis que sola non fallit ardentior. Sed cū omnibus modis medeatur animis deus pro temporum opportunitatibus: que mira sapientia eius ordinantur. de quibus aut non est tractandum. aut inter pios pfectosq̄ tractandum est. nullo modo beneficentius consuluit generi humano: q̄ cum ipsa sapientia dei. i. vnicus filius consubstantialis patri ⁊ coeternus: totum hominem suscipere dignatus est. ⁊ verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis. Ita em̄ demonstrauit

carnalibus et non valentibus intueri mente veritatem: corporeisque sensibus deditis: quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura: quod non solum visibiliter: nam id poterat et in aliquo ethereo corpore ad nostrorum aspectuum tolerantiam temperato: sed etiam hominibus in vero homine apparuit. Ipsa enim natura suscipienda erat: que liberanda. Et ne quis forte sexus a suo creatore se contemptum putaret virum suscepit natus ex femina. Nihil egit vi. sed omnia suadendo et monendo.

¶ Veteri quippe servitute transacta tempus libertatis illuxerat. et opportune iam homini suadebatur atque salubriter: quam libero esset creatus arbitrio. Miraculis conciliavit fidem deo: qui in eo erat: passione hominem quem gerebat. Ita quoque loquens ad turbas ut deus nunciatam sibi matrem negavit et tamen ut euangelium loquitur. puer parentibus subditus erat. Doctrina enim deus apparebat: etatibus homo. Item aquam in vinum conversurus ut deus dicit. recede a me mulier: mihi et tibi quid est? nondum venit hora mea. Cum autem venisset hora: qua ut homo moreretur: de cruce cognitam matrem commendavit discipulo quem pre ceteris diligebat. Satellites voluptatum divitias: perniciose populi appetebant: pauper esse voluit: honoribus et imperiis inhiabant rex fieri noluit. Carnales filios magnum bonum putabant. tale coniugium prolemque contempsit. Contumelias superbissime horrebant: omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intolerabiles esse arbitrantur. Que maior iniuria quam iustum innocentemque damnari. Dolores corporis execrabantur flagellatus atque cruciatus est. Mori metuebant: morte mulctatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant. crucifixus est. Omnia que habere cupientes non recte vivebamus: carendo vilia fecit. Omnia que vitare cupientes a studio deviabamus veritatis: perpetiendo deiecit. Non enim ullum peccatum committi potest: nisi dum appetuntur ea que ille contempsit. aut fugiuntur que ille sustinuit. Tota itaque vita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est disciplina morum fuit. Resurrectio vero eius a mortuis: nihil hominis perire nature: cum omnia salva sunt deo satis indicavit. et quemadmodum cuncta serviant creatori suo. sive ad vindictam peccatorum. sive ad hominis liberationem: quamque facile corpus anime serviat: cum ipsa subiicitur deo. Quibus perfectis non solum nulla substantia malum est: quod fieri nunquam potest: sed etiam nullo malo afficitur: quod fieri per peccatum et vindictam potuit. Et hec est disciplina naturalis christianis minus intelligentibus plena fide digna: intelligentibus autem omni errore purgata.

¶ Iam vero ipsius totius doctrine modus: partim apertissimis rationibus: partim similitudinibus. in dictis. in factis. in sacramentis: ad omnem anime instructionem exercitationemque accommodatus quid aliud quam rationalis discipline regulam impleuit? Nam et misteriorum expositio: ad ea dirigitur: que apertissime dicta sunt. Et si ea tantum essent que facillime intelliguntur. nec studiose quererentur. nec suaviter invenirentur veritas. Neque si essent in scripturis sacramenta. et in sacramentis non essent signacula veritatis satis cum cognitione actio conveniret. Nunc vero quoniam pietas timore inchoatur: charitate perficitur. populus timore constrictus tempore servitutis in veteri lege: multis sacramentis onerabatur. Hoc enim talibus utile erat ad desiderandam gratiam dei: que per prophetas ventura canebatur. Que ubi venit: ab ipsa dei sapientia homine assumpto a quo in libertatem vocati sumus: pauca sacramenta saluberrima constituta sunt: que societatem christiani populi: hoc est sub uno deo libere multitudinis continerent. Multa vero que populo hebreo: hoc est sub eodem uno deo compedite multitudini erant imposita. ab actione remota sunt in fide atque interpretatione manserunt. Ita nec nunc serviliter alligant: sed exercent liberaliter animum. Quisquis autem

ideo negat vtrūq; testamētuz ab vno deo esse posse: q2 nō eisdē sacramētis te nent pp̄ls noster quib9 iudei tenebant: vel adhuc tenent: pōt dicere nō posse fieri: vt vnus patfamilias iustissimus aliud imperet eis qbus seruitutē duri orē vtilē iudicat. aliud eis quos in filiorū graduz adoptare dignatur. Si autē p̄cepta vite mouēt: q2 in veteri lege minora sunt: in euangelio maiora. ⁊ ideo putat nō ad vnum deū vtraq; p̄tinere: potest qui hoc putat pturbari. si vnus medicus: alia p ministros suos imbecillioribus. alia p semetipsum valētioribus p̄cipiat ad reparandā vel obtinēdam salutē. Ut em̄ ars medicine: cuz eadē maneat: neq; vllo pacto ipsa mutet: mutat tñ p̄cepta languētibus: q2 mutabilis est nostra valitudo. ita diuina prouidētia: cū sit ipsa oīno incommutabilis. mutabili tñ creature varie subuenit: ⁊ pro diuersitate morborum: alijs alia iubet aut vetat vt a vicio vñ mors incipit. ⁊ ab ipsa morte ad naturaz suaz ⁊ essentiaz ea q̄ deficiūt id ē ad nihiluz tēdunt reducat ⁊ firmet. ¶ Sed dicis mihi. Quare deficiunt? Q2 mutabilia sunt: Quare mutabilia sunt? Quia nō summe sunt. Quare nō summe sunt? Quia inferiora sunt eo a q̄ facta sunt. Quis ea fecit? Qui summe est. Quis hic ē? Deus incōmutabilis trinitas. qm̄ ⁊ p summā sapiētiā ea fecit: ⁊ summa benignitate cōseruat. Cur ea fecit? Ut essent. Ipsuz em̄ q̄ntulūcunq; esse bonuz est: q2 summū bonū est summe esse. Un̄ fecit? Ex nihilo: qm̄ quicquid est q̄ntulacunq; sp̄ē: sit necesse est. Ita ⁊ si minimū bonuz: tamē bonuz erit: ⁊ ex deo erit. Nā quoniā summa sp̄ēs summuz bonuum est. minima species minimuz bonū ē. Om̄e autē bonū aut deus. aut ex deo est. Ergo ex deo est etiam minima sp̄ēs. Sane quod de specie: hoc etiam de forma dici pōt. Neq; em̄ frustra tam speciosissimum: q̄ etiam formosissimum in laude ponit. Id ergo est vñ fecit deus om̄ia: quod nullam speciez habz: nullamq; formā. quod nihil est aliud q̄ nihil. Nam illud quod in cōparatione pfectoruz informe dicit. si habz aliquid forme: q̄uis exiguum: q̄uis inchoatuz nōdū ē nihil ac p hoc id quoq; inq̄tum ē non ē nisi ex deo. Qua propt etiam si de aliqua informi materia factus ē mundus. hec ipsa facta ē om̄ino de nihilo. Nam ⁊ quod nonduz formatuz est: tamē aliquo modo vt formari possit inchoatuz ē: dei bn̄ficio formabile ē. Bonum est em̄ esse formatum. Non nulluz ḡ bonum est ⁊ capacitas forme. ⁊ ideo bonoruz oīum auctor qui p̄stitit formam: ipse fecit etiam posse formari. Ita oē quod ē inq̄tum est: ⁊ om̄e quod nondum ē inq̄tuz esse pōt ex deo habz. Quod alio modo sic dicit. Omne formatum inq̄tum formatum est: ⁊ om̄e quod nonduz formatum est: inquantuz formari pōt: ex deo habz. Nulla autē res obtinet integritatē nature sue: nisi in suo gñe salua sit. Ab eo autē est omnis salus: a quo est oīne bonuz: ⁊ om̄e bonuz ex deo. salus igit omnis ex deo. Hinc iam cui oculi mētis patēt. nec pnicioso studio vane victorie caligant atq; turbant: facile intelligit om̄ia q̄ viciant ⁊ moriunt: bona esse: q̄uis ipsuz viciuz ⁊ ipsa mors maluz sit. Nisi enim salute aliqua priuarent: non eis noceret viciuz vel mors: sz si non noceret viciuz nullo modo essz viciuz. ¶ Si ḡ saluti aduersat viciū ⁊ nullo dubitāte salus bonū est. bona oīa sunt q̄bus aduersat viciū. Quibus aūt aduersat viciū ipsa viciant. Bona sunt ḡ q̄ viciāt: sz ideo viciant. quia nō summa bona sunt. Que igit bona sunt: ex deo sunt. Quia non summa bona sunt: non sunt deus. Bonum ḡ quod viciari non pōt. deus est. Cetera omnia bona ex ipso sunt. que per seipsa possunt viciari: quia per seipsa nichil sunt. per ipsuz autē partim nō viciant partim viciata sanant. Est autem vicium primuz anime rationalis voluntas ea faciēdi q̄ vetet summa ⁊ īntima veritas. Ita homo de paradiso in hoc seculum expulsus est: id est ab eternis

ad temporalia. a copiosis ad egena. a firmitate ad infirma. Non ergo a bono substantiali ad malum substantiale. quia nulla substantia malum est: sed a bono eterno ad bonum temporale. a bono spirituali ad bonū carnale. a bono intelligibili: ad bonū sensibile: a bono summo ad bonū infimū. Est igitur quoddam bonum. quod si diligit aīa rationalis peccat: quia infra illam ordinatū est. Quare ipsum peccatū malum est. non ea substantia q̄ peccando diligitur. Non ergo arbor illa malū ē que in medio paradisi plātata esse scribitur. sed diuini p̄cepti trāsgressio. Que cum cōsequentē haberet iustā dānationem: contigit ex illa arbore que contra vetitū tacta est. dinoscentia boni et mali. quia cū suo peccato aīa fuerit īplicata: luendo penas discit: qd interfit iter preceptū quod custodire noluit. et peccatū quod fecit. atq; hoc modo malum quod canēdo non didicit: discit sentiēdo. et bonū quod non obtēperando minus diligebat: ardentius diligit comparando. Uiciū ergo aīe est quod fecit et difficultas ex vicio pena est qua patitur. et hoc est totum malū. Facere autem et pati nō est substātia. Quapropter substātia non est malum. Sic enim nec aqua malum est. nec animal quod viuit in aere. Nam iste substantie sunt Sed malū est voluntaria precipitatio in aquā et suffocatio quā mersus patitur. R Stilus ferreus alia parte qua scribam⁹. alia qua deleamus a fabro fact⁹ est: et in suo genere pulcer. et ad vsum nostrū accommodatus. At si quispiam ea parte scribere qua deletur. et ea velit delere qua scribit: nullo modo stilum malū fecerit. cum ipsum factū iure vituperetur. Quod si corrigat vbi erit malum? Si quis repente meridianū solē intueat repercussi oculi turbabunt. Nū ideo aut sol malum erit. aut oculi. Nullo mō. Sūt enim substantie: sed malū est inordinat⁹ aspectus: et ipsa que consequit perturbatio. Quod malū non erit cū oculi fuerint recreati. et lucem suā congruēter aspexerint. Neq; cū eadē lux que ad oculos pertinet: pro luce sapientie que ad mentem pertinet colitur. ipsa fit malū sed supstitio malū est q̄ creature potius q̄ creatori seruitur. Quod malum omnino nullū erit. cū anima recognito creatore: ipsi vni se subiecerit. et cetera per eum subiecta sibi esse psenserit. Ita omnis corporea creatura si tātūmodo possideat ab anima que diligit deū. bonum est infimum. et in genere suo pulcrum: quoniā forma et specie continetur. Si autem diligatur ab aīa que negligit deum. nec sic quidem malum fit ipsa. sed quia peccatū malum est quo ita diligitur. fit penalis dilectori suo. et eū implicat erūnis. et pascit fallacibus voluptatibus. quia neq; permanent: neq; satiāt: sed torquent doloribus. Et cū ordinē suū peragit pulcra mutabilitas tēporum: deserit amantē species cōcupita et per cruciatū sentiētis discedit a sensibus: et erroribus agitat: vt hāc esse primam speciē putet que oīm infima est. natura. s. corporea quā p lubricos sensus caro male dilecta nunciauerat. vt cum aliquid cogitat. ītelligere se credat: vmbris illusus fantasmatū. Si quādo aūt non tenēs integrā diuine prouidentie disciplinā: sed tenere se arbitrans: carni resistere conatur: vsq; ad visibiliū rerum imagines peruenit: et lucis huius quā certis terminis circūscriptam videt: inmensa spacia cogitatione format inaniter. et hanc speciem sibi future habitationis pollicetur: nesciens oculorum concupiscentiam se trahere. et cum hoc mundo ire velle extra mundum. quem propterea ipsum esse non putat. quia ei⁹ clariorem partem per infinitum falsa cogitatione distendit. Quod non solum de hac luce. sed etiam de aqua. postremo de vino. de melle. de auro. de argento. de ipsis deniq; pulpis. vel sanguine. vel ossibus quorumlibet animalium. et ceteris huiusmodi rebus facillime fieri potest. Nil enim est corporis: quod non vel vnum visum possit innumerabiliter cogitari vel in

paruo spacio visum possit eadē imaginandi facultate per infinita diffundi. Sed facillimum est execrari carnem: difficillimum autem nō carnaliter sapere. Hac ergo peruersitate aīe que cōtingit pctō atqꝫ supplicio. fit oīs natura corporea illud quod p Salomonē dicit. Uanitas vanitatum ꝛ oīa vanitas. S Que abundantia homini in omni labore eius. quo ipse laborat sub sole? Nec qꝫ eīn frustra est additum vanitatū. quia si vanitates detrahas que tanqꝫ pma sectantur extrema nō erit corpus vanitas. sed in suo genere. quis extremam pulcritudinem sine vllo errore monstrabit. Tēporalium eīn specierum multiformitas ab vnitate dei hoiem lapsuꝫ per carnales sensus diuerberauit. ꝛ mutabili varietate multiplicauit eius affectū. Ita facta est abundantia laboriosa. ꝛ si dici pōt copiosa egestas. duꝫ aliud ꝛ aliud sequitur. ꝛ nihil cuꝫ eo pmanet. Sic a tempore frumenti vini ꝛ olei sui multiplicatus est. vt non inueniat idipsum id est naturā incōmutabilē ꝛ singularem: quā secutus non erret: ꝛ assecut⁹ non doleat. Habebit eīn etiā cōsequētem redēptionē corporis sui: quod iaꝫ non corrūpetur. Nūc vero corpus qd corrūpitur aggrauat aīam. ꝛ depmit terrena habitatio sensuꝫ multa cogitātem: quia rapitur in ordinē successiōis extrema corporum pulcritudo. Nam ideo extrema est: quia simul nō potest habere oīa. sed dum alia cedunt atqꝫ succedunt: temporaliū formaꝝ numeros invnam pulcritudinē complent: ꝛ hoc totū nō ppterea malū quia trāsit Sic ꝛ versus in suo genere pulcer est quis due syllabe simul dici nullo modo possint. Nec eīn secunda enunciatur nisi prima transierit: atqꝫ ita p ordinem puenitur ad finem. vt cū sola vltima sonat: non secum sonantibus superioribus formā tamē ꝛ decus metri cum preteritis contexta perficiat. Nec ideo tamē ars ipsa qua versus fabricatur sic tēpori obnoxia est. vt pulcritudo eius per mensuras morarū digeratur: sed simul habet oīa quibus efficit versum: non simul habentē oīa sed posterioribus priora tollētē. propterea tamē pulcrum: quia extrema vestigia illius pulcritudinis ostendit. quam cōstanter atqꝫ incōmutabiliter ars ipsa custodit. Ita qꝫ vt nōnulli peruersi magis amant versum qꝫ artē ipsam q̄ cōficitur versus: quia plus se auribus qꝫ intelligentie dederunt. Ita multi temporalia diligunt: cōditricē vero ac moderatricem temporum diuinā puidētiam nō requirūt. atqꝫ in ipsa dilectione tēporaliū nolunt transire qd amāt ꝛ tam sunt absurdi: qꝫ si quisqꝫ ī recitatione preclari carminis vnā aliquam syllabam solaꝫ perpetuo vellet audire sed tales auditores carminū non inueniuntur: talibus autem rerū estimatoribus plena sunt oīa. ppterea quia nemo est qui non facile non modo totum versum. sed etiam totum carmen possit audire totum autem ordinem seculorum sentire nullus hominum potest. T Huc accedit qꝫ carminis nō sum⁹ partes: seculoꝝ vero partes dānatione facti sumus. Illud ergo canitur sub iudicio nostro. ista peraguntur de labore nostro. Nulli autem victo ludi agonistici placent: sed tamē cū eius dedecore decori sunt ꝛ hec eīn quedam mutatio veritatis est. nec ob aliud a talibus prohibemur spectaculis: nisi ne vmbris rerum decepti: ab ipsis rebus quarum ille vmbre sunt aberremus. Ita vniuersitatis huius conditio atqꝫ administratio solis impijs animis dānatisqꝫ non placet sed etiam cum miseria eoꝝ mult; vel in terra victricib⁹ vel ī celo sine periculo spectātib⁹ placet. Nihil enim iustum displicet iusto. Quocirca cum omnis aīa rationalis aut peccatis suis misera sit. aut recte factis beata. oīs aūt irrationalis aut cedat potentiori. aut pareat meliori. aut comparetur equali. aut certātem exerceat. aut dānato noceat. ꝛ omne corpus sue anime seruiat quantum p eius meritis ꝛ pro rerum ordine sinit nullū malum est nature vniuerse: sed

sua cuiq₃ culpa sit malū. Porro cum anima per dei gratiā regenerata. ⁊ in itegrū restituta ⁊ illi subdita vni a quo creata. instaurato etiā corpore ī pristinā firmitatē: nō cū mūdo possideri: sed mundū possidere ceperit: nullū ei malū erit. q₂ ista īfima pulcritudo tpalium vicissitudinū. q̄ cū ip sa peragebatur sub ipsa peragetur: ⁊ erit vt scriptū est: celū nouū ⁊ t̄ra noua. nō in pte laborātibus animis. sed ī vniuersitate regnātibus. Oīa enī vestra inquit apłs. vos aūt christi. xp̄s aūt dei. ⁊ caput mulieris vir. caput viri christus. caput autē christi deus. Cū igitur vitiū anime. nō natura eius. sed cōtra naturā eius est nihilq₃ aliud est q̄ pctm̄ ⁊ pena peccati. inde intelligitur nullā naturam. vel si melius ita dicitur. nullā substantiā siue essentiā malum esse. Neq₃ de pctis penisq₃ aīe efficitur: vt vniuersitas vlla deformitate turpetur. Q₂ rationalis substantia q̄ ab oī peccato munda est deo subiecta subiect₃ sibi ceteris dominatur.

Ea vero q̄ peccauit. ibi ordinata est vbi esse tales decet. vt deo conditore atq₃ rectore vniuersitatis. decora sint oīa ⁊ est pulcritudo vniuerse creature p hec tria īculpabilis. damnatiōe peccatorum. exercitatione iustorū. pfectione beatorū. Quāobrē ipsa quoq₃ aīe medicina. q̄ diuina puidentia. ⁊ ineffabili beneficentia geritur. gradatim distincteq₃ pulcerrima est. Distribuitur enī in autoritatē atq₃ in rationē. Autoritas fidem flagitat. ⁊ rōni preparat hoīem Rō ad intellectū cognitionēq₃ pducit Quāq₃ neq₃ autoritatē rō penitus deserat. cū consideratur cui sit credendum. ⁊ certe summa est ipsius iā cognite atq₃ perspicue veritatis autoritas. Sed q₂ in tpalia deuenimus: ⁊ eorū amore ab eternis impedimur: quedā tpalis medicina: q̄ nō scientes sed credentes ad salutē vocat. nō nature ⁊ excellētie: sꝫ ipsius tpis ordine prior est. Nā ī quē cunq₃ locū quisq₃ ceciderit: ibi debet ī cūbere: vt resurgat. Ergo ipsis carnalibus formis quibus detinemur vtendū est ad eas cognoscendas quas caro non nunciat. Eas enī carnales voco q̄ per carnē sentiri queūt. id est per oculos. per aures. ceterosq₃ corporis sensus. His ergo carnalibus vel corporalibus formis inherere amore pueros necesse est adolescētes vero prope necesse est. huic iā procedēte etate nō est necesse. Cū igitur diuina prouidētia non solum singulis hominibus quasi priuatim. sed vniuerso generi humano tanq̄ publice consulit. quid cū singulis agatur: deus scit qui agit: atq₃ ipi cū quibus agitur sciunt. Quid autem agatur cū genere humano: per historiam cōmendari voluit ⁊ per prophetiā. Temporaliū autē rerū fides. siue preteritarū. siue futurarū: magis credendo q̄ intelligendo valet. Sed nostrū est considerare: quibus vel hoibus vel libris credendū sit: ad colendū recte deū: q̄ vna salus est. Huius rei prima disceptatio est vtrū his potius credamus q̄ ad multos deos: an his q̄ ad vnū deū colendū nos vocāt. X

Quis dubitet eos potissimū sequendos. qui ad vnū vocant: presertim cum illi multorū cultores: de hoc vno dño cunctorū ⁊ rectore consentiant. Et certe ab vno numerus incipit. Prius ergo isti sequendi sunt: q̄ vnū deum summum solū verum deum: ⁊ solū colēdū esse dicunt. Si apud hos veritas non eluxerit tū demū migrandū est. Sicut enī in ipa rerū natura maior est autoritas vnius ad vnū oīa redigent₃: nec in genere humano multitudinis vlla potentia est nisi consentientis. i. vnum sentientis: ita in religione qui ad vnū vocant eorū maior ⁊ fide dignior esse debet autoritas. Altera cōsideratio ē dissēsionis eius q̄ de vnius dei cultu īter homines orta est. Sed accepimus maiores nostros eo gradu quo a tpalibus ad eterna cōscenderūt. visibilia miracula (nō enī aliter poterāt) secutos esse: p quos id actū ē: vt necessaria non essent posteris. Cū enī ecclesia catholica per totum orbem diffusa atq₃ fundata sit nec miracula illa in nostra tpa durare permissa sunt: ne animus semp visibilia

quereret. et eorum consuetudine frigesceret genus humanum: quorum nouitate flagrauit: nec iam nobis dubium esse debet. his esse credendum: qui cum ea predicent que pauci assequuntur: se tamen sequendos populis psuadere potuerunt. Nunc enim agitur quibus credendum sit antequam quisque sit idoneus ineunde rationem de diuinis et de inuisibilibus rebus. Nam ipsi rationi purgatioris anime: que ad perspicuam veritatem peruenit: nullo modo autoritas humana preponitur: sed ad hanc nullum superbia humana perducit. Que si non esset: non essent heretici neque scismatici. nec carne circuncisi. nec creature simulacrorumque cultores. Hi autem si non essent ante perfectionem populi: que promittitur: multo pigrius veritas quereretur. Dispensatio ergo temporalis et medicina diuine prudentie: erga illos qui peccato mortalitatem meruerunt: sic traditur. Primo vnius hominis cuiuslibet nascentis natura et eruditio cogitatur. Prima huius etas infantia in nutrimentis corporalibus agitur: penitus obliuiscenda crescenti. Eam puericia sequitur: vnde incipimus aliquid meminisse. Huic succedit adolescentia: cui iam propagationem prolis natura permittit: et patrem facit. Porro adolescentiam iuuentus excipit. iam exercenda muneribus publicis et domanda sub legibus: in qua vehementior prohibitio peccatorum: et pena peccantium seruiliter coercens: carnalibus animis atrociores impetus libidinis gignit. et omnia commissa congeminat. Non enim simplex peccatum est non solum malum. sed etiam vetitum admittere. Post labores autem iuuentutis. seniori pax nonnulla conceditur. Inde vsque ad mortem deterior etas. ac decolor. et morbis subiectior debilisque perducit. Hec est vita hominis viuentis ex corpore. et cupiditatibus rerum temporalium colligati. Hic dicitur vetus homo et exterior et terrenus. etiam si obtineat eam quam vulgus vocat felicitatem. in bene constituta terrena ciuitate. siue sub regibus. siue sub principibus. siue sub legibus. siue sub his omnibus. Aliter enim bene constitui populus non potest.

etiam que terrena sectatur. Habet quippe et ipse modum quendam pulcritudinis sue. Hunc autem hominem quem veterem et exteriorem et terrenum descripsimus. siue in suo genere moderatum: siue etiam seruilis iusticie modum excedentem: nonnulli agunt totum ab ipsius vite ortu vsque ad occasum. Nonnulli autem istam vitam necessario ab illo incipiunt: sed renascuntur interius: et ceteras eius partes suo robore spirituali et incrementis sapientie corrumpunt et necant: et in celestes leges. donec post visibilem mortem totum instauretur astringunt. Iste dicitur nouus homo et interior et celestis habens et ipse proportione non annis sed profectibus distinctas quasdam spirituales etates suas. Primam in vberibus vtilis historie: que nutrit exemplis. Secundam iam obliuiscentem humana et ad diuina tendentem: in qua non autoritatis humane sinu continetur: sed ad summam et incommutabilem legem passibus rationis innititur. Terciam iam fidentiorem et carnalem appetitum rationis robore maritantem: gaudentemque intrinsecus in quadam dulcedine coniugali cum anima menti copulatur: et velamento pudoris obnubilatur: vt iam recte viuere non cogatur sed etiam si omnes concedant: peccare non libeat. Quartam iam idipsum multo firmius ordinatiusque facientem et emicantem in virum perfectum: atque aptam et idoneam omnibus etiam persecutionibus: et mundi huius tempestatibus ac fluctibus sustinendis atque frangendis. Quintam pacatam atque ex omni parte tranquillam viuentem in operibus et abundantia incommutabilis regni: summe atque ineffabilis sapientie. Sextam omnimode mutationis in eternam vitam: et vsque ad totam obliuionem vite temporalis transeuntem in perfectam formam: que facta est ad imaginem et similitudinem dei. Septima enim iam quies eterna est: et nullis etatibus distinguenda beatitudo perpetua. Ut enim finis veteris hominis mors est. sic finis noui hominis vita eterna. Z Ille namque homo peccati est: iste iusticie. Sicut autem isti ambo nullo dubitante ita sunt: vt vnum eorum. i. veterem atque terrenum possit in hac tota vita vnus homo

agere:nouũ Xp̃o ⁊ celestẽ nemo in hac
vita possit nisi cũ vetere. nã ⁊ ab ipso
incipiat necesse est:⁊ vsq̃ ad visibilẽ
mortem cum illo. q̃uis eo deficiente:
se proficiẽte perduret. sic proportione
vniuersuz genus humanũ:cuius tan-
q̃ vnius hoĩs vita est ab Adam vsq̃
ad finẽ huius seculi. ita sub diuine pro
uidentie legibus administraṫ: vt in
duo gñã distributũ appareat. Quorũ
in vna est turba ĩpiorum terreni hoĩs
imaginẽ ab initio seculi vsq̃ ad finem
gerentiũ:in altero series populi: vni
deo dediti:sed ab Adã vsq̃ ad Johã
nẽ baptistã terreni hoĩs vitaz gerẽ-
tis seruili q̃daz iusticia. Cuius histo-
ria vetus testamẽtuz vocaṫ:quasi ter-
renũ pollicẽs regnuz:q̃ tota nihil est
aliud:q̃ imago noui populi ⁊ noui te
stamẽti pollicẽtis regnũ celoruz. Cu-
ius populi vita interĩ tẽporalis ĩcipit
a dñi aduẽtu ĩ humilitate vsq̃ ad diẽ
iudicij quãdo in claritate vẽturus ẽ.
Post quod iudiciũ vetere hoĩe extin-
cto:erit illa mutatio que angelicã vi-
tã polliceṫ. Oẽs eñ resurgemus:sʒ
non oẽs ĩmutabimur. Resurget ergo
pius populus vt veteris homĩs sui re
liquias transformet in nouuz. Resur-
get autẽ impius populus qui ab ini-
tio vsq̃ ad finẽ veterẽ hominẽ gesse-
rit:vt in secundam mortẽ precipiteṫ.
Etatũ autẽ articulos qui diligenṫ le-
gunt inueniunt:nec zizania nec pale-
as phorrescunt. Impius nãq̃ pio vi-
uit ⁊ pctõr iusto:vt eorum cõparatio-
ne alacrius donec perficiaṫ assurgat.
Quisq̃s autẽ populi terreni tẽpori-
bus vsq̃ ad illuminationẽ interioris
homĩs meruit puenire:genus huma-
num pro tempore adiuuit:exhibẽs ei
quod etas illa poscebat:⁊ p prophe-
tiam intimans id quod exhibere op-
portunuz non erat:quales patriarche
ac prophete inueniunṫ ab his q̃ non
pueriliṫ insiliunt:sʒ pie diligenṫq̃ p-
tractãt diuinarũ ⁊ humanarũ rerũ:tã
bonũ ⁊ tã grãde secretũ. Quod
etiã tẽporibus noui populi a magnis
⁊ spũalibus viris ecclesie catholice aliũ

nis video cautissime prouideri:ne q̃d
populariṫ agant qd nõdũ esse tpis:vt
cũ populo agaṫ intelligũt:alimẽta la
ctea large auidis infirmioribus plu-
ribus atq̃ instanṫ infundũt. validio-
ribus autẽ cibis cũ sapiẽtibus paucis
vescunṫ. Sapiẽtiã eñ loquunṫ inṫ p-
fectos:carnalibus Xp̃o ⁊ animalibus
q̃uis nouis hoĩbus:adhuc tñ paruu-
lis:nonnulla obtegunt:sʒ nulla mẽtiũ
tur. Nõ eñ honoribus suis vanis ↄsu
lunt:⁊ inanibus laudibus:sʒ vtilitati
eorũ cũ q̃bus societatẽ vite huius inire
meruerũt. Hec eñ lex ẽ diuine prouidẽ-
tie:vt nemo a supioribus adiuueṫ ad
cognoscẽdaz ⁊ pcipiẽdã gratiaz dei:q̃
non ad eandẽ puro affectu inferiores
adiuuerit. Ita de pctõ nostro:quod in
homine pctõre:ipsa natura nostra cõ-
misit ⁊ genus humanum factus ẽ ma
gnum decus ornamẽtũq̃ terrarum:⁊
tam deceṫ diuine prouidẽtie procu-
ratione administraṫ:vt ars ineffabi-
lis medicine ipsam viciorum feditatẽ
in nescio quam sui gñis pulchritudi-
nẽ Xtat. Et quoniã de autoritatis bñ
ficẽtia quantum in p̃sentia satis visum
est:locuti sumus:videamus quatenus
ratio possit progredi a visibilibus ad
inuisibilia. ⁊ a tẽporalibus ad eťna
conscẽdẽs. Non enim frustra ⁊ inani-
ter intueri oportʒ pulchritudinẽ celi:
ordinẽ siderum. candorẽ lucis. dieruʒ
⁊ noctium vicissitudines. lune men-
strua curricula. anni quadrifariam tẽ
perationem. quadripartitis elemen-
tis congruentem tantam vim seminuʒ
species numerosq̃ gignentium. ⁊ om-
nia in suo genere modum propriuʒ na
turamq̃ seruantia. In quorum ↄside
ratione non vana ⁊ pitura curiositas
exercẽda ẽ:sʒ gradus ad immortalia
⁊ semp pmanẽtia faciẽdus. Proxi-
mũ eñ ẽ attẽdere q̃ ista sit natura vi-
talis:que cuncta ista sentit:q̃ profecto
quoniaʒ vitam dat corpori:p̃stantior
eo sit necesse ẽ. Non eñ qualiscũq̃ mo
les q̃q̃ ista visibili luce prefulgeat. si
vita careat magni estimanda ẽ. Que
libet namq̃ viua substantia:cuilibet

non viue substantie: nature lege pre-
ponitur. Sz quia irrationalia quoqꝫ
animantia viuere atqꝫ sentire nemo
ambigit. illud in animo humano ꝓstā
tissimū ē: nō quo sentit sensibilia: sed
quo iudicat de sensibilibus. Naz ꝛ vi-
dent acutius ꝛ ceteris corporis sensi-
bus acrius corpora attingunt plereqꝫ
bestie ꝙ homīes: sz iudicare de corpo-
ribus non sentiētis tm̄ vite. sz etiā ra-
tiocinantis est: qua ille carēt: nos ex-
cellimus. B Jam vero illud vi-
dere facillimū ē: ꝓstantiorē esse iudicā
tē: ꝙ illa res est de qua iudicaꝛ. Non
solū autē rationalis vita de sensibili-
bus: sz de ipsis quoqꝫ sensibus iudicat
Cur in aqua remū fractū oporteat ap
parere: cū rectus sit: cur ita ꝑ oculos
sentire necesse sit. Nam ipse aspectus
oculorum renunciare id pōt: iudicare
autē nullo modo. Quare manifestū ē.
vt sensualē vitā corpori. ita rationa-
lē vtriqꝫ ꝓstare. Itaqꝫ si rationalis vi
ta ꝑ seipsam iudicat. nulla iam est na-
tura ꝓstātior. Sz qꝛ clarum est eā esse
mutabilē quādo nunc ꝑita nūc impꝑi-
ta inueniꝛ: tāto aūt melius iudicat quā
to est peritior. ꝛ tāto est peritior: quā-
to alicuius artis vel discipline vel sa-
pientie particeps est. ipsius artis na-
tura q̃rēda est. Neqꝫ nunc artē intel-
ligi volo q̄ notaꝛ experiendo: sz q̄ ratio
cinando indagaꝛ. Quid enī ꝓclarum
nouit. q̄ nouit ea impēsa: q̄ calce ꝛ are
na ꝯficitur: tenacius lapides cohere-
re ꝙ luto: aut qui tā elegāter edificat
vt q̄ plura sunt: paria paribus respon
deāt: q̄ autē singula sunt mediū locuz
teneāt? Quāqꝫ iste sensus iam sit ra-
tioni veritatiqꝫ vicinior. Sz certe q̃rē-
dum est: cur nos offendat. si duabus fe
nestris non suꝑ inuicē sed iuxta inuicē
locatis vna earum maior minorve sit:
cum equales esse potuerint. si vero suꝑ
inuicē fuerint: ambeqꝫ de medio ꝙuis
impares: non ita offendat illa inequa
litas. ꝛ cur non multum curemus quā
to sit vna earum aut maior aut minor
quia due sunt. In tribus autē sensus
ipse videꝛ expetere vt aut impares nō
sint. aut inter maximā ꝛ minimaz ita
sit media. vt tāto precedat minorem
quāto a maiore preceditur. Ita enim
primo quasi natura ipsa consulitur q̄d
probet. Ubi potissimum notandum ē:
quemadmodum quod solum inspectū
minus displicuerit: in meliore compa
ratione respuatur. Ita reperitur nihil
esse aliud artem vulgarem: nisi rerum
expertarum placitarumqꝫ memoriā
vsu quodam corporis atqꝫ operatio-
nis adiuncto: quo si careas iudicare
de operibus possis. quod multo est ex-
cellentius ꝙuis operari artificiosa nō
possis. C Sed cum in omnibus
artibus conueniētia placeat: qua vna
salua ꝛ pulcra sunt omnia. ipsa vero
conuenientia equalitatem vnitatem-
qꝫ appetat vel similitudine parium
partium vel gradatione disparium. q̄s
est qui summam equalitatem vel simi
litudinem in corporibus inueniat: au
deatqꝫ dicere cum diligenter conside-
rauerit: quodlibet corpus vere ac sim
pliciter vnum esse: cuz oīa vel de spe-
cie in speciem. vel de loco in locuz trā-
seundo muteꝛ. ꝛ partibus constēt sua
loca obtinentibus: per que in spacia
diuersa diuiduntur? Porro ipsa vera
equalitas ac similitudo: atqꝫ ipsa ve-
ra ꝛ prima vnitas non oculis carneis
neqꝫ vllo tali sensu. sz mente intellecta
conspicitur. Unde enī qualiscunqꝫ in cor
poribus appeteretur equalitas: aut
vnde conuinceretur longe plurimum
differre a perfecta nisi ea q̄ ꝑfecta est
mēte videreꝛ: si tamē q̄ facta non est ꝑ-
fecta dicēda est? Et cum oīa q̄ sensi-
biliter pulcra sunt: siue natura edita:
siue artibus elaborata: locis ꝛ tēpo-
ribus sint pulcra: vt corpus ꝛ corpo-
ris motus. illa equalitas ꝛ vnitas mē-
ti tantūmodo cognita secundū quam
de corporea pulcritudine sensu inter-
nuncio iudicaꝛ: nec loco tumida est:
nec instabilis tēpore. Non enī recte di-
ci pōt: scd̄m eā iudicari rotūdū cātuz:
ꝛ nō scd̄m eā rotūdū vasculū: aut secū-
dū eā rotundū vasculū ꝛ nō scd̄m eam
rotundum denarium. Similiter in tē-

poribus atq; in motibꝰ corporꝝ:ridi-
cule dicit᷑:ſm eā iudicari equales an-
nos:⁊ nō ſm eam equales menſes:aut
ſm eam equales menſes:⁊ nō ſm eam
equales dies. Sed ſiue per hec ſpacia
ſiue per horas:ſiue ꝑ breuiora momen
ta:cōuenienter moueat᷑ aliquid:eadē
vna ⁊ incōmutabili eq̄litate iudicat᷑.
Q̄ſi minora ⁊ maiora ſpacia figura
rū atq; motionū ſm eandē legē pari-
litatis vel ſimilitudinis vel cōgruētie
iudicant᷑. ipſa lex maior eſt his oībus
ſed potentia. Ceterum ſpacio. aut loci
aut tp̄is. nec maior nec minor. quia ſi
maior eſſet nō ſm totā iudicaremꝰ mi
nora. ſi aūt minor eſſet:nō ſm eam iu-
dicaremꝰ maiora. D Nūc vero
cū ſm totā quadrature legē iudicetur
⁊ forū quadratū:⁊ lapis quadratꝰ:⁊
tabella:⁊ gēma quadrata:rurſus ſm
totā equalitatis legē iudicent᷑ conue-
nire ſibi motus pedū currentis formi-
ce:⁊ ſm eam gradientis elephantis.
Quis eā dubitet locorꝝ interuallis ac
temporꝝ:nec maiorē eſſe:nec minorem:
cū potentia ſuperet oīa? Hec autē lex
oīm artiū cum ſit omnino incōmuta-
bilis:mens vero humana cui talē le-
gem videre conceſſum eſt. mutabilita
tem pati poſſit erroris. ſatis apparet
ſupra mentem noſtrā eſſe legem:q̄ ve-
ritas dicit᷑. Nec iam illud ambiguēdū
eſt incōmutabilem naturā q̄ ſupra ra-
tionalē animā ſit deū eſſe:⁊ ibi eſſe p̄-
mam vitam:⁊ primam eſſentiā:vbi eſt
prima ſapientia. Nam hec eſt illa in-
cōmutabilis veritas q̄ lex oīm artium
recte dicit᷑. ⁊ ars oīpotentis artificis.
Itaq; cum ſe aīa ſentiat. nec corporū
ſpeciē motumq; iudicare ſm ſeipſam
ſimul oportet agnoſcat preſtare ſuam
naturā ei nature de qua iudicat. pre-
ſtare aūt ſibi eā naturā ſm quā iudi-
cat. ⁊ de qua iudicare nullo modo po-
teſt. Poſſum enī dicere quare ſimilia
ſibi ex vtraq; parte reſpōdere mēbra
cuiuſq; corporis debeāt. q2 ſumma e-
q̄litate delector:quā nō ocl'is corporeis
ſed mētis cōtueor. Quapropter tanto
meliora eſſe iudico que oculis cerno.

q̄to pro ſui natura viciniora ſunt his
q̄ aīo ītelligo. Quare aūt illa ita ſint
nullus pōt dicere. Nec ita debere eſſe
quiſq; ſobrie dixerit. quaſi poſſint eſſe
nō ita. Quare autē nobis placeant. ⁊
cur ea qn̄ meliꝰ ſapimus. vehemētiſſi-
me diligamus. ne id quidem quiſq; ſi
ita rite ītelligit dicere audebit. At enī
nos ⁊ oēs aīe rationales ſm veritatē
de inferioribus recte iudicamus ſic de
nobis qn̄ eidē coheremꝰ. ſola ipſa veri
tas iudicat. De ip̄a v̄bo nec pat᷑. nō enī
minor eſt q̄ ip̄e. ⁊ iō q̄ pat᷑ iudicat per
ip̄az iudicat. Oīa enī q̄ appetūt vnita
tē hāc habēt regulā vel formā vel exē-
plū vel ſi quo alio v̄bo dici ſe ſinit. q2m
ſolā eiꝰ ſimilitudinē a quo eſſe accepit
impleuit. ſi tn̄ accepit nō incōgrue di-
cit᷑ pro ea ſignificatione q̄ filiꝰ appel-
lat᷑. q2 nō de ſeip̄o eſt. ſed de p̄mo ſum-
moq; p̄ncipio. q̄ pat᷑ dicit᷑. ex quo oīs
pat᷑nitas in celo ⁊ in t᷑ra noīat᷑. Pat᷑
ergo nō iudicat quenq;. ſed oē iudiciū
dedit filio. ⁊ ſp̄ualis hō iudicat oīa.
ip̄e aūt a nemine iudicat᷑. i. a nullo ho
mine. ſed a ſola ipſa lege ſm quā iudi-
cat oīa. q2m ⁊ illud veriſſime dictū eſt.
Oportet nos oēs exhiberi an̄ tribu
nal chriſti. Oīa ergo iudicat. q2 ſuper
oīa eſt qn̄ cū deo eſt. Cū illo aūt eſt. qn̄
puriſſime ītelligit. ⁊ tota charitate qđ
ītelligit diligit. E Ita etiā q̄tū
pōt. lex ipſa etiā ipſe ſit ſm quā iudi-
cat oīa. ⁊ de qua iudicare nullus pōt.
Sicut in iſtis tp̄alibꝰ legibus quanq;
de his hoīes iudicēt cū eas inſtituunt
tn̄ cū fuerint inſtitute atq; firmate. nō
licebit iudici de ipſis iudicare. ſed ſm
ipſas. Cōditor tn̄ legū tp̄aliū ſi vir bo
nus eſt ⁊ ſapiens. illā ipſam conſulit
eternā. de qua nulli aīe iudicare datū
eſt. ſm eiꝰ incōmutabiles regulas. qđ
ſit pro tp̄e iubendū vetendūq; diſcer-
nat: Eternā igit᷑ legē mundis animis
fas ē cognoſcere:iudicare aūt nō fas ē.
Hoc autē intereſt quod ad cognoſcēdū
ſatis ē vt videamus ita eſſe aliquid vel
non ita. Ad iudicādū v̄bo addimꝰ ali-
quid quo ſignificemus poſſe eſſe ⁊ alit᷑
velut cū dicimꝰ. ita eſſe debet:aut ita

esse debuit: aut ita esse debebit. vt i suis operibus artifices faciant. Sed multis finis est humana delectatio. nec volunt tendere ad superiora vt iudicent: cur ista visibilia placeāt. Ita q̄ si q̄rā ab artifice vno arcu cōstructo: cur alterū parē cōtra in alterā partē moliatur. respōdebit credo vt paria parib⁹ edificij mēbra rńdeant. Porro si pergā q̄rere idipsum cur eligat: dicet hoc decere: hoc esse pulcrum: hoc delectare cernentes. Nihil audebit āplius. Inclinatus eī recūbit oculis. ⁊ vn̄ pendeat nō intelligit. At ego virū intrinsecus oculatū ⁊ inuisibilit̄ videntē: nō desinā cōmonere: cur ista placeant: vt iudex esse audeat ipsius delectationis humane. Ita ei supfert̄ illi: nec ab ea tenet̄: dū nō s̄m ipsam sed ipsam iudicat Et pus querā vtrū ideo pulcra sint q̄ delectant. an iō delectent: q̄ pulcra sunt. Hic mihi sine dubitatione rńdebit̄: ideo dlectare q̄ pulcra sunt. Queram ergo deinceps quare sint pulcra. Et si titubabit̄: subīciā vtrū iō: q̄ similes sibi ptes sunt. ⁊ aliq̄ copulatione ad vnā cōuenictiā rediguntur. Qd cū ita esse cōpererit: interrogabo. vtrū hanc ipsam vnitatē quā cōuincunt̄ appetere summe impleant an lōge infra iaceant. ⁊ eā quodāmodo mentiantur. Qd si ita est (nā q̄s nō admonit⁹ videat: neq̄ vllā speciē: neq̄ vllū oīno esse corpus: qd nō habeat vnitatis. qualecunq̄ vestigiū: neq̄ quantūuis pulcerrimū corpus cū interuallis locorū necessario aliud alibi habeat: posse assēq eam quā sequit̄ vnitatē) quare si hoc ita est flagitabo vt respōdeat vbi videat ipse vnitatē hanc: aut vnde videat. quā si nō videret vn̄ cognosceret ⁊ q̄d imitaret̄ corporū spēs ⁊ quid implere nō posset. Nūc vero cum dicit corporib⁹. vos quidē nisi aliqua vnitas contineret: nihil essetis. ⁊ rursus si vos esset; ipsa vnitas: corpora nō essetis. recte illi dicit̄. Vn̄ nosti illā vnitatē: s̄m quā iudicas corp̄a: quā nisi videres iudicare non posses q̄ eā nō īplerent. Si aūt his corporeis oculis eam videres. non vere diceres: q̄q̄ ei⁹ vestigio teneant̄. longe tn̄ ab eo distare. Nā istis oculis corporeis nō nisi corpalia vides. Mente igit̄ eā vidēm⁹. Sed vbi videm⁹? Si hoc loco esset vbi corpus nr̄ē nō eā videret q̄ hoc mō ī oriēte de corporibus iudicat. Nō ḡ ista cōtinet̄ loco: ⁊ tn̄ adest vbicūq̄ iudicāti: nusq̄ est p spacia locorū: ⁊ p potētiam nusq̄ non est. Q; si eā corpora mentiuntur: nō est credendū mentientibus: ne incidam⁹ in vanitates vanitatum: sed q̄rendum poti⁹ cū ideo mentiant̄ q̄ eā videnī ostēdere oculis carneis: cū illa mente pura videat̄. vtrū in tm̄ mentiant̄ inq̄tū ei similia sunt: an inq̄tū eam nō assequūtur. Nā si asseq̄rētur: qd imitant̄ implerent. Si aūt implerent oīno essent similia. Si omnino essent similia: nihil int̄ illā naturam ⁊ istā interesset. Q; si ita esset nō eā mētirent̄. Id eī essent qd illa est. Nec tn̄ mentiunt̄ diligenti⁹ cōsiderātib⁹. Q ille mentit̄: q̄ vult videri id qd non est. Qui aūt nō volens aliud putat̄ q̄ est nō mentit̄: s; fallit tn̄. Nā ita discernit̄ mētiens a fallente. q̄ inest oī mentienti volūtas fallendi. etiā si nō ei credat̄ fallēs aūt esse nō pōt q̄ nō fallit. Ergo corporea species. q̄ nullā voluntatem habet nō mentit̄. si vo etiā non putet̄ esse qd nō est nec fallit. Sed ne ipi q̄dē oculi fallūt. nō eī renūciare pñt aīo nisi affectionē suā3. Q; si nō solū ipi sed oēs corporis sensus ita nūciant vt afficiūt̄. q̄d ab eis āpli⁹ exigere debeam⁹ ignoro. Tolle itaq̄ vanitates: ⁊ nulla erit vanitas Si q̄s remum frāgi in aqua opinat̄: ⁊ cū inde auffertur integrari. nō malu3 habet internū ciū. sed malus est iudex. Nā ille p sua natura nō potuit aliter ī aqua sentire nec aliter debuit. Si eī aliud est aer. aliud aqua. iustū est vt alit̄ in aere aliter in aqua sentiat̄. Quare oculus recte videt. Ad hoc eī fact⁹ est: vt tm̄ videat s; anim⁹ peruerse iudicat. cu3 ad contemplandā summā pulcritudinem: mēs nō oculus fact⁹ est. Ille autē vult mentem cōuertere ad corpora. oculos

ad deuȝ. Querit em̄ intelligere carna
lia. ⁊ videre spūalia quod fieri nō pōt.
Quare ista peruersitas corrigēda est
quia nisi fecerit qđ sursuȝ est deorsum.
⁊ qđ deorsuȝ est, sursuȝ. regno celorum
aptus nō erit. Non ergo summa q̄ra-
mus in infimis: nec ipsis infimis ihe-
reamus. Iudicemus ea: ne cū ipsis iu
dicemur. i. tm̄ eis tribuam⁹ q̄tū spēs
meret extrema: ne cuȝ in nouissimis p̄
ma q̄rimus: a p̄mis inter nouissima nu
meremur. Qđ nihil ipsis nouissimis
obest. sȝ nobis plurimū. Nec ideo diui
ne prouidētie administratio minus de
cora sit: q̄ ⁊ iniusti iuste. ⁊ fedi pulcre
ordinant̄. Et si propterea nos fallit re
ruȝ visibiliuȝ pulcritudo. q̄ vnitate cō
tinet̄ ⁊ nō iplet vnitatē intelligamus
si possumus nō ex eo quod ē nos falli:
sȝ ex eo quod nō ē. Omē quippe cor-
pus verū corpus ē. sȝ falsa vnitas. Nō
em̄ summe vnuȝ ē. aut intātū id imita
tur vt impleat. ⁊ tm̄ nec corpus ipsum
esset nisi vtcū q̄ vnū esset. Porro vtcū-
q̄ vnū eē nō possȝ nisi ab eo quod sum
me vnū ē id haberet. O anime puicaces
date mihi q̄ videat sine vlla imagina-
tiōe visorū carnaliū. Date mihi q̄ vi-
deat oīs vnius pīcipiū nō esse nisi vnū
solū a quo sit omē vnū: siue illud im-
pleat: siue non impleat. Qui videat
date: non qui litiget: nō q̄ videri velit
se videre qđ nō videt. ⁋ Date q̄
resistat sensibus carnis ⁊ plagis q̄bus
p̄ illos in aīa vapulauit. Qui resistat
ꝯsuetudini hoīȝ: resistat laudibus ho-
minuȝ: q̄ cōpungat̄ in cubili suo. q̄ re-
sculpat suū spm̄: q̄ nō foris diligat va-
nitates: ⁊ q̄rat mēdacia: q̄ iaȝ sibi no-
uerit dicere. Si vna roma est: quā cir-
ca tiberim nescio quis romulus dicit̄
condidisse: falsa est ista quaȝ cogitans
fingo: nō em̄ ē ipsa. nec ibi suȝ modo.
Nā q̄d ibi agat̄ modo vti q̄ scirē. Si
vnus est sol: falsus est iste quē cogitās
fingo. Naȝ ille curricula sua certis lo-
cis ⁊ tēporibus p̄agit. Istuȝ vero ego
vbi volo ⁊ quādo volo constituo. Si
vnus ē ille amicus meus: falsus ē iste
quē cogitans fingo. Naȝ ille vbi sit ne
scio: iste ibi fingit̄ vbi volo. Ego ipse
certe vnus suȝ: ⁊ hoc loco eē sentio cor
pus meuȝ. ⁊ tm̄ figmēto cogitationis
pergo quolibȝ: ⁊ loquor cuȝ quolibȝ.
falsa sunt hec: nec quisq̄ intelligit fal-
sa. Non ergo intelligo cuȝ ista contē-
plor ⁊ istis credo: quia veruȝ esse opor
tet q̄ intellectu contēplor. Nunq̄d for
te sunt ista q̄ fātasmata dici solēt? Un
de ergo impleta est aīa mea illusioni-
bus? Ubi ē verū quod mēte conspicit̄?
Ita cogitanti iaȝ dici pōt. Illa lux ve
ra est qua hec non esse v̄a cognoscis.
Per hanc illud vnuȝ vides quo iudi-
cans vnuȝ esse quicquid aliud vides.
nec tm̄ hoc esse qđ illud ē: q̄cq̄d muta-
bile vides. Quod si hec intueri palpi-
tat mētis aspectus: q̄escite: nolite cer-
tare: nisi cum consuetudine corporuȝ.
Ipsaȝ vincite: ⁊ victa erūt omīa. Unū
certe q̄ramus: quo simplicius nihil ē.
Ergo in simplicitate cordis q̄ramus
illū. Agite ociū inq̄t: ⁊ agnoscet; quia
ego suȝ dn̄s. ⁊ etiā vacate ⁊ videte quo
niā ego suȝ deus. non ociuȝ desidie: sed
ociuȝ cogitatōis: vt a locis ⁊ tēporib⁹
vacetis. ⁋ Hec em̄ fantasmata
tumoris ⁊ volubilitat; : constantē vni
tatē videre nō sinunt. Loca offerunt
quod amemus: tēpora surripiūt quod
amamus: ⁊ relinquūt i aīa turbas fan-
tasmatū q̄bus in aliud at q̄ aliud cu-
piditas incitet̄. Ita fit inq̄etus ⁊ erū-
nosus animus frustra tenere a q̄bus te
netur exoptās. Uocatur ergo ad ociū
id ē vt ista non diligat: q̄ diligi sine la
bore nō possunt. Sic em̄ eis dn̄abitur.
sic nō tenebit̄: sȝ tenebit. Iuguȝ enim
meuȝ inq̄t leue est. huic iugo q̄ subie-
ctus est. subiecta habȝ cetera. Non er-
go laborabit: nō em̄ resistit qđ subie-
ctū ē. Sȝ miseri amici huius mūdi cu-
ius dn̄i erunt si filij dei esse noluerint:
q̄m dedit eis ptātem filios dei fieri?
Amici ḡ huius mūdi tā timēt ab eius
amplexibus separi: vt nihil eis sit la-
boriosius q̄ nō laborare. Sȝ cui saltē
t̄ilđ manifestū ē falsitatē esse. q̄ id pu-
tat̄ esse qđ nō est. intelligit eā esse veri-
tatē q̄ ostēdit id qđ ē. At si corpa intm̄

fallant inq̃tuȝ nō implēt illud vnū qđ
conuincunť imitari: a quo principio
vnū ē quicquid ē. ad cuius similitudi=
nē q̄cq̄d nitiť naturaľr approbamus:
q̄ꝛ naturaliter ip̄robamus quicq̄d ab
vnitate discedit: atq̃ in eius dissimili=
tudinē tēdit: dať intelligi eē aliq̄d qđ
illi⁹ vnius solius: a quo p̄icipio vnū ē
q̄cq̄d aliquo mō vnū ē: ita simile sit vt
hoc oīno ip̄leat ac sit idipsuȝ. ꝛ hoc ē
ꝟitas. ꝛ ꝟbū in principio: ꝛ ꝟbū deus
apđ deū. Si eīm falsitas ex his ē q̄ imi
tanť vnū: nō inq̃tū id imitantur: sȝ in
q̄ꝫtū adip̄lere nō possunt: illa ē ꝟitas
q̄ adip̄lere potuit. ꝛ idē esse quod ē il=
lud. Ipsa ē q̄ illud ostēdit sicut ē. Vn̄
ꝛ ꝟbū eius: ꝛ lux eius rectissime diciť
Cetera illius vni⁹ similia dici possunt
inq̃tū sunt: intm̄ eīm ꝛ ꝟa sunt. hec au
tē ipsa eius similitudo. ꝛ iō ꝟitas. Ut
eīm ꝟitate sunt ꝟa: q̄ ꝟa sunt. ita sim̄=
tudīe sim̄a sunt q̄cū q̃ similia sunt. Ut
ḡ ꝟitas forma verorū ē. ita similitudo
forma similiū ē. Quapropť quoniam
ꝟa intm̄ ꝟa sunt: inq̃tū sunt. intm̄ au
tē sunt inq̃tū principalis vnius sim̄a
sunt. ea forma ē oīm q̄ sunt. q̄ ē summa
similitudo principij. ꝛ ꝟitas ē. q̄ꝛ sine
vlla dissimilitudine ē K Vn̄ fal
sitas oriť. nō rebus ipsis fallētibus. q̄
nihil aliud ostēdūt sentiēti q̄ꝫ specieȝ
suā: quā pro sue pulcritudinis accepe=
rūt gradu. neq̃ ipsis sensibus fallēti=
bus. q̄ pro natura sui corporis affecti
nō aliud q̄ꝫ suas affectōes p̄sidēti aīo
nunciāt. sȝ pctā aīas fallūt cū verū q̄=
runt relicta ꝛ neglecta ꝟitate. Nā q̄=
niā opa magis q̄ꝫ artificē atq̃ ipsam
artē dilexerūt. hoc errore puniunť. vt
i opib⁹ artificē artēq̃ ꝯquirāt. ꝛ cū i
uenire nequerint (de⁹ eīm nō corporali=
bus sensibus subiacet: sȝ ipsi mēti su=
pereminet) ipsa opa existimēt esse ꝛ ar
tē ꝛ artificē. Hinc oriť oīnis ip̄ietas
nō mō peccātiū. sȝ etiā dānatoꝝ pro
pctis suis. Nō eīm tm̄ scrutari creatu=
Anima est substātia spūalis: simplex: indissolubil' incorporea: passibil' atqꝫ mutabil'. carēs pōdere figura et colore. Nō est credēda pars ꝫ creatura dei. nec etiā de substātia dei. vel de qlꝫ elemētorum materia: ꝫ ex nihilo est creata. Si eni ex semetipso eā deus fecisset. neqꝫ viciosa aut mutabilis aut misera esset. Si autē ex element; facta fuisset essꝫ corporea: cū sit incorporea: ignotā hñs originē. initium hꝫ: finē nō hꝫ. Et cū sit spūalis nature nihil hꝫ mixtū concretūqꝫ terrenū: nihil humidū vel aereū vel igneuꝫ. Nulluꝫ hꝫ colorē: nullo loco ꝯtinet. nullis mēbris circumscribit. nullo spacio finit. ꝫ ita est cogitāda et intelligēda: sicut sapia: iusticia: et cetere virtutes ab oipotēte create. Natura anie inuisibilis est: ideo inuisibilr in corpore manet: et de corpore inuisibiliter egreditur. Per corpus corpora videt: sicut celum et terrā: et que in eis cōspicua sunt oculis nostris. Spū corporum silitudines intuet. Quicquid eni corpus non est et tamē aliquid est recte iam spūs dr. Idcirco quadam vi occulta et spirituali rapitur anima vt vice corporum expressas corporalium rerum similitudines in spiritu videat. Sed intellectu ea que nec corpora nec corporum formas habent cōspicit. sicut est iusticia et sapientia: et velut ipsa mens omnis anime affectio bona. Ista tria genera visionum manifesta sunt. Primum corporale. quo per corporis sensus corporalia sentiuntur. Secundum spirituale: quo corporum similitudines spū non mente cernunt. Tertium intellectuale. quo ille res que nec corpora: nec corporum formas habēt cōspiciuntur. Intellectuali visione nūqꝫ fallit anima. aut eni intelligit et verum ē. aut si veruꝫ nō est: non ītelligit. In visione autem corporali sepe fallit anima: cum in ipsis corporibus fieri putat quod fit in corporis sensibus. sicut in nauigantibus videt terra moueri: que stat: et intuentibus celum sidera stare que mouent. et diuaricatis radijs oculorum resyna duas formas habere videt. et vnus homo duo capita. et in aqua remus infractus. et multa huiusmodi. In visione etiā spirituali anima fallit et illudit: qm ea que videt aliqua vera: aliq falsa: aliqua perturbata: aliqua tranquilla sunt. Ipsa autē vera aliqua futur; oīno similia vel aperte dicta. aliq obscuris significatōibus vel quasi figuratis locutionibus prenunciata. In extasi vo quādo ob oībus corporis sensibus alienatur et auertit aia: amplius qꝫ in somno solet. ꝫ minus qꝫ in morte: non fallit. Sed ipsa mente diuinitus adiuta. vel aliquo ipsa visa exponente. sicut in Apocalipsi Johāni exponebat magna reuelatio est. Cum enim bono spiritu assumitur anima falli non potest. quia sancti angeli miris modis visa sua facili quadam ac prepotenti vnitōe vel commixtione nostra esse faciunt: et visionem suam quodā ineffabili modo in spū nostro informant. Ipsi siquidem his corporalia

bus iudicandis et mi[n]strandis presunt: et eorum significatiuas similitudines in spu ita discernunt: et tanta potentia quodammodo tractant: vt eas etiam possunt hoim spiritibus reuelando miscere. Inde est quod angelus dni apparuit in somnis Joseph dicens. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. Et iterum. Tolle puerum et matrem ei[us]: et fuge in egiptu. Deus etiam per propheta[m] dicit. Effundam de spu meo super omnem carnem. et iuuenes visiones videbunt: et senes somnia somniabunt. Z Sunt et alia visa vsitata et humana: que vel ex ipso spu nostro multipliciter existunt vel ex corpore spui quodammodo suggeruntur. sicut fuerimus affecti a carne vel animo Non enim solum vigilantes homines curas suas cogitando versant in similitudinibus corporum: verum etiam dormientes hoc sepe somniant quo indigent. Nam et negocia sua gerunt ex animi cupiditate. et epulis et poculis inhianter instant. si forte esurientes sitientesque dormierint. Vigilantibus etiam occulto quodam instinctu ingestas esse cogitationes quas diuinarent nouimus. Sicut Cayphas pontifex prophetauit: cum eius intentio prophetandi voluntatem non haberet. Multa videt anima et eadem natura est oim visionum: siue in vigilantibus: siue in dormientibus: siue in egrotantibus: quoniam non ex alio genere sunt que videntur: quam ex natura spus de quo vel in quo fiunt similitudines corporum. Visa siquidem freneticorum similia sunt visis somniantium: obturatas namque vias sentiendi habent: vt videant quod somniantes vident. Visa somniantium similia sunt cogitationibus vigilantium. Dormientibus quidem in cerebro consopitur via sentiendi: que intentionem ad oculos ducit. Ideo quoque ipsa intentio in aliud versa cernit. visa somniorum tanquam species corporales adsint: vt sibi dormientes vigilare videantur. et non similia corporibus sed ipsa corpora intueri se putent. Ego autem multo amplius admiror et vehementius stupeo: quanta celeritate et facilitate in se aia fabricet imagines corporum: que per corporis oculos viderit: quam freneticorum vel somniantium vel etiam in extasi visiones. Quecunque tamen illa natura visorum est. proculdubio corpus non est. Non enim corpora visa illas imagines in spu faciunt: nec eam vim habent vt aliud spuale forment: sed ipse spus in seipso celeritate mirabili: vt pote spualis: intellectualis et rationalis.

Quinque sunt genera somniorum. A

Capitulum. xxv.

Omnium que sibi videre videntur dormientes quinque sunt genera: videlicet. Oraculum: visio: somnium: insomnium: et fantasma. Oraculum est cum in somnis parens vel aliqua sancta grauisque persona seu sacerdos vel etiam deus euenturum aliquid aperte vel non euenturum: faciendum vel deuitandum denunciat. Visio est cum id quis videt quod eodem modo quo apparuerat eueniet. Somnium est figuris tectum: et sine interpretatione intelligi non potest. Insomnium est quando id quod fatigauerat vigilantem ingerit se dormienti: sicut est cibi cura vel potus: vel aliqua studia: vel artes: vel infirmitates. Secundum nam quoque studia que quisque exercuit somniat: et solitarii artium simulacra in presentia mentis impressa apparent in somnis. Juxta etiam infirmitatum diuersitates diuersa accidunt somnia. Etiam secundum morum et humorum varietates variantur et somnia. Alia namque vident sanguinei: alia colerici: alia flegmatici. Illi vident rubea et varia. isti nigra et alba. Fantasma est quando quis vix dormire cepit et adhuc se vigilare estimat aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas discrepantes et varias: letas vel turbulentas. In isto genere est ephialtes quam publica persuasio descentes opinatur inuadere: et pondere suo pressos ac sentientes grauare. Quod non est aliud quam quedam fumositas a stomacho vel a corde ad cerebrum ascendens. et ibi vim animalem comprimens.

De fantasticis visionibus et de illusionibus demonum. B

Capitulum. xxvi.

Dicit humana opinio qd quadam arte mulierum et ptate demonu hoies puerti psint in lupos et iumeta. et qcq necessaria portare. postq peracta opa iterum ad se redire: nec fieri i eis mete bestiale: sed ronalem humana qz seruari. Hoc sic intelligedum est: qm demones naturas no creat: sed aliqd tale facere psnt vt videant esse qd no sunt. Nulla eni arte vel ptate anim9 sz nec corpus qdem: aliqua rone in mebra vel in linimeta bestialia veraciter puerti potest Sed fantasticu hois qd etia cogitado siue somniado per reru innumerabiliu genera variaf: et cu corpus no sit: corporum similes formas mira celeritate capit. Sopitis aut et oppssis hois sensibus corporeis. ad aliorum sensum figura corporea pduci potest ita tn qp corpus ipm hois alicubi iaceat: viues qdez sz multo gui9 atqz exp̄ssi9 qz somno suis sensib9 obseratis. fantasticu aut illud veluti formatu in alicui9 aialis imagi nem: alienis sensib9 appareat. talisqz homo sibi videaf: qlis sibi videri posset i somnis: et portare onera Que onera si vera sunt corpora: portanf a demonib9: vt illudaf hoibus. partim vero onerum corpora. partim falsa iumetorum cernentibus.

¶ Qz angeli boni vel mali interdum humanum spiritu assumunt. E

¶ Capitulum. xxvij.

Humanu spm aliquado bonus: aliqn malus assumit spus: nec facile discerni pot a q spu assumaf: nisi qz bonus instruit: malus fallit. Fallit autez sepe in manifestis bonis. vt cum sibi in eis creditu fuerit ad sua seducat. Sic pleruqz humanum spm rapit: vt quadam occulta mixtura quasi idem spus esse videatur. et spus patient;. et spiritus vexatis: vt in demoniacis videm9 Anima tame hois. i. mente nulla creatura iuxta substantia implere pot: nisi sola trinitas. Implere aute dicif sathanas mente alicui9 et pncipale cordis: no ingrediés qdé in eu et in sensuz ei9: sz fraude et iniqtate: atqz oi malicia illum alliciés atqz seduces affectu malicie trahit p cogitatioes et icetiua viciorum: qbus ipe plen9 est: vtpote fallax nequa: et fraudulet9 deceptor aiarum Nō eni pticipatione nature seu substātie: vt qdam putat aiam iplet diabol9 aut ei9 habitator efficif: sz p fraudulētam deceptione atqz malicia: in eo habitare dicif que implet. Soli9 eni trinitat; est intrare et iplere natura siue substantia qua creauit.

¶ Quomodo demones sensum precedunt. D

¶ Capitulu. xxviij.

Demones et acrimonia sensus. et celeritate mot9 aerei corpis: frenorum corporum sensuz facile pcedut. et qda cogitata pnuciat q hoies mirant ppt tarditate frent corpis. Accessit aut demonib9 p ta logu tps: q eorum vita ptedif: rerum longe maior experientia qz hoib9 potest euenire ppt breuitate vite. Idcirco qdam futura pdicunt et q da mira faciut: qbus hoies alliciunt et seduucunt. Un qdam mulieres post sathan couerse: demonu illusioib9 et fantasmatib9 seducte: credut se et pfitenf nocturnis horis cu Diana paganorum dea. vel cu herodiade et minerua et innumera mulieru multitudine eqtare: earu qz iussionib9 obtéperare. Ipe na qz sathanas: q transfigurat se in angelu lucis: cu metem cuiusqz muliercule ceperit. et hac sibi p infidelitate subiugauerit: ilico trasformat se in diuersarum psonaru species et similitudines: et mente qua captiua tenet: in somnis deludens. mo leta et mo tristia: mo cognitas mo icognitas psonas ostedens per deuia queqz deducit. Et cum solus hoc patif spus infidelis: nec in aio sed in corpore euenire opinaf. Idcirco nimis stultus et hebes est q hec oia q in spu fiut etia in corpe accidere arbitratur. Cu ezechiel et alij pphete Iohes etia euagelista et apli in spu no in cor

pore visiones viderūt.

¶ Quomodo mortui cognoscūt q̄ fiūt in hoc mūdo. E

¶ Capitulum. xxix.

Cum hoīes mortui siue viui: hoīb⁹ dormiētib⁹ vel vigilātibus apparēt: nō in ipsis reb⁹ vt sunt videnť: sed in quibusdā similitudinib⁹ rerū. Istud aūt āgelicis opatiōib⁹ fieri credim⁹: p dispēsatione puidētie dei: bñ vtētis bonis vel malis sm̄ iscrutabilē altitudinē iudiciorū suoꝝ: siue hinc istruāť mētes mortaliū: siue fallanť: siue ɔsolenť: siue terreāť. sicut vnicuiq; vel pbēda ē mīa vel irrogāda iusticia: ab eo cui mīa ʒ τ iudiciū nō īaniť decātat eccl̄a. Ibi siq̄dē sunt spūs defunctoꝝ: vbi nō vidēt neq; audiūt q̄ aguntur aut eueniūt ī ista vita hoīb⁹. Ita tñ est eis cura de viuis: q̄uis q̄d agāt oīno nesciāt: quēadmodū cura est nobis de mortuis: q̄uis q̄d agāt vtiq; nesciam⁹. Nesciūt q̄dē mortui q̄d hic agať. Sʒ dū hic agiť postea audire pñt ab eis q̄ hinc moriendo ad eos pergunt. nō q̄dem oīno: sed q̄tū siniť eis īdicare τ eos oportet audire. Scire etiā possunt ab angelis q̄ hic nobis presto sunt: τ aīas nostras ad illos deferūt. Spū etiā dei reuelāte cognoscere possunt q̄ hic aguntur q̄ necessariū est eos noscere. Quidam etiā ex mortuis ad viuos rapi possunt: nō p ppriā naturā: sed p diuinā potentiā: vtrū tamē ista fiāt per eoꝝ p̄ntiam: aut p angelos suscipiētes eoꝝ psonam: affirmare nō audeo. De⁹ eñ oīpotēs q̄ est vbiq; p̄sens: per āgelica ministeria vsq; quaq; diffusa. pōt pbere ista hoībus solacia q̄bus in huius vite miseria iudicat esse prebenda.

¶ De potentijs anime τ eius virtutibus. F

¶ Capitulum. xxx.

Potētie aīe atq; ꝟtutes: lōga exercitatione τ successu tēpoꝝ crescūt. Ipa ꝟo nec crescit nec decrescit: sʒ aut ī parilitate mēbroꝝ: aut humoꝝ crassitudie τ eoꝝ corruptiōe ɔpedita: vires suas exercere nō pōt. Aīa carne exuta viuit: videt: audit: τ oēs sensus atq; īgenia viuacit̄ tenet. vtpote pura subtilis cita τ ppetua. Et sicut de⁹ vbiq; ī se metipō ē. sic aīa vbiq; q̄dāmō in semet ipa est. atq; p hoc ibi erit aīa post corp⁹ vbi erat agēs in corpore. Ibi deus est modo: vbi erat prius q̄ mundus fieret: vbi etiā foret si mūdus desineret esse. Sicut sepe dictū est incorporea est aīa pōt tñ hr̄e similitudinē corporis nō corpalē sed corpi similē: τ corpaliū oīno mēbroꝝ. cū de corpe egrediť. Sic eñ aut ad spūalia p meritis ferť. aut ad loca penalia simila corporibus: q̄lia sepe demōstrata sunt his q̄ rapti sunt a corporis sensibus: τ mortuis silēs iacuerunt. cū τ ipi in seipsis gererent quādam similitudinē corporis sui: p quā possent ad illa ferri. τ alia similibus sensib⁹ experiri. Aīe siq̄dem q̄ in corporib⁹ viuentes p dilectionē visibiliū rerū corporalib⁹ imaginib⁹ afficiūtur. a corporib⁹ exeuntes in eisdē imaginib⁹ tormēta patiūť. Propterea eñ corpalib⁹ passionib⁹ ibi teneri pñt: q̄z a corruptiōe corporaliū affectionū hic mūdate non fuerunt: quā corpulentiā de carnis dilectione traxerūt. Quedā aūt aīe ī eisdē locis in q̄bus culpā cōmiserunt puniunť. Quedā vero abditꝭ receptaculis vsq; ad vltimā resurrectionē contineť. sicut digna est vnaqueq; requie vel miseria.

¶ Quomodo anima cognoscit se per se. G

¶ Capitulum. xxxi.

Multa de aīa dixi. sʒ nōdū dixi qñ facta est. vel qñ de corpe egrediť. Qđ pmū posui postea dicā. q̄z vltimū nō possū dicere. q̄z nescio finē meuʒ hoc plane scio q̄ mortales sum⁹. τ velimus nolimus omes moriemur. Nihil eñ morte certius: τ nihil incertius hora mortis. Nā nescim⁹ qñ aut quō aut vbi moriemur: q̄m mors vbiq; nos expectat. Idcirco semp debemus esse parati: vt cum corpus reuerteť ad terram de qua sumptum est. spiritus re-

deat ad deũ q̃ dedit illũ. Jd. sidẽ nos maxime mouere dz: q a veteribus sapictibus ita homo diffinitus ẽ. homo est aial rõnale mortale. Hoc gñe posito qđ aial dictũ ẽ: additas duas differẽtias videmus q̃bus admonẽdus erat homo & quo sibi eẽz redeũdũ: & vnde fugiẽdũ. Sicut enĩ progressus anime vsq3 ad mortalia lapsus est. sic regressus eius in rõnẽ esse deberet qua impugnãtibus vicijs resistere valeat. vt sm naturã suã viuat. & ordinari appetat sub illo vez a quo regi dz. & supra ea q̃ regere dz. Uno v̉bo: quod rõnale dr se parat a bestijs. alio q mortale separat a diuinis. Illud nisi retinuerit bestia erit. hinc nisi se auerterit ad diuina nõ pueniet. Jdcirco vt homo sibi in cognitus cognoscat se magna opus habz consuetudine recedendi a sensibus: vt animum ad se colligat: & in seipso retineat. His siquidem sensibus impeditur anima ne cernere semetipsam valeat & creatorem suum. quem sola & simplex sine istis oculis intueri debet.

¶ De dignitate anime. H
¶ Caplm. xxxij.

Anima nãq3 rõnalis inter eas res q̃ sunt a deo ɔdite supat oĩa: & iõ deo pxima est quãdo est pura. ei q3 in quãtuz charitate cohe serit: intãtũ ab illo lumine intelligibili pfusa quodãmodo & illustrata. nõ p corporeos oculos sz p ipsius sui pncipale. i. p intelligẽtiã deum cernit: in quo est pfectissima pulcritudo & beatissima visio: qua visione fit btã. Remoueat ergo a consideratione sua noticias q̃ p corpis sensus extrinsecus capiunt. Que q3 nã q3 corporalia: eorũ q3 similitudines. sensus quo q3 & imaginationes in memoria infixe: cũ recordãdo reminiscunt: ad exteriorẽ hominẽ ptinẽt. q̃ q̃ istis quasi nuncijs aĩa exteriora percipiat. Mẽs ergo cui nihil seipsa presentius est: quadã interiori nõ simulata sz vera presentia: videat se in se. Nihil enĩ tam nouit mens: q̃ id quod sibi presto est. Nec magis menti quicq3 presto est q̃ ipsa sibi. Nã cognoscit se viuere. se meminisse. se intelligere. se velle. cogitare. scire. iudicare. Hec oĩa nouit in se. nec imaginat q̃si extra se illa aliquo sensu corpori tetigerit sicut corporalia q̃ q3 tãgunt. Ex q̃rũz cogitatõibus nil sibi affingat. vt tale aliqd se esse putet. Quicqd ei de se remanet: hoc solũ ipsa ẽ. Nihil enĩ tã in mẽte ẽ q̃ ipsa mẽs nec q̃cq3 sic mẽtẽ cognoscit quẽadmoduz mẽs. Cuz enĩ q̃rit mẽs quid sit mens: profecto nouit q seipsam q̃rit: & nouit q ipsa sit mens que seipsam querit. Nec q3 enim aliunde se querit q̃ seipsa. Cum ergo querentem se nouit: se vtiq3 nouit. Et omne quod nouit: tota nouit. At q3 ita totam se nouit. Et si parte inuenta non se totam q̃rat. tamen quia se totam q̃rit: tota sibi presto est. Nihil enim sibi seipsa presentius esse potest. Qñ autem querit de se quid antea fuerit: vel quid futura sit: vel qualis modo sit: querit id est q̃ similis vel q̃ dissimilis deo: q̃ humilis & deuota: q̃ pura: q̃ sancta. Sed qz in istis est corporalibus: q̃ cum amore cogitat. & cuz quibus amore assuefacta est: non valet sine imaginibus eorum videre semetipsam. Nam tanto glutino amoris ei coheserunt hec q̃ foris sunt corporalia vt etiam cum absint ista: presto sunt imagines eorum cogitanti. Quapropter secernere eas a se non potest: vt se solam inspiciat & videat. Redeat ergo ad se: & stet in se: nec sicut absentem se querat: sed velut presentem se curet cernere & discernere. & intẽtionem voluntatis qua per alia vagabatur: statuat in seipsa: & se cogitet vt seipsaz cognoscat & diligat. Jta videbit q nunq̃ se non amauerit nunq̃ nesciuerit. sed alia secum amando cum eis se confudit. ita vt sine magno labore ab eis separari non possit: quibus cum amore inhesit. Propterea fantasijs corporaliũ imagiationũ deformat. eis dẽ q3 alte ĩpressis etiã soluta a corpe nõ exuit. J Si enĩ a corporaliuz affectionũ.

corruptõe hic nõ mũdat᷑:corpore exu=
ta corporalibꝰ tenet᷑ passiõibꝰ. Stude
at ergo ĩ hac vita se mũdare ab hmõi
fetulẽtia:quatinus cuꝫ hinc exierit. ni
hil corporeũ secũ trahat:⁊ a corpora=
li passione imunis persistat. Uiuifica=
tione ⁊ sensificatione descẽdit aĩa ad
corpus. Presentia nãqꝫ sua illud viui
ficat. colligit in vnũ:atqꝫ ĩ vno tenet:
defluere atqꝫ ꝯtabescere nõ sinit:con=
gruẽtiã modũqꝫ eius ꝯseruat. nõ tñ ĩ
pulcritudine:sed etiã in crescẽdo atqꝫ
gignẽdo. Intẽdit etiã aĩa se ĩtactã:⁊
eo calida ⁊ frigida:aspera ⁊ leuia:du
ra ⁊ mollia:grauia ⁊ leuia sentit atqꝫ
discernit. Deinde ĩnumerabiles diffe=
rẽtias saporuꝫ:odoruꝫ:sonorum: atqꝫ
formarũ : gustando:olfaciẽdo:audiẽ=
do:vidẽdoqꝫ dijudicat. atqꝫ in his oĩ
bus ea q̃ ſm naturã corꝑis sui sunt ap
petit:fugitqꝫ cõtraria. Remouet se ab
his sensibus certo ĩteruallo tẽporũ. ⁊
eorũ motus quasi ꝑ quasdã ferias re=
parans:rerũ imagines quas per eos
hausit secũ cateruatĩ ⁊ multipliciť ver
sat. Cũ ergo vult intelligere vel diuĩa
vel deũ vel seipsaꝫ suasqꝫ considerare
ꝟtutes:abstrahit se ab oĩbus corporꝫ
sensibꝰ:qͣbus nõ adiuuat᷑ nisi ad cor=
poreas formas coloresqꝫ sentiẽdos ⁊
spũ,ac rõne se conspicit:meditatõe at=
qꝫ contẽplatõe ad deuꝫ ascendit:deus
vero reuelatione atqꝫ diuĩa inspirati
one ad eã descendit. Meditatio siqͣdẽ
est occulte veritatꝫ studiosa ĩuestiga=
tio. Contẽplatio est perspicue ꝟitatꝫ
iocũda admiratio. Istã nãqꝫ diuĩa il=
luminat reuelatio vt veritatẽ cogno=
scat:illã vero diuĩa inspiratio inflam=
mat vt eã diligat. Corpus aũt sensu ⁊
imaginatõe ad spũm ascẽdit.

De corporis materia. R

Caplm. xxxiij.

Humanũ siqͣdẽ corpus ex q̃t
tuor elemẽtꝫ compositũ ẽ:
sed in carne ⁊ ossibus terra
maxime apparet propter
terrenã soliditatẽ:aqua in humoribꝰ:
aer continet᷑ in pulmone. idcirco sem=
per in motu est:qꝛ ventilabrum cor=
dis est:ne nimio calore consumat᷑ cor
⁊ dissoluat᷑:sedes ignis est ĩ corde. ⁊
ideo inferius est latũ ⁊ supꝰius acutuꝫ.
quã formã ignis retinet. Quedã vis
ignea aere tẽperata a corde ad cere=
brũ ascẽdit:tãqꝫ ĩ celũ corporis nostri.
ibiqꝫ purificata ⁊ colata ꝑ oculos au=
res nares ceteraqꝫ instrumẽta sensuuꝫ
foris progredit᷑. ⁊ cõtactu exteriorum
formata quinqꝫ sensus corporis facit
visum videlꝫ auditũ. gustũ. odoratũ. ⁊
tactũ. q̃ tãgẽdi sensus ab anteriori ꝑ=
te cerebri ad posteriorẽ transiẽs ⁊ in=
de ꝑ ceruicẽ ⁊ medullã spine descẽdẽs
ꝑ totum corpus diffundit᷑. Porro ip=
sa vis ignea q̃ exterius formata sen=
sus dr̃. eadẽ formata ꝑ ipsa sensuum ĩ=
strumẽta ꝑ q̃ egredit᷑ ⁊ in qͣbus for=
mat᷑. natura operãte introrsum ad cel
lã fantasticã vsqꝫ retrahit᷑ ⁊ reducit᷑:
atqꝫ imaginatio efficit᷑. Postea eadẽ
imagiatio ab anteriori ꝑte capitꝫ ad
mediũ transiens:ipsam aĩe rõnalꝭ sub=
stãtiã contigit. ⁊ excitat discretioneꝫ.
ita iã purificata ⁊ subtilis effecta. vt
ipsi spũi ĩmediate coniungat᷑:veraci
ter tamẽ naturã corporis retinẽs ⁊ ꝓ
ꝑetatẽ. Queqͣdẽ imagiatio ĩ brutꝫ aĩa
libus fãtasticã cellã non trãscẽdit.

L In rõnalibus autẽ purior fit: ⁊
vsqꝫ ad rõnalẽ ⁊ ĩcorporeã aĩe substã
tiã contigẽdã defert᷑ ⁊ progredit᷑. Est
itaqꝫ imagiatio siĩtudo corporꝫ. per
sensus qͣdẽ corporeos:ex corporuꝫ con
tactu concepta extrinsecus:atqꝫ per
eosdem sensus introrsus ad ꝑtem pu=
riorem corporei spũs reducta:eiqꝫ im
pressa in summo scꝫ corporalis spũs:⁊
in imo rõnalis:corporalẽ informãs ⁊
rõnalẽ contingens. Spũm corporeuꝫ
voco aerẽ vel potius ignẽ:q̃ pre sui sub
tilitate videri non potest. ⁊ corpora ĩ=
terius vegetãdo viuificat. Quedã au
tem vegetat tãtum ⁊ non sensificat. si
cut arbores herbas ⁊ vniuersa in ter=
ra germinãtia. Quedã sensificat ⁊ ve
getat. sicut omnia bruta aĩalia. In
qͣbus quedã tãtuꝫ sensum habẽt ⁊ ima
ginationẽ non hñt. Quedã sensum ⁊
imaginationem hñt. Cum itaqꝫ ma=

gis sit sensificari q̃ vegetari tm̃. constat profecto hãc vim subtiliorẽ esse. et vbi magis subtilis est: magis spũs est. Magis siddẽ incorporee nature appropinq̃t cum imaginationẽ format: q̃ cum sensum prestat. Nihil em̃ ĩ corpore altius vel spũali nature vicinius esse põt q̃ id vbi post sensum vis imaginãdi concipit. quod q̃dẽ intm̃ sublime est vt q̃cq̃d supra illud est aliud nõ sit q̃ ratio.

¶ Hic in q̃busdã codicib⁹ finẽ hz liber de spũ et aia. In aliis aũt q̃busdã codicib⁹ reperiunt etiã sequẽtia capl'a.

¶ Q̃ tot⁹ hõ iterior aia noiaẽ. M

¶ Capłm. xxxiiij.

Anima nomiãt totus hõ ĩterior: q̃ viuificat regit et continet. lutea illa massa humectata succis ne are facta dissoluat. Dũ g̃ viuificat corpus aia est. dũ vult animus est. dũ scit mẽs est. dũ recolit memoria est. dũ iudicat rõ est. dum spirat vel contẽplat spũs est. dũ sentit sensus est. Nã inde sensus aia dr: pro his que sentit: vñ et snia nomen accepit. Habz etiã corpus quinq̃ sensus: q̃ ex eo dicti sunt: q2 per eos aia totũ corpus subtilissime agitat vigore sentiẽdi. Ita autẽ hec oĩa adiuncta sunt aie vt vna res sit: p efficiẽtiis tamẽ cãrum diuersa noĩa aĩa sortita est. In essentia nãq̃ est simplex. in officiis multiplex. Memoria etiã mens est. vnde et ĩmemores amentes dicunt. Oĩm rerũ thesaurus et custos est memoria. nec enarrari potest. tã grãdis est ei⁹ pplexitas: et anim⁹ ipsa est. Nec aliud significo q̃ animã cũ mẽtẽ dico sed propter aliud animã et pter aliđ mẽtẽ. Nã totũ q̃ viuit hoĩs aĩa est. Cũ autẽ aia in se agit se. et ex se. per se: sola mens dici solet. Sensus vero ad sua ministeria complẽda consuetius aia dr. Spũm idẽ esse quod animã euãgelista pronunciat dicens. Ptãtem habeo ponẽdi animã meã: et rursuz ptãtẽ habeo sumẽdi eã. De hac quoq̃ ipa dñi aia passionis tẽpore mẽorat⁹ euãgelista ita protulit dicẽs. Et iclinato capite emisit spũm. Quid ẽ em̃ emittere spũm: nisi q̃d animã ponere. Sz aia dicta est. p eo q̃ viuit. Spũs aũt vt pro spirituali natura. vel p eo q̃ spirat in corpore. Itẽ aĩm idẽ dicimus esse q̃d animã: sz aia vite: animus est consilii. Vñ aiunt phi: et sine aĩo vitã manere. et sine mẽte animã durare: sicut in amẽtibus. Ad mẽtẽ em̃ ptinere videt vt sciat: ad aĩm vt velit. Pueri ẽt in genitric; vtero sine scia et voluntate viuunt. Mens autem vocata est q̃ emineat in anima vel q̃ meminerit. Quapropter non aia sed q̃ excellit ĩ anima mens vocaẽ tãq̃ caput vel oculus. Vñ ipse hõ sm mẽtẽ imago dei dr. Mens nãq̃ ex eo dicta est q̃ emineat in aĩa. prestantior siq̃dẽ vis aĩe est a q̃ procedit intelligentia. Rõ est siqdem animi motus visum ment; acuẽs vera q̃ a falsis distinguens. M

Redeat ergo mens ad se rõnalis et colligat se in se: vt sine imaginibus corporeis seipsam et oĩpotẽtis dei inuisibilem naturã considerare valeat: terrenorum fantasmatum imagines: et q̃cq̃d terrenum cogitationi eius occurrerit respuat: et talẽ se intus q̃rat et videat q̃lis est sine istis. consideret se talem q̃lis sub deo super corpus creata est. Deinde supra semetipsã surgat et se ipsam deserat: atq̃ quodammõ ĩ obliuionem sibi veniat: et se contẽplationi ni sui creatoris humilr et deuote subiiciat. Cũ em̃ ceperit mens p puram intelligentiã semetipsaz excedere: et illã incorporee lucis claritatem tota ĩtueri: et ex his q̃ intrinsecus videt quẽdã intime suauitat; saporẽ trahere: et ex eo intelligentiã suã condire: et in sapiẽtiã vertere. intm̃ in hoc ment; excessu pax illa q̃ exuperat oẽm sensum inuenit atq̃ obtinet: vt fiat silentium in celo q̃si hora dimidia. ita vt ɔtẽplãtis animus nulla altercãtium cogitationum tumultuatione turbet. nil oĩno inueniens quod vel per desideriũ petat vel per fastidiuz arguat: vel per odium accuset. sed intra tranqllitatez contẽplationis totus colligit: intro-

mittit in quedā affectum multū inusitatū introrsus ad quā nescio dulcedinē: que si semper sic sentiretur profecto magna felicitas esset. Nil sensualitas. nil agit imaginatio: sed oīs inferior vis aīe proprio interim viduat officio. Purior autē anime pars in illud intime quietis secretum: et summe trāquillitatis archanum felici iocunditate introducit. Uiuus quidē ē sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti: ptingēs vsq ad diuisionē anime et spūs. Et ideo nihil in creaturis hac diuisione mirabilius cernitur vbi id quod essentialiter vnū ē atq indiuiduū. in seipsum scindit: et quod simplex in se et sine partibus ꝯstat quasi qdā partitione diuidit. Neq enim in homine vno alia essentia ē eius spūs: alia est eius anima: sed prorsus vna eademq nature simplicis substantia. Non enim in hoc gemino vocabulo gemina substātia intelligit. ¶ Sed cum ad distinctionē ponit gemina vis eiusdē essentie. vna superior p spiritū. alia inferior p animā designat. In hac itaq diuisione aīa et quod animale ē in imo remanet. spūs aūt et qd spūale ē ad summa euolat. Ab infimis diuidit vt ad summa sublimet. Ab aīa scidit vt dño vniat: quoniā q adheret deo vnus spūs ē cum illo. Felix diuisio et mirabilis separatio: vbi qd corpulentū et feculentū est deorsum remanet. qd spūale et subtile ē vsq ad speculationē diuine glorie sublimat. et in eādē imaginē trāsformat. Pars inferior cōponit ad summā pacē et tranqllitatē. Pars autē superior sublimat ad summā gloriā et iocunditatē. Licet enim mēs humana non sit eius nature cuius ē deus. imago tamē illius nature q natura nulla melior ē ibi querēda et inueniēda est in nobis. qua natura nostra nihil hz melius: sed prius mēs ipsa in seipsa consideranda est: et in ea repiēda ē imago dei. Mēs igit quādo cogitatione se ꝯspicit intelligit se et recognoscit. quādo ꝯtēplatōe ad deū ascēdit vt eū itelligat et diligat imago dei dicēda ē. cogitādo eterna vir ē. sicut dicit Apls. Uir nō dz velare caput suū: cū sit imago dei et gloria. i. quāto magis se extēderit in id qd eternū ē. tāto magis inde format ad imaginē dei. et idō non ē cohibēda vt inde se contineat ac tēperet. Quādo vero ea agit vel cogitat q sunt tēporalia mulier appellat: et tunc non ē dicēda imago dei. et propterea dz velare caput suum ne nimium sit eius progressio ad inferiora. ne cum licita agit illicita cōcupiscat.

¶ De dignitate hūane ꝯditōis. ¶ Capitulum. xxxv.

Tanta dignitas hūane cōditionis esse cognoscitur vt non solū iubētis sermone: sicut alia sex dierum opa. sed ꝯsilio scte trinitatis et ope diuine maiestatis sit creatus homo: vt ex prime ꝯditionis honore intelligeret quātū deberet suo conditori: dum tamē in conditione mox dignitatis priuilegium prestitit ei conditor. et tāto amplius cōditorē diligeret: quāto mirabilius ab eo se ꝯditum intelligeret. Nec ob hoc solum quidē q ad consiliū scte trinitatis sic excellenter a conditore conditus est: sed etiam q ad imaginē et similitudinē suā creator omniū eū creauit: qd nulli alteri ex creaturis donauit. que imago diligētius in interioris hominis nobilitate ē consideranda. Primo quidē q sicuti deus vnus semper vbiq totus est omnia viuificans: mouēs et gubernans: sicut Apostolus ait. Quod in eo viuimus: mouemur et sumus. sic aīa in suo corpore vbiq tota viget. viuificās illud mouēs et gubernans. Non enim in maioribus corporis sui mēbris maior ē. nec in minoribus minor. sed in minimis tota ē et in maximis tota. Sic infusa est corpori: vt non per mēbrorum partes partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutitur tota dolet. Miro autē modo vna eademq viuificatione mēbris presidēs: cum ipsa p naturā nō sit diuersa: p corpus tamē agit diuersa. Ipa quippe ē q p oculos videt. audit p aures: p nares odorat:

per os gustat: ꝑ mēbra omīa tangit: ⁊ tāgendo lene ab aspero discernit. ⁊ cū non sit diuersa: per sensus tñ opaᷓ diuersa. Ex qua re intelligitur ꝙ ita est anima ſm suuȝ modū in corpore: sicut de⁹ est in suo mūdo. ¶ Interi⁹ siqdem ⁊ exterius: superius ⁊ inferius est: regendo superior: portādo inferior replendo interior: circundādo exterior Sic est int⁹ vt extra sit. sic circūdat vt penetret: sic p̄sidet vt portet: sic portat vt presideat. ⁊ sicut deus nec crescentibus creaturis crescit: nec decrescētibus decrescit. sic aīa nec minutis membris minuitur: nec adauctis augetur. Hec est imago siue siſitudo omīpotētis dei quā aīa hȝ in se. ¶ Quādā etiā hēt imaginē sancte trinitatis. Primo in eo ꝙ sicut deus est viuit ⁊ sapit. ita aīa ſm suū modū est viuit ⁊ sapit. Est quoqȝ ⁊ alia trinitas in ea: qꝛ ad imaginē perfecte q̄dē ⁊ summe trinitatis: que est in patre ⁊ filio ⁊ spūsancto cōdita est. Et licet vnius sit aīa nature. tres tñ in se vires habet. i. ītellectū: volūtatē: ⁊ memoriā. qđ idē: licet aliȷs verbis: in euāgelio designetur: cum dicitur. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex tota mente tua. i. ex toto ītellectu tuo: ⁊ ex tota volūtate tua ⁊ ex tota mēoria tua. Nā sicut ex p̄re generaᷓ filius: ⁊ ex p̄re filioqȝ ꝓcedit spūssanctus. ita ex intellectu generaᷓ volūtas: ⁊ ex his ambobus ꝓcedit memoria. sicut facile a q̄libet sapiēte pōt intelligi. Nec eñ aīa perfecta pōt esse sine his tribus: nec hoꝝ triuȝ aliquod sine aliȷs duob⁹ integrū cōstat: q̄tum ad suā ꝑtinet habitudinē. Et sicut de⁹ pater de⁹ filius de⁹ spūssctūs: nō tamē tres dīj ſȝ vnus deus ⁊ tres ꝑsone. ita aīa intellect⁹: aīa volūtas: aīa memoria. nō tñ tres aīe ī vno corpore: ſȝ aīa vna ⁊ tres vires. Atqȝ in his trib⁹ diuinā imaginē gerit mirabiliter in sua natura noster hō interior: ⁊ ex his q̄si excellētiorib⁹ aīe virib⁹ iubemur diligere ꝯditorē. vt inq̄tū ītelligiᷓ diligatur: ⁊ iq̄tū diligiᷓ sp̄ ī mēoria habeaᷓ

nisi fiat in amore eius voluntas. Immo nec hec duo sufficiūt: nisi memoria addaᷓ. ꝙ semp ī mēte ītelligēt; ⁊ diligēt; maneat de⁹ vt sicut nullū pōt esse momētū q̄ hō nō fruaᷓ dei bonitate ⁊ mīa. ita nullū sit momētū q̄ p̄sente nō hēat eū in mēoria. Et iō iuste videᷓ mihi dictū īteriorē hoīem esse imaginem dei. Nūc ꝟo de siſitudine aliqua dicamus. Nā sicut creator q̄ hoīeȝ ad imaginē suā creauit: est charitas: bonus ⁊ iust⁹: patiēs ⁊ mit;: mūd⁹ ⁊ misꝭicors ⁊ cetera sctāꝝ ꝟtutū insignia q̄ de eo leguntᷓ. ita hō creatus est vt charitatē haberet. vt bon⁹ esset ⁊ iustus: patiēs atqȝ mitis: mūd⁹ ⁊ misericors. ¶ Quas ꝟtutes q̄to q̄s plus in seipo hȝ tāto ꝓpior est deo: ⁊ maiorē sui creatoris gerit siſitudinē. Si ꝟo qđ absit aliq̄s ꝑ deuia viciorꝝ ⁊ diuerticula maloꝝ ab hac nobilissima sui ꝯditoris siſitudine degener oberrat: tūc fiet de eo qđ scriptū est. Homo cū ī honore esset nō ītellexit. ⁊c̄. ¶ Quis maior honor potuit eē hoī q̄ ꝙ ad siſitudinē sui ꝯditoris cōderetᷓ: ⁊ eisdē vestimēt; ꝟtutū ornaretᷓ q̄bus ⁊ ꝯditor de q̄ legiᷓ. Dn̄s regnauit decorē indut⁹ ē: id ē oīȝ ꝟtutū splēdore ⁊ toti⁹ bonitat; decore ornat⁹ ē. Uel qđ maius hoī pōt esse dedec⁹ aut īfelicior miseria q̄ vt hac siſitudinis gl̄ia sui ꝯditoris amissa: ad informē ⁊ irrationabilē brutoꝝ iumētoꝝ siſitudinē dilabaᷓ. ¶ Quapropᷓ q̄sqȝ diligētius attēdat p̄me ꝯditiōis sue excellētiā: ⁊ venerādam sctē trinitat; ī seipso imaginē agnoscat. honorēqȝ diuine similitudinis ad quā creat⁹ est nobilitate moꝝ: exercitatione ꝟtutum ⁊ dignitate meritoꝝ: habere contendat. vt q̄n apparebit qualis sit. tūc similis ei appareat qui mirabiliter cum ad similitudinem suam in p̄mo homine condidit. mirabiliusqȝ in secundo. i. in seipso reformauit.

¶ De conuenientia inter deuȝ ⁊ animam. S

¶ Capitulū. xxxvi.

MAgna conuenientia est inter deū ꝛ aīam. Deus nāqꝫ vita est. spūs est. sapiā est ꝛ amor. Uita etiā aīa est. spūs est ī q̄ spū sapiētia est ꝛ amor. Uita deus est. vita ꝛ aīa est. siīis ꝛ dispar. Siīis ꝙ vita ꝙ seipā viuēs: ꝙ nō tm̄ viuēs sed etiā viuificās. sicut ꝛ ille hec oīa est. Dispar qm̄ ille creator est: ꝛ ista creatura. Nisi eīn ista ab illo creata nō esset: ꝛ nisi ab illo viuificata: nō viueret. Uiuit aīa naturali vita etiā si spūali vita non viuat. Sed talis vita mors potiꝰ est q̄ȝ vita. Q̄m̄ mors peccatoꝝ pessima. Aīa q̄dē q̄ ſm carnē viuit. viuēs mortua est. ꝛ iō bonū erat illi non viuere q̄ȝ sic viuere. Uita aīe viuēs q̄dem: sed nō aliūde q̄ȝ seipā. ꝛ ob hoc nō tā viuēs q̄ȝ vita est. Inde est ꝙ infusa corpori viuificat illud. vt sit corpus de vite p̄sentia nō vita sed viuens. Creata ē aīa a d̄o: vita a vita: simplex a simplici. immortalis ab immortali: vt nō sit lōge a creatore suo cui appropiare videtur simplicitate essentie ꝛ ꝑpetuitate vite. Licet enim spūaliter nō viuat: īmortalis tm̄ necesse est vt viuat. Creata est aīa magna a magno: recta a recto. eo magna quo capax eternorū eo recta quo appetēs supnoꝝ eo beata quo deo vnita. Aīa nāqꝫ quā dei pietas respicit. humilitas subijcit: presentia reducit: iusticia deducit: obediētia conducit. perseuerantia perducit: deuotio introducit: puritas iūgit. charitas vnit. ℭ Habet anīa in se amorē q̄ semꝑ pōt stare cū deo. aut redire si mota cū suis affectibus īmo defectibꝰ ab eo fuerit. Solꝰ est amor ex oībus anīe affectibus atqꝫ sensibus. in q̄ pōt aīa: etsi nō ex equo suo r̄ndere auctori: vel de siīi mutuā r̄ndere vicē: ꝛ si minus amat qm̄ minor est: tm̄ si ex tota se diligat nihil deest vbi totum est. Renūciās ḡ cunctis affectionibꝰ alijs tota incumbat soli amori: effundens se totā ī amorē illiꝰ cui r̄ndere hꝫ ī redhibendo amore. Amat siq̄dem deus vt ametur: ꝛ cum amat nō aliud vult q̄ȝ amari: sciens ipsos amore btōs qui se amauerit. Per amorē venit ad hoīes venit in hoīes: factus est homo. ꝛ delicie illiꝰ esse cū filijs hoīm. Nre xpo delicie erūt cū ad eū veniemꝰ ꝛ videbimꝰ cū sicuti ē: atqꝫ siīes ei erimꝰ. Tūc erit manifesta visio: plena cognitio: xpa dilectio: firma ꝯiūctio: societas īdiuidua siīitudo ꝑfecta: ꝛ vita btā: ineternū: ꝛ vltra in ꝑpetuas eꝑnitates. Sicut eīn corpus in resurrectione sua vitā ꝛ sensum recipiet. sic aīa in resurrectiōe sua vitā ꝛ sensuȝ recipiet. i. cognitionē ꝛ amorē dei. Q̄ꝫ cognitio sit vita: ipā xpitas affirmat dicēs. Hec est vita eꝑna vt cognoscāt te verū deū ꝛ quē misisti iesum xpꝫ. Amor etiā sensus est. Nā si exterior hō circa ista tpalia q̄nqꝫ ꝑtito sensu afficitur. i. visu/auditu/gustu. ꝛc̄. sic interior hō in btā vita circa q̄nqꝫ ineffabilia dei ineffabili amore afficieꝑ. cū eīn deū suum amabit: quādā lucem: quādā vocē: quēdā odorē: quēdā cibū: ꝛ quēdā āplexum interiorem amabit. Ibi eīn fulget qḋ nō capit locꝰ. Ibi sonat qḋ nō rapit tēpus. Ibi olet qḋ nō spargit vētus. Ibi sapit qḋ nō minuit edacitas Ibi heret qḋ nō diuellit satietas. Ibi siq̄dē videꝑ deꝰ sine inꝑmissione. cognosciꝑ sine errore. amaꝑ sine offensiōe. laudaꝑ sine fatigatiōe.

ℭ De nobilitate ipsius anime. ℭ Capitm. xxxvij.

NObilis creatura est anīa. Ciuitas nanqꝫ dei est. de qua tam gloriosa dicta sūt ꝙ ad imaginē ꝛ siīitudinem dei facta est. Hec ciuitas hierusalem merito appellāda est quia ad fruendum visione illius summe pacis que fecit vtraqꝫ vnum creata est. Mēs eiꝰ paradisus est: in qua cum celestia meditatur: quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus etiam summi patrisfamilias est anima per vnitatē morum. sponsa christi per dilectionē templū spūs spūsctī per sctificationē. ciuitas regis eterni per pacem ꝛ concordiam ciuium. Et quia nulla est ciuitas absqꝫ populo: disposuit in ea conditor

noster populum triplicis gradus.i.sapientes ad cōsulēdū:milites ad pugnandum:artifices ad ministrandum. Cives huius civitatis sunt naturales z ingeniti anime vigores:tanq̄ indigene: quorum distincti sunt gradus: q2 alij superiores.alij inferiores.alij medij. Superiores quidem sunt intellectuales sensus.medij rationales.infimi animales. Quoruz differētia hec est. Anialis sive sensualis appetit sensibilia sive visibilia. Rationalis discernit z discretionis oculo aspernat ea. Intellectualis ptrahit ad divina. Intellectuales igit sensus sunt tanq̄ aie consiliarij dicentes ei. Deum time z mandata eius observa. Propter hoc enim est oīs homo. Rationales sunt tanq̄ milites q̄ hostes concupiscentiarum impugnant per arma iusticie. Animales seu sensuales sunt tanq̄ rustici z artifices:qui corporalibus rudimentis insistunt:z corpori necessaria ministrant. Hanc triplicē vim anime id est sensualē.rationalē.z intellectualē philosophi partes vocant:non integrales s3 virtuales. Sēsualitas ea vis anime ē qua corpus vegetat:z p corporis sensus ista exteriora sentit z discernit. Omnes eīm sensus tā exteriores q̄ interiores ad animam referunt vt pote ab illa procedentes. vt eīm sentiant omnes ab aia habet. Ratio vis est anime sup corporalis z infra spūalia collocata.secernit eīm vera a falsis quod ē logice. virtutes a vicijs:quod est ethice:z p experimēta rerū investigat naturas:qd est phisice. In his vero tribus tota pħia cōsistit. Totam igit philosophiam ratio comprehēdit. Intellectus sive ītelligētia ea vis aie est qua de divinis q̄tum homini possibile est cognoscit. Ad celestia archana penetrāda ratio p se non sufficit.nisi a deo adiuta fuerit. Tunc finis eius si bene viget:cuz ad noticiā secretorū q̄ diu investigando q̄sivit p venerit.ītellectus seu ītelligentia nūcupat. Boetius tamē dicit ītelligentiam solius dei esse ad modū paucorū hominum. Sed horum alterū p altero ponit sepe. Memoria etiā consors z cooperatrix est rōnis:qm̄ sine ea ratio nec ad incognita procedere:nec cognitorum scientiam retinere potest. Memoria est vis aie accepta retinēs. preterita repetens:elapsa recolligens Humanus appetitus inter summa z ima positus:cum plerūq̄ in vtraq̄ divisus sibimetipsi sit cōtrarius in quā cunq̄ partem totus transierit nomē eius merito sortit. Si carnis voluptatibus pascit:carnalis sive animalis nominat. Si spūalibus desiderijs delectat:spūalis nuncupatur. Appetitus siquidem naturalis est vis in animante movendis avide sensibus attributa.

¶ Diffinitio virium aie.

¶ Capitulum.xxxviij.

Quoniā de viribus aie mētionem sepe feci:diffinire eas debeo:quatinus que de anima dicta vel dicenda sunt evidentius intelligi possint. Sensualitas:sensus:imaginatio:tam corpori q̄ aie sint vī dici possunt. Sēsualitas corporis est q̄damvis ignea. Sensualitas sive animalitas aie ē inferior vis eius:que secum trahens sensualitatem carnis : velut famulam z obedientem.sensus z imaginationes facit.easq̄ in archa memorie reponit. In sensu instrumentum est sensualitatis z origo imaginationis. Ipsa nanq̄ vis ignea que extrinsecus formata sensus dr:eadem forma vsq̄ ad intimum transducta imaginatio vocat. Sēsus itaq̄ parit imaginationē.imaginatio cogitationē.cogitatio meditationē.meditatio acuit ingeniū.īgenium facit rationē.ratio conducit ad intellectuz.ītellectus ad intelligentiā intelligentia p cōteplationē ipsam vitatē admirat:z per charitatē in ea delectat. Sensus est passio aie in corpore ex qualitatibus extra accidentibus. Imaginatio est vis anie que figuram corporearum rerum absente corpore sine exteriori sensu dinoscit. Cogi

tatio est circa quelibz animi occupatio. Consideratio est intēta cogitatio. Meditatio est frequēs cogitatio: modū ꝛ cām ꝛ rōnem vniuscuiusqꝫ rei inuestigās. Ingenium est quedā vis naturalr animis insita per se valēs. Ratio est quedā vis anime q̄ oīa discernit ꝛ iudicat: sed maxime cum inhiat spūalibus ꝛ imaginē dei in se conseruat. Intellectus est rerum in se vere existētium perceptio. Intelligentia est de solis rerū pncipijs. i. de deo: ideis ꝛ de incorporeis substantijs pura ꝛ certa cognitio. Contēplatio est pspicue veritat; iocunda admiratio. Charitas est concordia mentium ꝛ societas electorum. vita btārū aīarū ꝛ angelorū: qꝛ nec aīe nec angeli nisi p charitatē viuunt.

¶ Q; aīa ad imaginē ꝛ similitudinē dei facta est. Z

¶ Caplm. xxxix.

Anima rōnalis ꝛ intellectualis facta ē ad imaginem ꝛ silitudinē dei vt factorē suū pro imagīe cognoscat ꝛ pro silitudīe diligat. Ex imagine nāqꝫ dei hꝫ rōnē: ꝛ ex silitudine charitatē. Charitas vero in seipsa representat trinitatē. hāc rō sentit: ꝛ pacata reqrit. hāc charitas inuenit: ꝛ vidēdo btā desicit. hāc in presenti fides sequit. spes in celū vsqꝫ comitat. charitas perenniť amplexat. Mens itaqꝫ spūalis seu intelligentia rōnalis pmo creatorē suū aspiciat: deinde creaturā ipsius videat: ꝛ mediāte arbitrij libertate ad eum q̄ condidit oīa se ꝛ cetera referat. Sic in hoīe trinitas appareat quam charitas manifestat: vt charitatē sp homo exhibeat: spqꝫ conspiciat is quē trinitat; imago perornat. Sic homo eius seruabit silitudinē cuius in se naturalr portat imaginē. Appeat ḡ imago dei in intelligētia rōnali: in mēte spirituali: in honore liberi arbitrij. Appeat silitudo dei in moribus pro natura: ī opibus pro iusticia: in virtutibus pro gra: vt morib⁹ natura ponet: vt iusticia opibus cōprobet: vt gra virtutibus cōpleat: ꝛ sic sp dño pñtet. Aīa totū corpus homis tota partē aīat. Est qdē īspirata a deo homi vita: non de preiacēti materia sꝫ de nihilo facta ab eo. De ceter; aīantibus scriptura dicit. Producant aq ꝛc. pducat terra animā viuētē. Animā vero nō aq nō terra pduxit: sꝫ deus inspirauit: nō tm̄ viuā vel viuētē sꝫ spiraculū vite. rōnale ex dei imagine: factū ex dei silitudine.

¶ Q; aīa nō sit ex diuina natura create nec sit pars dei. A

¶ Caplm. xl.

Anima non est ps dei: pbat hoc mutabilitas quā incurrit. Deus eñ īmutabilis est. hec sepe mutata pro culpa: quandoqꝫ mutata pro pena ꝛ dānata fit misera. Nihil ei tamē nocere pōt nisi a deo recedat. Recedit autē qñ peccat: proinde torquet misera a deo refuga. Ab vno disiūcta spargit ad multa: ꝛ pro sua intemperantia fit morbida: fit molesta. Ea propť sensus corporei turbata memoria: turbati hebetes fiunt marcidi ꝛ stupidi. Ideo caro patit: lāguores oriunť. ꝛ mors violenta peruagat. Homo qdē a deo auersus: peccando peruersus qꝛ a deo dissentit dissidet ꝛ sibi: portat qꝫ in seipso penam de seipso. Anima non format ex materia informi: sed in sua creatione formam accepit: qua facta est ad imaginem ꝛ similitudinem dei. A quo si auertit remanet informis: qꝛ rea: qꝛ deo dissimilis nec ideo tamē efficit irrōnalis: qꝛ gestat imaginē dei: vnde potest reformari. Sic nec etiam si tota concludit pctō: ꝛ licꝫ pro insipiētia iumento comparet: ideo fit anima pecoris vel alterius corpor;. Ipm etiā corpus ꝛ nūc ꝛ ī fine sp inhabitatura cū quo facta est vna persona. sed nec ideo fit corpus etiā si penitus habitet. Nō eñ distrahit ptibus: nec loco ɔcludit. Non est maior in maioribus. nec ē minor in minoribus sui corporis partibus vite idoneis. Spūs nāqꝫ est anima rōnalis q̄titatibꝫ obuita

malis: ⁊ vbicūqꝫ est tota est. Nō traducitur a patre in filiū ne vna sit anima amboꝝ. Sicut inqt dn̄s aīa patris: sic aīa filij mea est. Nec pars aīe pr̄is in filium dū generat se transfundit. Partiri nāqꝫ seu diuidi. augeri vel minui ꝓ substātia sua spūs nescit. Non em̄ pōt esse maior sꝫ melior. Si em̄ ꝑticulariť transfunderet corporeus esse ꝓbaret. Nō si vt delirant aliqui semen aīe ex semine carnis hr̄et generādo trāsfundi. multa qdē inhonesta ⁊ īpossibilia possent exīde exclamari q̄ de spū rōnali nec dici debēt: nec opinari. Indecēs est obscena retexere: ⁊ male fusa carnis semina denudare.

¶ Q; anima de nihilo fiat. B

¶ Capitulū. xli.

Dicimus aūt rōnales aīas pro essentia fieri qti iie de nihilo nouas sꝫ ꝑ simili natura ex īstitutione diuina: nō vtiqꝫ nouas. Quales em̄ ī exordio deꝰ die sexto masculo ⁊ femine dedit: tales quotidie inspirat singulis noua de nihilo creatione nō noua institutione. Pater inqt meus vsqꝫ modo operať: ⁊ ego operor. Operať vsqꝫ modo pater ⁊ filiꝰ operatione siqdem noua sed institutione nō noua. pro illa agēs cū ista descēs. Res vero corporee post ꝑmam sui creationē noue nulle creantur: sed simul in exordio condite temporali formatione propagantur. Anime aūt non simul essentialiť facte sunt sed pro natura cōsimul: qua ad imaginem ⁊ similitudinem dei fiunt. ⁊ simul facte reputantur: ⁊ nō simul edite iudicantur. Non simul edite pro essentia: sed simul facte pro compari forma ad imaginem ⁊ similitudinem dei prerogata. Caro de carne generando traducitur: sed spiritꝰ de spiritu minime ꝓpagatur. Certum tenemus quia caro contracta de carne per legem concupiscentie: qꝫcito viuificať originalis culpe vinculo premitur: ciusqꝫ affectionibus anima que carnem viuificat aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo demerguntur paruuli: qui sine remedio baptismi moriuntur. Habent em̄ originale peccatum non per animam sed per carnem vtiqꝫ cōtractum animeqꝫ refusum. Carni nāqꝫ ita vnitur anima vt cum carne sit vna persona. Fit enim auctore deo caro ⁊ anima vnum indiuiduum. vnus homo. vnde salua nature vtriusqꝫ proprietate adijcitur carni quod anime est ⁊ anime quod carnis est. pro vnitate persone non pro diuersitate nature. Quod igitur ibidem singulis est proprium commune fit amborum. proprium pro natura. commune pro persona. Exinde fit anima originali culpe obnoxia quā caro contrahit ⁊ anime refundit cum qua vnita est in persona: licet diuisa sit in natura. Ea propter necesse est paruulum dum viuit christi sacramento renouari: ne obsit eius anime societas carnis pctī: qua grauatur etiā corpore exuta: nisi dum in corpore viuit salutari fuerit remedio expiata. Currant igitur adulti currant pro seipsis: impendant etiam paruulis sacramentum fidei: suscipiāt ipsi fidē cum sacramentis: vt paruulos in xp̄o renatos fides ecclesie tueatur ⁊ adultos cum sacramētis opera fidei comitentur. His etiam renouatis per gratiam tandem complebitur in resurrectione generali: vt caro ipā resurgat in gloria anime sue restituta viua ⁊ eterna felix ⁊ beata.

¶ Quare deus animas creat quas absqꝫ remedio mori scit. C

¶ Capitulum. xlij.

Si q̄ratur quare deus dat aīas illis quos absqꝫ remedio salutari mori ꝯtingit. Respōdemꝰ ꝙ diuina īstitutio q̄ res ⁊ rex nature ꝯdūť: nec pctō tollitur: nec violentia īpediť. Inde est ꝙ lex carnalis copule nec etiā in malis iure suo priuatur. Generant adulteri fornicatores: profani. Naturalis tamen institutio nec in talibus de-

perit. Natura nanqꝫ prout deus insti⸗tuit suum quod est operatur. Natura siqͩdem est quedam vis ⁊ potentia di⸗uinitus rebus īsita: q̄ vnicuiqꝫ rei om⸗ne suum tribuit. Qua bona qͥsqͥs ma⸗le vtitur: malus esse iudicatur. Juste enim puniuntur: qui licitis abutuntur Juste vero puniũtur qui rapere incon cessa conãtur. Sic sathanas celum: sic ꝓthoplastus ꝑdidit paradisum. Ab⸗utunꝪ licitis: qui bona dei maculant vsibus incõcessis. Maculant bona dei sicut hi qui calore libidinis: exercent opera copule carnalis. Ex his filij ge⸗nerantur. quorum corpora seruiente creatori creatura formantur. ⁊ deo in⸗spirante signaculum vite animantur. Spiraculũ autẽ vite humanã aĩam in tellige: quã nõ ꝓducit terra vel aqua: sed deus inspirat quo sensus corporei aĩanꝪ. vñ homo factus in aĩam viuen tem memoratur. Jn his ⁊ in alijs oꝑs agit prout instituit: quẽ nullius adiu⸗uant bona: nec impediunt mala. Bo⸗nos qͩdem prouehit sua gratia: malos tenet sua iusticia. Nos equidẽ serui do mini. si dñi bonis abutimur rei ⁊ mi⸗seri pariꝪ inuenimur. Jpse qͩdem dñs qui seruorũ suorum malis bene vtitur sanctꝰ ⁊ omp̃s adoratur. Jpse corpo⸗ri terreno de peccati traduce propaga to ꝓ īstitutione sua īspirat aĩam. bene vtens inolita p̃uaricatione nostra: q̄ si esset naturalis creatori poterat impu⸗tari. Sed creator preparat omni tem pore sacramenta: ⁊ obediẽtie pia pro⸗ponit edicta. vt contra peccata sacra⸗menta in remediũ sint: ⁊ temporaliuȝ obseruatio mandatorũ eternorũ affe⸗rat p̃mia donorum. Unde si aliqui sub peccato geniti paruuli obeũt absqꝫ re⸗medio salutari ꝑtimesce iusticiã: dei q̄ nihil debet alicui. sed dãnat ī singulis malum quod non fecit in eis. Si auteȝ paruulos renouat sacramentis: admi rare miam dei. Jpsi eñ sicut nesciunt culpã cum qua ex carne nascuntur. sic nesciũt gratiã q̄ per xp̄m renouantur. Non excusat paruulos a culpa: qꝛ eaȝ non norunt: nec excludit grãm ab eis quia eã nesciũt. Queris in eis culpam inuenis ex carne traductam. queris in eis grãm inuenis a deo collatam. Jlla debite dãnatur. hec īdebite prerogaꝪ. Jlla iudiciũ p̃dicat. hec miam rep̃sen⸗tat. Jn vtroqꝫ deꝰ agnosciꝪ. cui mĩa ⁊ iudiciũ ꝑpetua laude cantaꝪ. Sed ab his intuẽdis mẽs nr̃a mẽs infirma. qꝛ pctis obruta citiꝰ ad seip̃aȝ redeat si⸗biqꝫ remediũ q̄rat. vt q̄ in Adam ceci dit in xp̄o resurgat.

¶ Q̄ʒ natura anime inueniatur a phi losophis dicta. D

¶ Capitulũ. xliij.

quid comiti tuo. Tu diues es: ille pauper est. y Uita ista via ē: simul ambulatis. Sed forte dicis. Ego diues: ille pauper. Simul ambulatis an non? Quid est qđ dicis. ego diues: ille pauper: nisi ego onerat⁹: ille leuis. Ego diues ille pauper. Sarcinā tuā commemoras: pondus tuum laudas. Et quod grauius est constrinxisti ad te sarcinam tuam. ideo nō potes porrigere manum Onera te liga te qđ te iactas? qđ te laudas? Solue vincula tua: minue sarcinā tuam. Da comiti: ꝛ illum adiuuas: ꝛ te releuas. Inter has voces tuas laudante ꝫ sarcinā tuā: adhuc xp̄s petit ꝛ nō accipit et obtendis nomen pietatis crudelibus vocibus et dicis. Et quid seruo filiis meis Christum illi oppono: filios suos mihi reponit. Ista vo iusticia magna vt habeat vnde luxurietur fili⁹ tu⁹: egeat dominus tuus. Cum enim vni ex minimis meis fecisti mihi fecisti. Non legisti: non aduertisti: cum vni ex minimis meis non fecistis michi non fecistis. Non legisti: nō timuisti. Ecce quis eget: et filios tuos numeras. Postremo numera filios tuos: adde vnū illū inter illos deum tuū. Unum habes: sit ille secundus. Duos habes: sit ille tertius. Tres habes: sit ille quartus. Nihil horum vis? Ecce quō diligis proximū tuum quem tibi facis socium ad istam perditionem. Quid tibi dicturus sum? Diligis proximum? Quid illi in aures insusurrabis homo auare: nisi filii aut frater aut pater. bonū est nobis: vt cum hic viuimus bene sit nobis? Quantum habebis tantus eris. Frange lunā: fac fortunam. Ista susurrabis ꝓximo tuo: que non didicisti in domo disciplinē nec audisti. Nolo sic diligas proximū tuū O si possem facere: vt nulli iungereris. Corrumpunt enim mores bonos collo quia mala. Sed nō possum. Non possū facere vt nemini iūgaris: cui mala ista que non vis dediscere insusurres. ꝛ non solum nolis dedoceri: sed affectes etiā docere. Nolo: imo volo sed non possum te disiungere ab auribus aliorū. 3 Alios admoneam: ad quorum aures ambis: quorum aures penetrare molliris: ad quorum corda per aures intrare disponis. O qui accipis verbum sanum i domo disciplinē. sepi aures tuas spinis. Sepi ꝛ spinis sepi: vt ille qui importune intrare ausus fuerit. non solū repellatur: sed etiam cōpungatur. Repelle illū a te. Dic xp̄ianus es: xp̄ianus sum. Non hoc accepimus in domo disciplinē. Non hoc didicim⁹ in illa scola quam gratis intrauimus. Non hoc didicimus sub illo magistro cuius cathedra in celo ē. Noli mihi ista dicere: aut noli ad me accedere. Hoc est enim sepi aures tuas spinis. Conuertam me ad illum. Auarus es: pecuniam amas. Beatus esse vis: deū tuum ama. Pecunia te non facit beatum. Tu eam facis ornatam: non illa te beatum. Sed quia multum amas pecuniam: video q; pergis quo iusserit cupiditas. Piger perge quo iubet charitas. Respice et vide ꝙ multum intersit inter pecuniam tuā et deum tuum. Pulcrior est iste sol ꝙ pecunia tua. et tñ iste sol nō est de⁹ tu⁹ Porro si pulcrior est lux ista ꝙ pecunia tua: ꝙtum est pulcrior qui fecit hanc lucem? An forte comparare vis pecuniā luci? Ecce occidit sol. Ostende mihi pecuniam tuam. Nitet et nocte: sub traho lucernam. Ecce diues es. Ostende mihi diuitias tuas. Iam si lumine priueris: iam si non habeas vnde quod habes videas: vbi sunt diuitie tue? Et sic tamen horrenda profunditas auaricie non patet oculis et scatet animis. Uidimus ꝛ cecos auaros. Dicatur mihi vñ auari sunt ceci qui non vident. Quod habet non habet: et tamen auarus est cecus. Quare? Quia credit se habere auarus est. Fides eum facit diuitem. Credendo diues est: nō videndo. Quāto melius cum fidem conuertit ad deū. Non vides qđ possides: et deū tibi sic predico. Nondū vides: ama ꝛ videbis Amas pecuniā o cece: quā nunꝙ videbis. Cecus possides: cecus moriturus es: quod possides hic relictur⁹ es. Nō tenebas et quando videbas: q; nō videbas qđ habebas. A De deo

quid tibi dicit? Ecce hoc tibi dicit ipsa sapientia. Ama illam tanq̃ pecuniam. Indignum est: iniuriosum est: vt sapientia pecunie compararetur: sed amor amori comparatur. Uideo enim hic vos sic amare pecuniam vt iubente amore pecunie labores suscipiatis: ieiunia toleretis: mare transeatis: ventis et fluctibus vos committatis. Habeo vnde eligam quod ametis. sed nõ habeo quod addã ad amorem quo amatis. Sic me amate: plus nolo me amari dicit dñs. Improbis loquor. Auaris loquor. Pecuniam diligitis: tm̃me diligite. Certe melior sũ incõparabiliter. Nolo a vobis ampliorem amorem. Quantum diligitis pecuniam: tm̃ me amate. Erubescamus: saltim confiteamur. ꝛ pectora tundamus. non vt super peccata nostra pauimentũ solidemus. Naꝫ qui tundit pectus ꝛ non corrigitur: solidat peccata et non tollit. Tũdamus pectus ꝛ cedamus. ꝛ corrigamur a nobis: ne ille postea nos cedat qui magister est. Diximꝰ enim iam quid hic discatur: quare discatur. Quare isti in scolam: ꝛ vapulasti ꝛ a parentibus ductus. et fugitans quesitus ꝛ inuentus attractus es: ꝛ adductꝰ extensus es? Quare vapulasti? quare tanta mala in pueritia pertulisti vt disceres. Quid disceres? Litteras. Quare? vt hr̃etur pecunia. aut vt compareť honor. ꝛ teneret sublimitas dignitatis Uide q̃ periturus es propť perituram rem. Peritura rem cum tãto labore didicisti in tantis penis: et amabat te qui te ad penas trahebat. Ipse qui te amabat ipse te ad penas trahebat: vt vapulares amando faciebat vt disceres. Quid? Litteras. Bonum sunt littere? Bone noui dicturus es mihi. Quare et vos epi litteras non legistis? B Quare non diuinas scripturas in ipsa litteratura tractastis? Ita vero sed non ad hoc didimus littras. Non enim parentes nostri quando nos in scolaꝫ mittebant: hoc nobis dicebant. Discite litteras vt habeatis vnde legere possitis codices dominicos. Nec ipsi christiani filiis suis hoc dicunt. Sed quid? discite litteras. Quare? Ut sis homo. Quid enim? Modo pecus sum? Quod dico vt sis homo. hoc est vt sis eminens inter homines. Unde et illud prouerbium. Quantum habebis tantus eris: vt habeas q̃tum ceteri: aut q̃tum pauci. aut plusq̃ ceteri: aut plusq̃ pauci. habeas inde honores: habeas inde dignitatem Et vbi erunt ista omnia cum mors venerit? Quomodo stimulat. quomõ metus iste interpellat? Quomodo nomen ipsum a me commemoratum omnium corda percussit? Quomodo timorẽ vr̃z teste gemitu declarastis? Audiui: audiui: gemuistis: mortem timetis. Si timetis: quare non cauetis? Mortem timetis. Quid timetis? Uentura est Timeam an non timeam: venire habet. Sero an cito ventura est? Si timeas: non efficies: vt non sit quod times. Illud potius time: quod si nolis non erit. Quid? Peccare. Peccare time. quia si amaueris peccata in aliaꝫ mortem irrues: quo posses non venire: si non amares peccata. Modo autem peruersus plus amas mortem q̃ vitam? Absit inquis. Quis est hominuꝫ qui plus amet mortem q̃ vitam? Forte conuinco te q: plus amas mortem q̃ vitam. Ecce vnde te conuinco. Amas tunicam tuã: bonam eam vis. Amas villam tuã: bonam eaꝫ vis. Amas filium tuũ: bonum eum vis Amas amicum tuum: bonum eum vis Amas domum tuã: bonam eam vis. Quid est q̃etiam bonam vis habere mortem? Quotidie enim rogas vt qm̃ mors ventura est; bonam mortem tibi det deus: ꝛ dicis. Deꝰ auertat a me malam mortem. C Plus ẽ amas mortem tuam q̃ vitam tuaꝫ. Non male times: ꝛ male viuere non times. Corrige male viuere: time male mori. Sed noli timere. Non potest male mori: qui bene vixerit. prorsus confirmo. Audeo dicere Credidi: propter quod locutus sum. Non potest male mori: qui bene vixerit. Iam tu dicis tibi. Non multi iusti naufragio perierunt? Certe non potest male mori: qui bene vixerit. Non multos iustos gladius peremit hosti-

lis? Certe non potest male mori: qui be-
ne vixerit. Non multos iustos latrones
occiderunt? Nō multos iustos bestie la
niauerunt? Certe non potest male mori:
qui bene vixerit. Et ego respōdeo. Hec
eni tibi videt mala mors naufragio pe-
rire gladio percuti: a bestiis laniari.
mors mala tibi esse videt. Nonne has
mortes martires subierūt quorꝝ natali-
cia celebramus? Quod genꝰ mortis nō
subiert? Et tñ si xpiani sumus: si i domo
discipline nos esse meminimus vel cum
hic sumꝰ vel cum hic audimus: si excun
tes hinc nō obliuiscimur. si meminimꝰ
qd hic audimus: nōne martires beatifi
camus? Quere mortes martirū. Ocu-
los carnis interroga: male mortui sunt.
Oculos fidei interroga. pciosa est in con-
spectu dñi mors sctōrum eius. Quicqd
ḡ est quod exhorres in morte: omnino
non exhorreas si eos imitaris. Id age
vt bonam vitam habeas: ꝛ quecūqꝫ oc-
casio fuerit vt exeas de hoc corpe: eris
ad requiem. eris ad beatitudinem. que
non habet timorem nec finem. Nam q̄si
bona mors diuitis in purpura ꝛ bisso:
sed mala mors sitientis ꝛ inter tormen-
ta guttā aque nesiderantis. Quasi ma-
la mors iacentis pauperis ante ianuaꝫ
diuitis: inter linguas canum: in fame ꝛ
sitis: micas de mensa desiderantis. Ma
la mors auersanda mors finem respice:
christianus es: fidei oculum intende.
Contigit mori inopem illum: ꝛ deferri
ab angelis in sinum abrae. Quid pro-
derat diuiti sepulcrum marmoreum: si-
tienti apud inferos? D
Quid oberant pauperi panni cum sa-
nie vlcerꝝ eius requiescēti in sinu abrae?
Longe vidit eum requiescentem: quem
contempserat iacentem. Modo elige
mortem. Dic mihi: quis bene mortuus
est: quis male? Puto quia melius ille
pauper q̄ ille diues. An vis aromatibꝰ
sepeliri. et ad inferos sitire? Respōdes.
Absit a me Puto ꝙ hoc dices. Disces
ergo bene mori: si didiceris bene viue-
re. Merces enim bone vite eterna est.
Qui discunt christiani sunt. Qui audi-
unt ꝛ non discunt: quid ad seminantem?
Seminantis manum non terret via: nō
terrēt lapides non terrent spine. Iactat
ille quod suum est. Qui timuerit ne ca-
dat in terram malam: non peruenit ad
terram bonam. Et nos dicimus: spargi
mus semina: iactamus semina. Sunt q̄
contemnunt: sunt qui reprehendunt: sūt
qui irrident. Istos si nos timuerimus:
nichil habemus seminare ꝛ in messe ha
bemꝰ esurire. Ergo veniat semen ad ter
ram bonaꝫ. Scio ꝙ q̄ audit ꝛ bñ audit:
deficit ꝛ pficit. Deficit iniqtati: pficit ve
ritati Deficit seculo: pficit deo. Quis
est eni magister qui docꝫ? Non qualiscū
qꝫ homo: sꝫ apostolus. Plane apostolꝰ
ꝛ tñ non apostolus. An vultis inquit ex
pimētum eius accipere: q̄ in me loquit
xp̄s? Christus est qui docet: cathedram
in celo habet: vt paulo ante dixi. Sco-
la ipsius i terra est: ꝛ scola ipsius corpꝰ
ipsius est. Caput docet membra sua: lin
gua loquitur pedibus suis. Christus ē
qui docet. Audiamꝰ timeamꝰ: faciamꝰ.
Et nc ꝯtēnas ip̄m xp̄m: qꝛ propt te i car
ne natus est. pannis mortalitatis circū-
datus. Propt te esuriuit ꝛ sitiuit. Pro
pter te lassatus ad puteum sedit. Pro-
pter te fatigatus i naui dormiuit. Pro
pter te contumelias indignas audiuit.
Propter te a facie sua sputa hominum
non abegit. Propter te alapas in faciē
suam accepit. Propter te in ligno pepē
pit. Propter te animam effudit. Pro-
pter te in sepulcro positus est. Hec om-
nia forte contemnas in christo? Vis nos
se quis sit? Recole euāgelium quod au-
disti. Ego ꝛ pater vnum sumus. Nos
conuersi ad deum precepta eius custo-
diamus: vt etna p̄mia ab ipso pcipia-
mus p̄stāte eodē dño nr̄o iesu xp̄o q̄ cuꝫ
pr̄e ꝛ sp̄ūsancto viuit ꝛ regnat in secu-
la seculorum. Amen.

¶ Explicit liber beati
Augustini episcopi de
disciplina christiana.

Sermo sancti augu-
stini de charitate. E

Diuinaꝝ
scripturarũ mĺ-
tiplicẽ abũdãti-
am: latissimãq
doctrinam fra-
tres charissimi
sine vllo errore
conprehendit: ⁊
sine vllo labore
custodit: cuius cor plenum est charitate
dicente opostolo. Plenitudo autem le-
gis est charitas. Et alio loco. Finis au
tem precepti est charitas de corde puro
⁊ consciencia bona: ⁊ fide non ficta. Si
ergo non vacat omnes paginas scriptu
rarum reuoluere. tenet charitatem: ⁊
in ea inuenies omnem scientiaȝ. Quid
est autem precepti finis nisi precepti ad
impletio? Quid ẽ precepti adimpletio:
nisi legis plenitudo. Quod ergo ibi di-
xit plenitudo legis est charitas hoc eti-
am hic dixit: finis precepti est charitas
Nec dubitari vllo modo potest ꝙ tem-
plum dei sit homo in quo habitat chari
tas. Respice ad numera ecclesie: ⁊ vni-
uersis excellentius charitatis munus
cognosces: que vt olium non potest p̃-
mi in imo sed senper superebullit. Dili-
ge ⁊ fac quod vis. Charitas causa est ⁊
mater omnium virtutum: que si desit
frustra habentur cetera: si autem assit
habentur omnia. Omnia fiunt facilia
charitate. Mandatũ dei non habet gra
ue. Quomodo enim est graue cum sit
dilectionis mandatum. Aut enim quis
non diligit: ⁊ iam graue est. aut diligit
⁊ graue esse non potest. dicit enim ⁊ io-
hannes. Deus charitas est. Hec autẽ di
cẽtes apostoli: ⁊ nobis p̃cellẽtiã charita
tis commẽdãtes: non vtiq aliud nisi qď
comederant ructare potuerunt. Ipse q̃
dẽ domin⁹ pascẽs eos v̄bo salutis. V̄bo
charitatis quod est ipse panis viu⁹ qui
de celo descẽdit: mãdatũ inquit nouum
do vobis: vt vos inuicem diligatis: si-
cut dilexi vos. Et iterũ. In hoc scient om
nes q2 discipuli⁹ mei estis si vos inuicem
dilexeritis. Ille ğ qui venit ꝑ crucis irri
sionẽ carnis pimere corruptionẽ: ⁊ vetu
statẽ vinculi mortis nr̃e sue mortis no-
uitate dissoluere mãdato nouo fecit ho
minẽ nouum. Res enim vetus erat: vt
hõ moreref. Quod ne semꝑ valeret in
homine res noua facta ẽ: vt deus more
ref. F Sed q2 in carne
mortu⁹ est: nõ in diuinitate: ꝑ sempitnã
vitam diuinitatis: non ꝑmisit eẽ sempit
num interitum carnis. Itaq sicut dicit
apostolus Christus mortuus est propt
delicta nostra: ⁊ resurrexit propter iu-
stificationem nostram. Qui ergo con
tra mortis vetustatem: attulit vite no-
uitatem: ipse contra vetus peccatum
opposuit nouum mandatum. Quapro
pter quisquis vetus peccatum vis exti-
guere: mandato nouo extingue cupidi-
tatem: et amplectere charitatem. Si-
cut enim radix omnium maloruȝ est cu-
piditas. ita et radix omnium bonorum
est charitas. Totam magnitudinem di
uinorum eloquiorum ⁊ latitudinem: se
cura possidet charitas: qua deum pro-
ximumq diligimus. Docȝ enim nos ce
lestis vnus magister. ⁊ dicit. Diliges
dominum deum tuuȝ ex toto corde tuo:
et ex tota anima tua: et ex tota mente
tua: ⁊ diliges proximum tuum tanꝙ te
ipsuȝ. In his duobus preceptis tota lex
pendet ⁊ prophete. Si ergo non vacat
omnes paginas sanctas perscutari: om
nia volumina sermonum euoluere: om
nia scripturaruȝ secreta penetrare: tene
charitatem: ibi pendent omnia. ita tene
bis quod ibi didicisti: tenebis etiam qď
nondum didicisti. Si eniȝ nosti charita-
tẽ: aliquid nosti vnde ⁊ illď pẽdet quod
forte non nosti. Et in eo quod in scriptu
ris intelligis: charitas patet. in eo qď
non intelligis: charitas latet. Ille itaq
tenet ⁊ quod patȝ: ⁊ quod latȝ in diuinis
s̃monibus qui charitatẽ tenet in mori-
bus. Charitas ẽ vt mihi videf recta vo
lũtas ab oĩbus terrenis ac p̃sẽtib⁹ ꝓrsus
auersa: iuncta deo inseparabilif ⁊ vnita

igne quodam spiritussancti a quo est et in quem refertur incensa: inquinamenti omis extranea: corruptionis nescia: nullius cõmutabilitatis obnoxia: sup omnia que carnaliter diligũtur excelsa: affectionum omnium potentissima: diuine cõtemplationis auida: in omnibus semper inuicta: summa actionum bonorũ: salus morum: finis celestiũ preceptorũ: mors criminũ: vita virtutuȝ: virtus pugnantium: palma victorum: arma sãctarum mentium: causa meritorum bonorum: premium perfectorum: sine qua nullus deo complacuit: fructuosa in penitentibus: leta in proficiẽtibus: gloriosa in perseuerantib⁹ victoriosa in martiribus: operosa in omnibus omnino fidelibus: ex qua quicquid ẽ boni operis viuit. ¶ Quapropter fratres sectamini charitatẽ. dulce ac salubre vinculum mentium. sine qua diues pauper est. ⁊ cum qua pauper diues est. Hec in aduersitatibus tolerat. in prosperitatibus temperat. in duris passionibus fortis. in bonis operibus hilaris. In temptatiõe tutissima i hospitalitate latissima. inter veros fratres letissima. inter falsos patientissima. In abel per sacrificium grata. in noe per diluuium secura. in abrae peregrinatione fidelissima. in moyse inter iniurias lenissima. i dauid tribulationibus mãsuetissima. in trib⁹ pueris blandos ignes innocenter spectat. in machabeis seuos ignes fortiter tolerat. casta in susanna erga virum. in anna post virum. in maria preter viruȝ. Libera in paulo ad arguendum. humilis in petro ad obediendum. humana i xp̃ianis ad confitendum: diuina in xp̃o ad ignoscendum. Sed ego de charitate quid maius aut vberius possum dicere: q̃ per os ap̃li laudes eius intonat dominus: supereminentem viam demõstrantis atq; dicentis. Si linguis hominum loquar et angelorum: charitatem autem non habeam: factus sum velut eramentum sonans: aut cymbalum tinniens. Et si habuero p̃phetiam ⁊ nouerim misteria omnia: ⁊ omnem scientiã: et habuero omnem fidem: ita vt montes transferam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. ¶ Charitas magnanima est benigna est. charitas non emulatur: non agit perperam. Non inflatur. nõ dehonestatur. nõ querit que sua sunt non irritatur. nõ cogitat malum. non gaudet super iniquitate. congaudet autẽ veritati. omnia tolerat. omnia credit. omnia sperat. omnia suffert. charitas nunq̃ cadit. Quanta est anima ista litterarum prophetie virtus. sacramentorum salus. scientie solidamentum. fidei fructus. diuitie pauperum. vita morientium. Quid tam magnanimuȝ q̃ pro impijs mori? Quid tã benignũ q̃ inimicos diligere? Sola est quam felicitas aliena non premit: quia nõ emulatur. Sola est quã felicitas sua non extollit: quia non inflatur. Sola est quam conscientia mala non pungit: q; non agit perperam. Inter obprobria secura ẽ: inter odia benefica est: iter iras placida est: inter insidias innocens: inẽ iniquitates gemẽs: i veritate respirãs. Quid illa fortius non ad retribuẽdas sed ad nõ curandas iniurias? Quid illa fidelius: non vanitati sed eternitati? Nam ideo tolerat omnia in presenti vita: quia credit omnia de futura vita: et suffert omnia que hic irrogantur: quia sperat omnia que ibi promittunẽ. Merito nunq̃ cadit. Ergo sectemini charitatem: ⁊ eam sancte cogitantes afferre fructum iusticie. Et quicq̃d vberius q̃ ego dicere potui. vos inueneritis in ei⁹ laudibus: appareat in vestris morib⁹. Oportet enim vt senilis sermo non solũ sit non grauis: sed etiam breuis.

¶ Explicit sermo sancti Augustini de charitate.

Sequitur liber sãcti Augustini de decem chordis

J

Incipit liber sancti Augustini de decem chordis. I

Dominꝰ ⁊ deus nr̄ misericors ⁊ miserator lōganimis ⁊ multū misericors ⁊ verax: q̄ largiter ꝓrogat miaȝ in p̄senti seculo: tā seuere minat̄ iudiciū in futuro sclo. Uerba q̄ dixi scripta sūt. ⁊ diuinis autoritatibꝰ cōtinent̄: q2 misericors ⁊ miserator dn̄s longanimis ⁊ multum misericors ⁊ verax. Multū delectat omnes peccatores ⁊ amatores huius seculi. q2 misericors ⁊ miserator dn̄s: q2 longanimis ⁊ multum misericors. Sed si amas tam multa mitia time ibi ⁊ vltimum quod ait. ⁊ verax. Si enim nihil aliud diceret nisi misericors et miserator dn̄s lōganimis ⁊ multū misericors: quasi iā conuerteres te ad securitatem ⁊ impunitatem ⁊ ad licentiam peccatorum: faceres quod velles: vtereris seculo: vel q̄ntum tibi permitteretur vel q̄ntum tibi libido iussisset. Et si quis te bene admonēdo obiurgaret atq3 terreret vt cohiberes te ab imoderato fluxu eūdo post concupiscentias tuas. ⁊ deserendo deuȝ tuū. inter medias voces obiurgantis obsisteres: impudenti quidē frōte: veluti audita diuina autoritate ⁊ legeres de libro dominico. Quid me terres de deo nostro? Ille misericors est et miserator: ⁊ multum misericors. Ne talia homines dicerent vnum verbuȝ addidit in fine. quod ait ⁊ verax. et excussit leticiam male presumentium. ⁊ induxit timorem dolentiuȝ. Gaudeamus ad miam dn̄i. sed timeamus iudicium domini. Parcit: sed non tacet. Tacet: sed non semꝑ tacebit. Audi dū non tacet in verbo: ne nō tibi vacet audire dū nō tacebit in iudicio. K Modo enī licȝ tibi causam tuā cōponere. Ante vltimū iudicium dei tui compone causam tuā. Non est vnde presumas cum ille venerit: nec falsos testes adduces quibꝰ ille fallatur. nec patronū fraudulentis circūuentionibus ⁊ linguosis artibus adhibebis: nec ambies aliquo modo vt iudicem possis corrumpere. Quid ergo ages apud talem iudicē: quē nec fallere nec corrūpere poteris. ⁊ tamē est qđ agas. Tunc enim ip̄e erit iudex cause tue: qui modo est testis vite tue. Clamauimus et laudauimus cōponamꝰ causam nostram. Qui testis est operuȝ nostrorum. ipse testis est vocū istaruȝ. Nō sint inanes: conuertantur ad gemitum. Tempus est cōcordandi cū aduersario tuo cito. Tā longanimis est deus vidēdo iniqua ⁊ non puniendo. vt tn̄ cito sit futurū iudicium. More quippe humane vite prolixū est: qđ deo breue est. Sȝ et ipsi seculo ⁊ humano generi qđ lōge videtur quid consolatur? Nunquid si totius generis humani vltimus dies longe est: vniuscuiusq3 dies vltimus lōge est? Hoc dico ex adam multi āni euoluti sunt. multi anni fluxerūt: ⁊ deinceps fluent. non quidē tam multi. sed tamen vsq3 in finē seculi transibūt anni. sicut et illi transierunt. Longum videtur quod restat q̄ q̄ non erit tantum q̄ntum transactum est. ⁊ tamen ex transacto preterito tempore. sperandus est finis reliqui temporis. Fuit tūc quidem dies qui diceretur hodiernus: ex illo vsq3 ad hunc hodiernum. nonne quicq̄d fuit futuruȝ preteritum factū est? Tale habetur acsi non fuerit. Sic erit quicq̄d restat extremum. Sed si et hoc longum sit prolixuȝ q̄ntum putaueris. q̄ntum dixeris. q̄ntum cogitaueris. q̄ntum tibi nō format scriptura. sed fingit cogitatio: q̄ntūuis diey iudicij ꝓlonga nunq̄d vltimum diē tuū id est vite tue quo exiturus es de hoc corpore ꝑducturus es in lōguȝ? Sit tibi senectus certa si potest: cui autē pōt nonne ex quo homo incipit viuere iam potest ⁊ mori? Possibilitatem mortis initiū vite facit. L In hac terra ⁊

in genere humano ille solus mori nondum potest: qui nondum cepit viuere. Incertus ergo dies tanquam quotidianus sperandus est. Si autem tanquam quotidianus est incertus dies. componatur cum aduersario dum est tecum in via. Via enim vocatur hec via: per quam omnes transeunt et non recedit iste aduersarius. Quis est autem iste aduersarius? Aduersarius iste non est dyabolus. Nam nunquam te hortaretur scriptura vt cum dyabolo concordares.

Est alius ergo aduersarius: quem sibi homo facit aduersarium. Nam ille si aduersarius esset: tecum in via non esset. Ad hoc est tecum in via: vt concordet tecum. Scit enim quia nisi in via te cum concordaueris: iam tradet te iudici. iudex autem ministro: minister in carcerem. Eloquia ista euangelica sunt recordantur nobiscum: vel qui legerunt vel qui audierunt. Ergo quis est aduersarius? Sermo dei. Sermo dei aduersarius tuus est. Quare aduersarius tuus est? Quia contraria iubet que tu facis. Dicit tibi. Unus est deus vnum deum cole. Tu vis demisso vno deo tuo tanquam legitimo viro anime: fornicari per multa demonia. Et quod est grauius non quasi aperte deserens et repudians sicut apostate faciunt: sed tanquam manens in domo viri tui admittis adulteros id est tanquam christianus non dimittis ecclesiam: consulis mathematicos: aut aruspices: aut augures: aut maleficos quasi de viri domo non recedens adultera anima: et manens in eius coniugio fornicaris. Dicitur tibi. Ne accipias in vanum nomen dei tui. Ne existimes creaturam esse christum: quia pro te suscepit creaturam: et tu contemnis eum qui equalis est patri: et vnus cum patre. Dicitur tibi vt spiritualiter obserues sabbatum. non quomodo iudei obseruant sabbatum carnali ocio.

Uacare enim volunt ad nugas atque luxurias suas. Melius enim faceret iudeus in agro suo aliquid vtile: quam in theatro seditiosus existeret. Et melius femine eorum die sabbati lanam facerent quam tota die in neomeniis suis impudice saltarent. Tibi autem dicitur vt obserues spiritualiter sabbatum. in spe future quietis quam tibi promittit dominus. M Quisquis autem propter illam quietem futuram agit quicquid potest quamuis laboriosum videatur quod agit: tamen si ad fidem promisse quietis id fert nondum quidem sabbatum habes in re: sed habes in spe. Tu autem ad hoc vis requiescere vt labores: cum ad hoc debeas laborare vt requiescas. Dicitur tibi. Honora patrem tuum et matrem tuam. Contumeliam irrogas parentibus: quam non vis pati a filiis tuis. Dicitur tibi. Non occides. Tu autem occidere vis inimicum tuum. Et ideo forte non facis quia times iudicem hominem: non quia cogitas deum. Ignoras quia ille testis est cogitationum. Illo viuo quem vis mori: te homicidam tenet in corde. Dicitur tibi. Non mechaberis: id est non ibis ad aliquam aliam preter vxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab vxore: et non vis reddere hoc vxori. Et cum debeas in virtute precedere vxorem: quoniam castitas virtus est: tu subito vno impetu libidinis cadis: et vis vxorem tuam victricem esse: tu victus iacens. Et cum tu caput sis vxoris tue: precedit te ad deum: cuius caput es. Uis domum tuam capite deorsum pendere. Caput enim mulieris est vir. Ubi autem melius viuit mulier quam vir: capite deorsum pendet domus. Si caput est vir: melius debet viuere vir: et precedere in omnibus bonis factis vxorem suam: vt illa imitetur virum et sequatur caput suum. Quomodo caput ecclesie christus est: et hoc iubetur ecclesie vt sequatur caput suum: et vt per vestigia ambulet capitis sui: sic vniuscuiusque domus habet caput virum: tanquam carnem feminam. Quo caput ducit: illuc debet sequi corpus. Quare ergo vult caput ire: quo non vult vt corpus sequatur? Quare vult ire vir: quo non vult vt sequatur vxor? Hec iubendo sermo dei aduersarius est. Nolunt enim homines

facere quod vult smo dei. Et quid dicã
quia aduersarius est smo dei quoniam
iubet. Timeo ne egoipse aduersarius
sim quibusdam: quia hec loquor Quid
ad me pertinet? Fortem me faciat qui
terret vt loquar: vt non timeam quere-
las hominũ. Nam q̃ nolunt castitatem
suare vxoribus suis ꝛ abundant: tales
nolunt me ista dicere. N
Sed velint nolint dicturus sum. Si enĩ
vos non exhortor vt cum adũsario con-
cordetis: ego cum illo in lite remanebo
Qui vobis iubet vt faciatis ipse nobis
iubet vt loquamur. Si non faciẽdo qđ
iubet vt faciatis aduersarij eius estis.
non dicendo quod iubet vt dicamus ad
uersarij eius remanebimus. Nunquid
in ceteris que supra dixi multis immo-
ratus sum? Hoc enim presumimus de
charitate vestra: quia vnum deum co-
litis: hoc presumimus de fide catholica
que in vobis est: quia filium dei equa-
lem patri creditis: nec inuanum acci-
pitis nomen domini dei vr̃i: vt putetis
creaturam esse filium dei: quoniam om
nis creatura vanitati subiecta est. Sed
creditis cum equalẽ pr̃i eẽ: deuꝫ de deo
vbũ apđ deũ vbũ deũ p quod facta sũt
oĩa: lumẽ de lumine coeternum illi qui ge
nuit vnum cum illo qui genuit. Et hoc
vbum creditis assumpsisse creaturam
de vgine maria: assumpsisse mortalita
tem: ꝛ passum fuisse pro nobis: ea legi-
mus ꝛ credimus vt saluemur: nec in eo
immoratus sum: vt quicquid facitis ꝓ
spe futura faciatis. Noui eniꝫ omnium
xp̃ianorũ mẽtes de futuro seculo cogi-
tare. Qui eni de futuro seculo non cogi
tat: nec propterea xp̃ianus est: vt id qđ
in fine deus ꝓmittit accipiat nõdũ xp̃ia
nus ẽ. Neq; in eo immorat⁹ sum: vbi di
cit smo dei. Honora pr̃em ꝛ mr̃eꝫ tuam
Multi enim honorant parẽtes: ꝛ raro
inuenimus parentes conquerentes de
improbitate filiorum: q̃uis non desint.
Sed tamẽ q̃ raro fit: tam breuiter mo
uendum fuit. Neq; in eo vbi dictum est
Non occides: immorari volui. Non enĩ
credo hic turbam esse homicidarum.
Illđ vero malum late serpens plus oc-
cupauit: ꝛ in eo vehementius irritatur
aduersarius ille: qui ideo clamat: vt sit
aliquãdo amic⁹. Querele quotidiane
sunt q̃q̃ ipse femine nec iam audent cõ
queri de viris suis. Ita inuadens om-
nia consuetudo pro lege obseruatur vt
iam ꝛ mulieribus forte persuasum sit li
cere hoc viris: non licere mulieribus.
O Solent enim audire ad
ductas esse mulieres ad forum que for-
te cum suis inuente sunt. Adductum vi
rum ad forum quia inuẽtus est cum an
cilla sua nunq̃ audierunt. Cum sit par
peccatum. In peccato pari innocentio-
rem facit videri virum: non diuina ve-
ritas: sed humana peruersitas. Et si for
te hodie acriorem quisq̃ passus fuerit
vxorem suam: ꝛ liberius murmurantẽ:
cui iam videbatur quia licebat viro: et
audiuit in ecclesia: quia non licꝫ viro.
Si ergo passus fuerit vxorem suam li-
berius iam vt dixi murmurantem ꝛ di-
cẽtem sibi. non licꝫ quod facis: simul au
diuimus: christiani sumus: quod a me
exigis: redde michi. Fidem tibi debeo:
fidem mihi debes. fidẽ christo ambo de
bemus. Et si me fallis: cum non fallis
cuius sumus. nõ fallis cum q̃ nos emit.
Hec atq; huiusmodi audiẽs ille que nõ
solet: dũ non vult in se fieri sanus: in me
fit insanus. Irascit᷑. maledicit. fortassis
etiam dicit. Quomodo factũ est vt huc
ille veniret? aut vxor mea ipso die in ec
clesiam procederet? Et hoc credo q̃ in
cogitatione sua dicat. Naꝫ libere erum
pere in vocem non audet. nec ante solaꝫ
vxorem suam. Fortassis enim si sic eru-
perit ꝛ hoc dixerit. potest illa responde-
re ꝛ dicere. Quare maledicis: cui pau-
lo ante acclamabas? Certe coniuges su
mus: cum lingua tua discordas mecũ
concorditer quomodo viuere poteris?
Nos fratres pericula vestra intuemur
non voluntates vestras attendimus.
Nam ꝛ medicus si voluntatem egri at
tendat nunq̃ illum curat. Quod non ẽ
faciendum: non fiat: quod prohibet de
us non fiat. Qui deo credit ab ipso au-
dit quod dicimus. Certe melius erat q̃
busdã nolẽtib⁹ corrigi vt vl' huc nõ venĩ

rem⁹:si ista dicturi eram⁹. vel q2 iaȝ venimus non ea diceremus. Audius tertio die memini me dixisse sctitati vestre q2 si cythared esssemus. aut hm̄oi aliquid populariter exhidentes ꝓ studijs nugacitatis vestre q̄ iā quesumus vt relinquatis:tenuissetis nos vt daremus vobis diē ⁊ q̄squis pro modulo suo cōferret nobis mercedē. Quare ambularemus delectati vanis cāticis. nulli rei ꝓfuturis ad tp̄s dulcibus:in posterum amaris? Talibus etenī turpitudinib⁹ cantionum animi humani illecti enervant et decidunt a virtute:defluentes i turpitudinem:et ꝓpter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores. ⁊ cum magna amaritudine digerūt quod cū dulcedine tpali biberūt. Melius ergo nos amara vobis cantamus ad tp̄s: q̄ post ea dulcescant in vobis. Nec mercedem aliquam exigim⁹ nisi vt faciatis q̄ dicimus. Immo nō faciatis sdicim⁹ nos. Si autem oībus ille dicit q̄ neminem timet:⁊ per quem fit in noīe ipsius: et in glīa mie ipsius. vt ⁊ nos neminē timeamus:oēs audiuimus:omēs faciamus oēs cū nostro aduersario concordem⁹. Putate me cytharedū esse. quid vobis possum amplius canere? Ecce psalterium fero:decē chordas habet. hoc vos paulo ante cātastis anteqū inciperē loqui chorus me⁹ vos fuistis. Nōne vos paulo ante cantastis? Ps De⁹ cāticū nouū cantabo tibi: in psalterio decē chordaꝝ psallā tibi. Ipsas autē decē chordas mō pcutio. Quare amara est vox psalterij dei. Psallā tibi in psalterio decē chordaꝝ? Non vobis hoc canto qd̄ vos non faciatis. Decalogus enī legis decē precepta habet:q̄ decē precepta sunt sic distributa: vt tria pertineāt ad deum:septem pertineant ad hoies. Tria ad deū q̄ iā dixi. Unus est de⁹ noster ei nullā similitudinem debemus facere:⁊ nō fornicari post deū q̄ vnus est: qui deus:⁊ xp̄s filius dei vnum est cum patre. Et ideo non debet a nobis accipi in vanum vt putemus eū factū:id est creaturam aliquā:per quem facta sunt omnia. quia ipse vnus deus pater et filius ⁊ spiritussanctus. In spiritusancto hoc est in dono dei:requies nobis sempiterna promittitur. Inde modo pignus accepimus. Sic enim dicit apostolus. Qui dedit nobis pignus spiritum. Si pignus accipimus vt incipiamus in domino et in deo nostro esse trāquilli. vt simus in deo nostro mites. simus in deo patientes:erim⁹ etiam in illo vnde pignus accipimus ineternum quieti:quod erit sabbatum sabbatoruȝ propter ipsam requiem pertinentem ad donum spiritussancti. Tertium atq3 preceptum de sabbato quod diximus quod carnaliter iudei celebrant: nos spiritaliter agnoscamus. Nam quia spiritussanctus septiformis dicitur. propterea septimum diem sanctificauit deus quando fecit omnia opera sua:sicut in genesi scriptum legimus. Non ibi habes nominatam sanctificationem nisi illo die vbi dicitur. deus requieuit ab omnibus operibus suis. Non enim fatigatus erat deus vt diceretur:requieuit deus ab omnibus operibus suis: sed in illo verbo tibi laboranti requiem promisit. Ut quia fecit omnia bona valde ⁊ sic dicitur: requieuit deus: intelligas etiaȝ te post bona opera requieturum et sine fine requieturum. Nam omnia superiora que dicta sunt id est dies superiores habent vesperam. septimus iste dies nō habȝ vespam:vbi deus sanctificauit requiem. Q Df vbi factum est mane vt inciperet ip̄e dies. Non dictum est factum est vespe vt finirec̄ dies sed dictum est: factum ē mane vt fieret dies sine fine. Sic incipit ergo requies nostra quasi mane:sed non finitur: quia ineternum viuemus. Ad hanc spem quicquid facimus:si facimus:sabbatum obseruamus. Ipsa tertia chorda huius decalogi id est psalterij decachordi. In tribus enim chordis ad deum pertinent p̄cepta. Si diceref̄ nobis. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo:⁊ ex tota anima tua:⁊ ex tota mēte tua:⁊ de proximo nichil nostro dicerur: non esset decachordum sed tricordum. Quia vero addidit dn̄s. ⁊ diliges proximum tu-

um tanq̄ teipm̄.et contexuit dicens. In his duobus mandatis tota lex pendet et prophete: tota lex in duobus preceptis est. dilectione dei: et dilectione proximi. Ad duo itaque precepta .i. ad dilectionem dei et proximi pertinet decalogus. Ad primū preceptum tres chorde pertinent: q2 deus trinitas. ad alterum vero preceptū .i. ad dilectionē proximi septē chorde. quō viuatur inter homines. Nam ipse numerus septenarius tanq̄ septem chordarū icipit ab honore parentum. Honora patrē tuum et matrem tuā. Ad parentes eīn suos hō aperit oculos. et hec vita ab eorū amicitia sumit exordiū. Quisq̄s autē suis parentibus non defert honorem: quib⁹ parcere poterit? Et dicit apostolus. Honora patrem tuum et matrem tuā. hoc est primum madatum. Quomodo primum quando quartum mādatum est: nisi quia in septenario numero est primum? Ad dilectionem proximi primū est in secunda tabula. Nam ideo due tabule legis date sunt. Deus enim famulo suo moysi in monte duas tabulas dedit. In quibus duabus tabulis lapideis conscripta erant decem precepta legis. quod est psalterium decem chordarum. Tria i vna tabula ad deum pertinentia: septem in altera tabula ad proximum. In altera ḡ tabula primū est. Honora patrem tuum et matrē tuam. Scdm̄ . non mechaberis. Tertium. nō occides. Quartum: non furaberis. Quintum: non falsum testimonium dices. Sextum: non concupisces vxorem proximi tui. Septimum: non concupisces rem proximi tui. Hec iungamus illis tribus ad dilectionem dei pertinētibus si in psalterio decem chordarum volumus cantare canticum nouum.

Attendat enim charitas vestra vt dicam vel quod deus suggesserit. Accepit legem populus iudeorum Ista in decalogo non obseruauit. Et quicunq̄ obtemperabant: timore obtemperabant pene non amore iusticie: portabant psalterium non cantabant. Cantanti enim voluptas timenti onus est. Ideo vetus homo: aut non facit: aut timore facit. non amore sanctitatis non delectatione castitatis: temperantie charitatis: sed timore. Vetus eīn hō est: et vetus hō vetus canticum cantare potest: non nouū. Ut autē cantet cāticū nouū: fit nouus homo. Quō autē possit esse nouus hō: audi non me s̄ aplm̄ dicentē. Exuite vos veterem hoiem: et induite nouū. Et ne quis putaret: cum dixit. exuite vos veterem hoiem et induite nouū: aliquid deponendum esse et aliquid accipiendum. cū de mutando preciperet homine: subiecit et ait. Qua propter deponentes mēdacium loquimini veritatē. Hoc est quod ait. Exuite veterem hoiem et induite nouum. hoc dixit: mutate mores. Seculuʒ diligebatis: deum diligite. Nugatoria iniq̄tatis: temporales voluptates diligebatis: proximum diligite. Si dilectione facitis: nouum canticum cantatis. Si timore facitis: facitis tamen: portatis q̄dē psalterium: s̄ nōdū cantatis. Si aūt nec faciatis: p̄iicitis ipsū psalteriū. Melius est tñ portare q̄ p̄iicē. Sed rursus melius ē cum voluptate cantare: q̄ cum onē portare. Nec peruenit ad canticum nouuʒ nisi iā cū voluptate cātās. Nam q̄ portat cum timore: adhuc in vetustate est. Et quid ē fres quod dico attēdite. Nō cōcordauit cum adūsario suo: q̄ cum timore adhuc facit. Timet eni ne veniat deus et dānet illum. Nam nondum delectat castitas nondum illū delectat iusticia: sed iudicium dei formidans a factis temperat. Nondum cōcupiscētiā ipsam damnat q̄ seuit i eo Nondū illū delectat qd̄ bonum ē: nondum ibi habʒ suauitatem vt cantet canticum nouum: s̄ de vetustate penas timet. Nondum concordauit cum adūsario. Tales eni homines plerumq̄ supplantanē tali cogitatione: vt dicant sibi Si fieri possz: non nobis minaretur deus. Non talia per prophetas suos diceret q̄ homies deberent: sed veniret et daret omibus idulgentiam. ignosceret oibus: postea veniret neminem mitteret i gehennam. Iam q2 iniquus est: iniquum

vult esse deuꝫ Uult te deus facere simi
lem sui ⁊ tu conaris deum facere simi-
leꝫ tui. Placeat tibi ergo deus qualis
est: non qualem illum esse vis. Peruer-
sus enim es: ⁊ talē vis esse deū qualis es:
non qualis est Si aūt placeat tibi qua-
lis est: corrigeris: ⁊ diriges ī eam regu
lā cor tuū a qua nūc alienꝰ distortus es
Placeat tibi deus qualis est. Non te
ipse amat qualis es: sed odit te qualis
es. Ideo tui miseretur. qꝛ odit te qua-
lis es. vt faciat te qualis nondum es
faciat te dixi qualis nondum es. Nam
illud tibi non promitit qꝛ faciet te qua-
lis es. Nā eris qualis est sed ad quen-
dam modum. i. imitator dei velut ima-
go: sed nō qualis imago est filius. Naꝫ
etiā imagines in hominibus diuerse sunt
filius hoīs habet imaginem p̄ris sui. ⁊
hoc est qđ pater eius. qꝛ hō est sicut pa-
ter eiꝰ. In speculo aūt imago tua non
hoc est qđ tu. Aliter est enim imago tua
in filio. aliter in speculo. In filio est ima
go tua sm̄ equalitatē substantie. in spe-
culo aūt ꝙ longe est a substantia. et tn̄
ē quedā imago tua: ꝙuis nō talis qua-
lis in filio tuo sm̄ substantiam. Sic in
creatura nō hoc est imago dei qđ est in
filio q̄ hoc est qđ pater. i. verbū dei per
qđ facta sunt oīa: Recipe ergo similitu
dinē dei quam per mala facta amisisti.
¶ sicut enim imago in nummo impa
toris aliter est: et aliter in filio. Nam
imago ⁊ imago est: sed aliter impressa
est in nummo. aliter in filio. aliter in so-
lido aureo imago imperatoris. Sic et
tu nūmus dei es ex hoc melior: qꝛ cū in
tellectu ⁊ cum quadā vita nūmus dei
es vt scias etiā cuius imaginem geras
⁊ ad cuius imaginē factꝰ sis. Nā num-
mus nescit se habere imaginē impera-
toris. Ergo vt dicere ceperam: odit te
deus qualis es. sed amat te talem qua-
lem te esse vult. et ideo ille te vt mute-
ris hortat̄. Concorda cū illo. ⁊ incipe p̄
mo bn̄ velle: ⁊ odisse te qualis es. hoc
sit tibi initiū concordie cū sermone dei:
vt incipias primo tu odisse te qualis
es. Cū ceperis ⁊ tu odisse te talē qualis
es: sicut te taleꝫ odit deus. incipis iam
ipm diligere deū qualis est. Egrū atte-
dite. Eger egrotantē se odit qualis est.
Inde incipit concordare cū medico. qꝛ
⁊ medicus odit eum qualis est. Naꝫ ideo
vult sanum esse: qꝛ odit eū febrientem: ⁊
est medicus febris ꝑsecutor: vt sit homi
nis liberator. Sic auaricia: sic libido:
sic odium: concupiscentia: luxuria. sic
nugacitas spectaculoruꝫ febres sūt ani-
me tue: debes illas odisse cum medico
tuo: ita concordas cum medico: niteris
cum medico: ⁊ libenter audis qđ iubet
medicꝰ: libent̄ facis qđ iubet medicus
⁊ proficiente iam sanitate incipiunt eti-
am iam delectare precepta. ꝙ onerosus
est cibus egris quādo reficiuntur: ⁊ pe-
iorē horā reputant egri refectionis sue
ꝙ sue accessionis: ⁊ tn̄ cogunt se cōcor-
dantes cū medico: ⁊ ꝙuis inuiti ⁊ oble
ctantes vincunt se vt aliquid accipiant
Quanta auiditate sani maiora perce-
pturi sunt: vnde egri minora vix accipi
unt. Sed vnde hoc factū est? Quia ode
rant febrē suā ⁊ cum medico concorda-
uerunt. ⁊ simul persequebat̄ febrē medi
cus ⁊ egrotus. Cū ḡ ⁊ nos talia dicimꝰ
non odimus nisi febres vr̄as: imo in no
bis ipsis sermo dei febres nostras odit.
cū quo cōcordare debetis. Nā nos q̄d
sumꝰ nisi liberandi vobiscū: sanandi vo-
biscū? Modo non me intuamini sed ser
monem dei. Nolite irasci medicamen-
to vestro: non inueni enim aliud qua
transirē. Ueni ad quintā chordam ho-
mo. Qui tango psalterium decē chor-
darū: nunq̄d preterimissurus eram qui-
tam? Immo assidue ꝑcussurus. In illa
enim video iacere pene totū genꝰ huma-
nū: in illa video plus laborare. Ipsam
percutiēdo quid dico. Nolite mechari
post vxores vestras: qꝛ non vultis vt me
chent̄ post vos vxores vestre. Nolite ire
vos: quo eas sequi nō vultis. Sine cau-
sa vos excusari conamini: quādo dicitis
Nunquid eo ad vxorem alienā? ad an-
cillam meam eo Uis vt dicat vxor tua
tibi Nunquid ad virum alienum? ad
seruum meum eo Dicis non est vxor
aliena ad quam vado Nunquid vis di-
cat̄ tibi: non est vir alienus ad quem va

do: Absit vt dicat hoc illa. Melius enim dolet te q̄ imiteƚ te. Illa enim casta et sctā femina ꝛ vere xpiana q̄ dolet forni cantem virum: ꝛ non dolet ꝓpter carnē sed ꝓpter charitatē. non iō vult vt non facias. qꝛ et ipsa non facit: sed quia ti non expedit. Nam si ꝓpterea non facit vt tu non facias: si feceris facict. ¶ Si autē deo illud debeat. si xpo illō de beat qō tu exigis. ꝛ ideo reddet qꝛ iu bet iste. ꝛ si fornicaƚ vir castitatem femi na illa deo exhibet. Xp̄us em̄ loquiƚ in cordibus bonaꝝ feminaꝝ. loquitur in tus vbi non audit vir: qꝛ nec dignus est si talis est. Loquiƚ ḡ ille interius ꝛ di cit. ꝛ filiā suā consolaƚ hm̄oi verbis. De iniurijs viri tui torqueris. quod tibi ei fecit dolere: sed ipsum noli imitari vt ma le facias sed ipe te imiteƚ in bono. Naꝫ in eo q̄ male facit noli eum putare ca put tuum: sed time me deū tuū. Nam si ꝛ in eo q̄ male facit caput est. ꝛ secutu rum est corpus caput suū: eunt ambo ꝑ preceps. Ut aūt non sequaƚ malum ca put suū teneat se ad caput ecclesie xp̄m huic debens castitatē suam. huic defe rens honorē suū. absens sit vir. presens sit vir. non peccat illa. qꝛ nunq̄ est ab sens cui debet vt non peccet. Hec ergo fratres mei facite. vt possitis cōcorda re cum aduersario. Nec amara sunt q̄ dico. aut si amara sunt curant. Potio ista si amara est accipiaƚ. qꝛ in pericu lo sunt viscera amara bibaƚ. Meli⁹ est modica amaritudo in faucibus: q̄ eter num tormentū in visceribus. Mutate ḡ vos: quicūq̄ non faciebatis hoc bonuꝫ castitatis. Iam facite Nolite dicere: nō potest non fieri. Fedum est fratres mei turpe est: vt vir dicat non posse fieri qō facit femina. Scelus est vt vir dicat nō possum. Qō pōt femina vir non potest? Quid em̄. illa carnem nō portat? prior a serpente decepta est. Caste vxores ve stre ostendūt vobis fieri posse quod nō vultis facere: ꝛ dicitis fieri non posse. Sed forte dices iō illaꝫ facilius facere posse: quia multa illi custodia est legis preceptum. diligentia maritalis: terror etiam legum publicarū. est etiā verecū die ꝛ pudoris illius magnum munimē tum. Multe custodie faciunt feminā ca stam. virum castum faciat ipsa virilitas Nam iō mulieri maior custodia: qꝛ ma ior infirmitas. Illa erubescit viro: tu nō erubescis xp̄o. Tu liberior qꝛ fortior: qꝛ facile vincis: ideo tibi commissus es. Sup illā ꝛ diligētia viri. ꝛ terror legum ꝛ consuetudo moꝝ. ꝛ verecundia maior et deus sup te n̄r deus. Iuuenis enim facile pares viros quibus non timeas erubescere. quia faciunt id multi. Et tā ta est peruersitas generis humani: vt aliquando metuēdum sit ne castus eru bescat inter impudicos. ¶ X ¶ Iō nō cesso tangere istā quintā chordā ꝓpter ip̄am peruersam consuetudinem ꝛ labē totius vt diri generis humani. Si quis inter vos faciat homicidium qō auer tat deus: pellere eum vultis de patria et continuo si fieri potest excludere. Si quis faciat furtū: odistis illū: nec vide re vultis. Si quis dicat falsum testimo niū: abominamini nec vobis hō videƚ. Et q̄s concupiscat alienas res: raptor ꝛ iniustus deputaƚ. Si q̄s volutaƚ cum ancillis suis: amatur: blande accipitur. conuertuntur vulnera in ioca. Si quis aūt existat q̄ dicat se castum. non facere adulteriū: notū aūt sit q̄ non faciat. eru bescit accedere ad illos non sui similes ne insultent. ne irrideāt. ne dicant nō eē virum. Ad hoc delapsa est humana per uersitas vt vir habeaƚ a libidine vict⁹. et vir non habeaƚ victor libidinis. Tri umphantes exultant et non sunt viri: iacent prostrati et viri sunt. Si specta res: ille tibi videretur fortior q̄ iaceret sub bestia q̄ q̄ pimeret bestiam? Sed qꝛ dissimulatis a pugna interiore et dele ctant vos pugne exteriores. iō non vul tis pertinere ad canticum nouū: vbi di citur. Qui docet manus meas ad preli um: ꝛ digitos meos ad bellū. Est enim bellū qō secū agit hō dimicans contra concupiscentias malas: frenans auari ciam: elidens supbiam: suffocans ambi tionē: trucidans libidinē. Has pugnas facis in occulto: et non vinceris in aper to. Ad hoc docenƚ man⁹ vestre ad pre

lium:et digiti vestri ad bellum. Non est hoc in spectaculis vestris. In illis spectaculis nō idē est venator qđ cytharista. aliud agit venator. aliud cytharista In spectaculo dei vnū est. y
Tange easdem decē chordas et feras occides: vtrūqꝫ simul facis. Tāgis primā chordā qua colitꝰ vnus deus: cecidit bestia supstitiōis Tangis secundam q̄ non accipis nomen dei tui in vanum cecidit bestia erroris nephandarum heresum que id putauerunt. Tangis tertiā chordā vbi pro spe future quietis facis quicqd facis: interficitur crudelior ceteris bestijs amor seculi huius. Propter enim amorē seculi huiꝰ laborant homines in omībus negocijs. Tu autem in omibꝰ bonis opibꝰ tuis labora. non ꝓpter amorē seculi huius: sꝫ ꝓpter requiem sempiternā quā ꝓmittit deus. Uide quō vtrūqꝫ simul facis: et chordas tangis ꝛ bestias occidis. i. ꝛ cytharista es ꝛ venator. Nō vos delectant talia spectacula vbi non promeremur oculos editoris: sed oculos redemptoris. Honora partem tuū et matrē tuā: tāgis quartā chordā vt honorē parētibus deferas cecidit bestia impietatis. Non mechaberis: tangis quītam chordam: cecidit bestia libidinis. Non occides: tangis sextam chordā: cecidit bestia crudelitatis Nō furtū facies tāgis septimā chordam: cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dīces: tangis octauā chordā: cecidit bestia falsitatis. Nō concupisces vxorem ꝓximi tui: tangis nonā chordā: cecidit bestia adulterine cogitationis. Aliud enim est non facere aliqd tale preter vxorē: aliō nō appetere alienā vxorē. Iō duo precepta sunt. non mechaberis: ꝛ nō cōcupisces vxorē proximi tui. Non concupisces rē proximi tui: tangis decimam chordā: cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentibꝰ omnibus bestijs securꝰ ꝛ innocens in dei dilectione et humana societate versaris: tangens chordas decem quod bestias occidis. Nā multa capita sunt sub istis capitibus. In singulis chordis non singulas bestias: sed greges interficis bestiarꝫ. Sic ergo canticū nouū cū amore non cum timore cantabis. Noli dicere tibi qn̄ forte aliqd luxurianter vis agere. Uxorē non habeo. facere possū qđ volo nō ei post vxorē meā pecco. Iā nosti preciū tuū. iam nosti quo accedis. qđ manduces. qđ bibas. immo quē manduces quē bibas. Abstine te a fornicationibꝰ: Ne forte mihi dicas: ad fornicem vado ad meretricē pgo. ad prostitutā eo. nec illud ꝓceptū violo qđ dictū est: non mechaberis: qꝛ vxorē nōdū habeo: nec post illam aliqd facio. z Nec illud preceptū violo qđ dictū est. Nō cōcupisces vxorē ꝓximi tui. Qui ad publicam vado: in qđ preceptū incurro? Non inuenimus chordā quā tangamꝰ. non inuenimus chordā: quo neruo legimꝰ fugitiuum istum: Non fugiet: habꝫ vñ ligetꝰ: sꝫ amet te. Non enim ligamētum sꝫ ornamētum ī ipsis decē cordis inuenimus. Decē eni ꝓcepta ad duo illa referuntꝰ. sicuti audiuimus vt diligamꝰ deum ꝛ proximum: ꝛ duo illa ad vnū illō. Unū est autē quod tibi fieri non vis alij ne feceris. ibi cōtinentꝰ decē ibi cōtinētꝰ duo. Sꝫ dicis: furtū si faciā id facio qđ pati nolo. Si occidaꝫ id facio quod ab alio pati nolo. Si parētibus meis honorē non deferā qn̄ volo vt ferantꝰ michi a filijs: id facio quod pati nolo. Si sim mechus ꝛ aliquid tale moliar id facio qđ pati nolo. Nā si qs interrogetꝰ dicit. nolo vt vxor mea aliqd tale faciat. Si concupisco vxorē ꝓximi mei nolo qlqꝫ concupiscat meā: id facio qđ pati nolo. Cuꝫ vo ad meretricē eo: cui facio quod pati nolo? qđ grauius ē ipsi deo. Intelligat sāctitas vrā: etenī quod fieri tibi nō vis alij ne feceris: ad duo ꝓcepta pertinet. Quō ꝑtinet ad duo ꝓcepta. si hoi non feceris qđ pati non vis ab hoie? Ad ꝓximi ꝓceptū ꝑtinet ad dilectionē ꝓximi ad septē chordas. Si aūt qđ nō vis pati ab hoie. ipsi deo vis facē. quid est hoc non facis alij quod pati non vis: Charior factus ē tibi homo q̄ deus? Ergo quō facio iqs ipsi deo. Corrūpis teipꝫ. Et vñ iniuriā facio dō qꝛ corrūpo meipꝫ Un̄ tibi facit iniuriā q̄ voluerit forte la-

pidare tuã tabulam pictã? i qua tabula imago tua est in domo tua inanit posita ad vanũ honorẽ tuũ. nec sentiens nec loquẽs nec vidẽs. Si quis illã lapidet nõnne in te facit contumeliam? Cum vero imaginẽ dei q̃ es tu corrũpis in te per fornicationes et per diffluentias libidinis: attendis q: ad nullius vxorem accessisti: attendis q: post vxorem tuam nihil fecisti: q: vxorem non habes: et nõ attẽdis p libidines illicitas fornicationis cuius imaginẽ violasti. Postremo deus qui scit quid tibi vtile sit. qui vere non sic suos suos gubernat ad vtilitatem illoꝝ: nõ ad suam. Non eni indiget seruis quasi ad adiutorium. sed tu indiges dñi auxilio. A Ipe ergo dñs qui scit qd tibi sit vtile. vxorez concessit nihil ampli⁹. hoc iussit. hoc precepit ne per illicitas voluptates corruat tẽpluz eius qd esse cepisti. Vnde hoc ego dico? Aplm audite. Nescitis q: templum dei estis. et spũs dei habitat in vobis. Si quis tẽplũ dei corruperit: corrũpet illum deus. Videtis quõ minatur? Nõ vis corrumpi domũ tuã. quare corrumpis domum dei? Certe non facis alicui quod pati nõ vis? Nõ est q̃ qua euadat Tenet ille q̃ se teneri nõ putabat. Oia eni pctã hoim. aut ad corruptelam pertinent flagitioꝝ. aut ad facinora nocendi. Q: deo noceri non põt in facinorib⁹ in flagitijs eum offendis. in corruptelis illũ offẽdis. in te illi facis iniuriã. Facis ei iniuriã gre ipi⁹: domo ipi⁹. Seruũ si hr̃es velles vt seruiret tibi seruus tuus. Serui tu meliori dño deo. Seruum tuum non tu fecisti: et te et seruũ tuũ ille fecit. Vis vt tibi seruiat cũ quo factus es et non vis seruire ei a quo fact⁹ es. Ergo cũ vis vt seruiat tibi seruus tuus hõ et tu non vis seruire dño deo. facis deo qd tu pati non vis. Ergo illud vnũ p̃ceptũ continet duo. illa duo cõtinẽt decẽ. illa decẽ continẽt oĩa. Cãtate q̃ in psalterio decẽ chordaꝝ canticũ nouũ. Et autem cantetis canticũ nouũ: estote homines noui. Diligite iusticiã habet pulchritudinẽ suã. Jõ non vultis illam videre: q: aliud amatis. Nã si aliud nõ amaretis eam vtiqz videretis. Quare illã videtis qñ illã erigitis? illã erigis quare laudas fidem qñ illã erigis de seruo tuo? Quã pulchra res est fides: sed tunc pulchra est qñ de suo exigit: tunc videt qñ ab altero expetit: qñ de te exigit non videt. Aurũ vides: fidẽ nõ vides? Sicut lucet aurũ ad oculos corpis. sic lucet fides ad oculos cordis. Aperis ad illam oculos cordis: qñ vis vt exhibeat illam tibi seruus tuus. Si tibi illam exhibuerit laudas seruũ tuũ: et predicas eũ et dicis. Preclarũ seruũ habeo: magnum seruum habeo: fidelẽ seruũ habeo. Quod laudas in seruo non exhibes dño: et eo sceleratius q: vis vt meliorẽ tu habeas seruũ q̃ te deus. B Jubet de⁹ seruo suo vt bonus sit erga te: quomodo iubet vxori tue: vt et si tu mechaberis si mechet. Sic iubz suo tuo vt et si tu non suis deo: suiat tibi. Sed hoc totum vide: vt ad monitionẽ tuã valeat: non ad perniciẽ tuã. Eteni suus ille q̃ tibi seruit idigno digne. i. q̃ indigno tibi bene seruit. et fideliter seruit: et pure te diligit: deo debet nõ tibi. Justum est ergo et tu attendas: quia sub domino es ad quẽ et ille attẽdit vt suiat tibi. Jmple q̃ quod dictum est: quod tibi fieri nos vis aliĩ ne feceris. Sed ipsuz aliũ cũ dicis: vtrũqz attẽde et ꝑximũ et deũ. Canta i psalterio decẽ chordaꝝ: canta cãticũ nouuz concorda cũ smone dei: cũ est tecum in via. Cõcorda cum aduersario tuo cito ne cum discordia venias añ iudicẽ. Si facis qd audis cõcordasti cũ eo. si autẽ nõ facis rixaris cũ eo. et nondũ composuisti quousqz facias. Et aũt concordetis abstinete vos a detestabilibus corruptel. et a detestabilib⁹ idiuitionibus, a mathematicis, ab aruspicib⁹, a sortilegis ab augurib⁹, a sacrilegis abstinete vos q̃tũ potestis a nugatorijs spectaculis. Si q̃ delectationes seculi subrepunt in aiã exercete vos i mia: exercete vos in elemosynis, in ieiunijs, i orationibus. His eni purgantur quotidiana peccata q̃ nõ põt nisi subripe i aiam ꝑpt fragilitatẽ humanã. Noli illa contemnere q̃a minora sunt, sed time q̃a plura sunt.

Attendite fratres mei minuta sunt: non sunt magna. Non est bestia quasi leo: vt vno morsu guttur frangat: sed bestie plerumque minute multe necant. Si proijciatur quisque in locum pulicibus plenum: nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores: sed infirma est natura humana que etiam minutissimis bestijs interimi potest. Sic et modica peccata attenditis quia modica sunt: cauete quia plura sunt. Quam minutissima sunt grana arene. Si arene amplius in naui mittatur: mergit illam vt pereat. Quam minute sunt gutte pluuie. Nonne flumina implent et domos deijciunt. Ergo ista nolite contemnere. Sed dicturi estis. Et quis pot sine istis? Ne hoc diceres quod habere nemo potest: deus misericors videns nostram fragilitatem posuit contra remedia. Que sunt remedia? elemosinarum: ieiuniorum: et orationum: ipsa sunt tria. Et aut verum dicas in oratione perfecte implende sunt elemosine. Que sunt perfecte elemosine? Ut ex quo tibi abundat des ei qui non habet: et quo te ledit aliquis ignoscas illi. ¶ Sed ne putetis fratres quia facienda sunt quotidie adulteria et elemosinis quotidianis mundanda sunt. Ad illa scelera maiora non sufficiunt quotidiane elemosine vt ea mundent. Aliud est vbi mutes vitam. aliud est vbi toleres vitam. Illa mutanda est. Si mechus eras noli esse mechus. Si fornicator eras: noli fornicari. Si homicida: noli homicida esse. Si ibas ad mathematicum: et ad ceteras pestes sacrilegas: iam desine. Arbitraris hec nisi fieri desinant quotidianis elemosinis posse mundari? Illa dico quotidiana peccata que aut per linguam facile committuntur: vt est verbum durum: aut cum labitur aliquis in risum immoderatum. aut in huiusmodi nugas quotidianas. In ipsis concessis peccata sunt. Cum ipsa vxore si excedit concubendi modus procreandis liberis debitus: iam peccatum est. Ad hoc enim ducitur vxor: id etiam tabule iudicant vbi scribitur liberorum procreandorum causa. Quando tu vti vxore amplius quam necessitas procreandorum liberorum cogit volueris iam peccatum est. Et ipsa talia peccata quotidiane elemosine mundant. In ipsis alimentis que vtique concessa sunt: si forte excedis modum et amplius accipis quam necesse est peccas. Quotidiana sunt ista que dico. sed tamen peccata sunt et non leuia quia plura. Quia vero quotidiana et plurima: timenda est ruina multitudinis: et si non magnitudinis. Talia peccata dimittimus fratres quotidianis elemosinis posse mundari. Sed facite elemosinas et nolite cessare. Attendite vitam vestram quotidianam ipsis peccatis scaturientem minutis ipsis dico. Et cuius facis elemosinam non superbe facias. nec sic orces quemadmodum ille phariseus. Sed tamen quid ibi dixit. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quecunque possideo. et nondum fusus erat sanguis domini. Tantum pro nobis precium accepimus et saltim nec tantum erogamus quantum phariseus. Et habes alio loco aperte dicentem dominum. Nisi abundauerit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum: non intrabitis in regnum celorum. ¶ Ergo illi dant decimas: tu si centesimas dederis aliquid magnum te fecisse gloriaris. Attendis enim quid alius non faciat: non quid te iubeat facere deus. Metiris te de comparatione peioris: non de iussione melioris. Non quia ille nihil facit. ideo tu magnum aliquid facis: sed quia gaudetur ad quedam minima opera vestra: quia tanta est sterilitas vestra vt ad modica gaudeatur. Quasi securi vobis blandimini de minimis elemosinarum granis: et aceruos obliuiscimini peccatorum. Protulisti forte nescio quid paruum: quod alius aut non habuit: aut non protulit cum haberet. Noli attendere post te quis non faciat. sed quid te iubeat deus facere. Postremo quare in istis affectionibus clarius non vobis sufficiunt quas processistis: si vultis esse diuites: quales ditioribus vobis. Non attenditis quantos pauperiores transcenditis? Sincere vultis ditiores. Sed in elemosinis habetur modus: Hic dicitur: iam quousque facio? et illic non dicitur: quantis diuitibus ditior sum? Non attenduntur egestates innumerabilium mendicorum. Non respiciuntur

posteriores multitudines paupeꝝ. Sed paucitas precedentiū diuitū añ oclos ponit. Cur in ope bono non attenditur ille zacheus: q̄ dimidiū reꝝ suarum dedit paupibus? Sed optare cogimur vt attendat saltim ille phariseus qui oīm q̄ possidebat decimas dabat. Noli parcere thesauris caducis: thesauris vanis. Noli sub imagiue pietatis augere pecuniam. Filijs meis suo. Magna excusatio: filijs meis seruo. Uideamus Seruat tibi pr̄ tuus: suas tu filijs tuis filij tui filijs suis: ꝛ sic per oēs et nullus facturus est precepta dei. Quare non illi potius impendis oīa q̄ te fecit ex nihilo? Qui te fecit: ipse te pascit. Ex his que fecit ip̄e: pascit ꝛ filios tuos. Neqȝ enim melius committis filio tuo patrimoniū tuum q̄̄ creatori tuo. Et mētiūtur quidē homines: mala est auaricia. Palliare se volunt noīe pietatis ꝛ dealbare. vt quasi propter filios videant. seruare hoīes. qđ ꝓpter auariciā suāt Nam vt noueritis qꝛ sic plerūqȝ cōtingit. Dicit de quodā. E Quare nō facit elemosinā? qꝛ seruat filijs suis. Contingit vt amittat vnū. Si ꝓpter filios suabat: mittat post illum partem suā. Quare illā tenet in sacculo: ꝛ illuȝ relinqt ab aīo. Redde illi qđ suum est. redde qđ illi seruabas. Mortuus est inquit. sȝ precessit ad deū: pars ipsius debet paupibus: Illi debet ad quē perrexit: xp̄o debet: ad ip̄m em̄ perrexit: ꝛ ille dixit. Qui vni ex minimis istis fecit: mihi fecit. Et q̄ vni ex minimis istis nō fecit: mihi non fecit. Sed quid dicis? Seruo fratribus ipsius. Si viueret ille non erat cum suis fratribus diuisurus O fides mortua: mortu⁹ est em̄ filius tuus. Quicquid dicas mortuo debes qđ viuo seruabas. Mortu⁹ est filius meus sȝ tñ partē filij mei seruo fratrib⁹ ipsius Si credis qꝛ mortuus est si ꝓ illo xp̄us mortuus non est: mortu⁹ est ip̄e. Si aūt in te fides est: viuit filius tuus. Uiuit prorsus non decessit sed precessit. Qua fronte venturus es ad filiū tuum q̄ precessit: cui precedenti nō mittis partem suā in celū? An non pōt mitti in celum? Pōt prorsus. Audi ip̄ȝ dn̄m dicentem. Thesaurisate vobis thesauros in celo. Si ḡ ille thesaurus meli⁹ est custoditus in celo: nunquid tunc mittendus ē filio qñ si missus fuerit non peribit? Tenebitur hic vbi pōt perire: nō mittit illuc vbi xp̄s est custos. Certe ea q̄ hic tenes ꝛ nō vis mittere post filiū tuū: quib⁹ cōmendas actoribus tuis cōmendas illi⁹ partē qui precessit. ꝛ xp̄o non cōmēdas ad quem precessit? An idone⁹ est tibi procurator tuus: min⁹ idoneus xp̄s? Uidetis fr̄es qꝛ mēdaciū est qđ dicunt hoīes. Filijs meis seruo. Mēdaciū est fr̄es mei mendaciū est. Auari sunt homies. vl̄ȝ cogant confiteri qđ nolūt: cū erubescūt tacere qđ sunt: fundant vomāt in ꝯfessione quod portāt. Pect⁹ premit crapula iniqtatis: euomat eā confessio. ȝ non omnino more redeat ad vomitū F

Estote xp̄iani Ualde parum est vocari xp̄ianus Quāta donatis venatoribus quanta turpib⁹ personis: donatis eis q̄ vos occidunt Per ip̄as em̄ exhibitiones voluptatū interficiūt aīas vr̄as: et insanitis quis plus donet Si insaniretis q̄s plus suet nō essetis ferēdi: quis plus suet insanire auaricie est: q̄d plus donet insanire profusionis est. Nec aurū te deus nec ꝓfusum vult: collocare te vult q̄ habes: nō ꝓijcere Certatis quis vincat in pei⁹: non datis operā quis sit melior: atqȝ vtinā non daretis: quis sit peior Et dicitis xp̄iani sumus ad fauorē ppl̄i ꝓijcitis res vr̄as Ecce non iubet xp̄s Rogat xp̄s: eget xp̄s Esuriui dicit xp̄s: ꝛ non dedisti mihi manducare: egere volui propter te: vt haberes vbi seminares q̄ dedit vt meteres vitam eternam Nolite pigri esse: ꝛ male fecistis: mores emendate: pctā redimite: ꝛ cū hec feceritis: deo gratias agite a quo accepistis bn̄ viuere Et sic ei gratias agite vt nō insulteris his qui nōdū bn̄ viuunt Sed eos ipsos moribus vr̄is hortemini Hec faciendo habetis ꝑfectam q̄tū in hac vita potest iusticiā Conuersantes in bonis operibus: in orationibus: in ieiunijs: ꝛ in elemosinis ꝓpter minuta peccata. ꝛ abstinendo vos ab il

lis magnis peccatis concordatis cũ ad uersario ꝛ securi dicitis in oratione. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nr̃is. Habetis enim quod quotidie vobis dimittat: q̄ habetis ꝙquotidie dimittatis. Sic ambulando securi in via nõ timebis latrocinia diaboli: q2 xp̃s viã ꝛ stratam magnam seipm̃ fecit: ꝑducit ad patriam. Ois ibi securitas. ois quies. vbi ꝛ ipsa misericordie opa cessabũt: q2 nulla ibi erit indigentia miserorũ. Erit ergo illõ sabbatũ sabbatorũ. vt qđ hic desideramus ibi inueniamus. Amen.

¶ Explicit Liber beati Augustini de decem chordis.

Sermo sancti Augustini de ebrietate. g

Frequẽter charitatem vr̃am fratres charissimi paterna pietate admonui: vt ebrietatis malum tanꝙ inferni foueam vitare deberetis. Sed ipsi infelices ebriosi: qñ se nimio vino ingurgitant: derident ꝛ vituperãt eos qui rationabiliter hoc tm̃ qđ sufficit bibere volunt dicentes eis. Erubescite ꝛ verecundũ sit vobis: q2 nõ potestis bibere ꝙtũ nos. Dicunt enim eos nõ esse viros. Et videte miseriam ebriosorũ. Se dicunt viros qui inhonesti in ebrietatis cloaca iacent. ꝛ illos dicunt nõ esse viros: q̄ honesti ꝛ sobriĳ stant. Nemo dicat fratres charissimi ꝙ in istis temporib⁹ martyres non sint. Quotidie martires sunt. Martir enim testis interp̃tatur. Quicunq̧ ẽ ꝑ veritate testimoniũ dederit ꝛ oẽs causas cũ iusticia iudicauerit quicquid ꝑ testimonio veritatis vel iusticie protulerit: totum ei dñs ꝑ martirio cõputabit. At si ille qui ebrietati resistit: si cũ dei adiutorio ꝑseuerare voluerit: ꝛ ꝑ ipsa re aliquas ꝑtulerit tribulationes: oĩa ei dñs ad martirĳ gloriam cõputabit. Velim nunc scire frẽs charissimi: quicunq̧ dñs plures seruos habet si vel vnũ ex illis velit fieri ebriosum: ꝛ de us habeat ebriosum? Nõ enim fratres tanta infelicitate se inebriant homines quia putant ebrietatẽ aut paruum aut nullũ esse pctm̃. O Sꝫ ꝑ ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicĳ reddituri sunt rationẽ. si cõmissis sibi ppl̃is q̄ vel ꝙta mala de ebrietate nascuntur assidue noluerint predicare. Quia aũt credit paruum esse pctm̃ si se non emendauerit: et ꝑ ipsa penitentiam non egerit cũ adulteris ꝛ homicidis eterna illuꝫ pena sine remedio cruciabit. fm̃ illõ quod ipsi bene nostis beatum apl̃m predicasse. Neq̧ inquit fornicarĳ. neq̧ idolis seruientes. neq̧ molles. neq̧ masculorũ cõcubitores neq̧ auari. neq̧ adulteri. neq̧ ebriosi regnuꝫ dei possidebunt. Videte ebriosos cum predictis vicĳs iungi. Et iõ diffiniat ꝛ deliberet vnusquisq̧ apõ se ebrietatem graue eẽ peccatũ. ꝛ tũc aut nũꝙ aut difficile tũ ebrietas poterit superare. cũ enim non solum ĩ futuro sc̃lo propter ebrietatem torquẽdi sint homines sed in presenti ꝑ ipsam ebrietatem multis frequenter infirmitatibus fatigant. ꝛ hoc q̄dem non solum laicis: sed etiaꝫ clericis: quod peius est. Multi sunt et maioris ordinis clerici: qui cuꝫ aliĳs sobrietatis bonum deberẽt iugiter p̄dicare: non solũ hoc non faciunt: sed etiaꝫ se ꝛ alios inebriare non erubescũt nec metuunt. Sed agnoscant ꝛ doleant q̄cunq̧ tales sunt. Et qui nolunt se emendare ꝛ pro se ꝛ pro aliĳs necesse est eterna supplicia sustinere. Illud vero quale est ꝙ iam transacto conuiuio ꝛ completa siti: cum amplius bibere non possunt nec debeant: tũc q2 nouelli ꝛ quasi ipsa hora superueniant: diuersis nominibus incipiunt bibere: non soluꝫ viuorũ hominũ sed et angelorũ ꝛ reliquorũ antiquoruꝫ sanctoꝝ: estimãtes ꝙ maximũ illis honorẽ ĩpendãt: si se in illoruꝫ noĩb⁹ nimia ebrietate sepeliant. ignorãtes ꝙ nullus tã grauẽ iniuriã sanctis angelis et sanctis hoĩbus agnoscit irrogare ꝙ illi q̄ in eorũ noĩbus bibendo per ebrietatem suas aĩas ꝑbant, occidere. Sunt enim

aliq qui sola hac de causa aliqua salsa cibaria sibi ordinant fieri. vt p ipsā salsitudinem nimia se possint ebrietate obruere. Hoc eni quidē si pagani ignoranter faciūt. nec mirādū est nec nimis dolendū: q2 ꝛ in deo spē non habēt. ꝛ antiquā parentum suoꝝ consuetudinem seruant. J Xpiani vo qs de⁹ de tenebris eduxit ad lucē: de morte vocauit ad vitam: qbus oēs scripture clamant ebrietatē fugere. sobrietatem diligere. quare turpissimas illorum ebrietates imitant: de quoꝝ ꝑfidia liberari per dei grām meruerūt? Et iō rogo: ꝛ p tremēdum diē iudicij vos adiuro: vt q̄tū potestis: ebrietatis malū auxiliāte dn̄o fugiatis: ꝛ iā vobis incipiat verecūdum esse: ꝙ hucusq3 gentibus et paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo q2 deo ꝓpicio illis dissimiles estis in fide: siles esse in ebrietate non debetis. Que etiā si reliq̄ pctā xp̄iani nō admittant: sola ea si frequens fuerit ebrietas: ꝛ emendatio ac penitētia nō subueniat: in inferno precipitat. scḋm id qḋ iā dictū ē. neq3 ebriosi regnum dei possidebunt. Sed dicet aliqs Ego regnū dei nolo: eternam tantuȝ requiem desidero. Nemo se decipiat fratres. Duo eni loca sunt. et tertius non ē visus. Qui cū xp̄o regnare non meruit cum diabolo absq3 vlla dubitatiōe peribit. Ego fratres charissimi: dum hec humiliter et cum grandi charitate pro sollicitudine paterna cōmoneo apḋ deum absoluo cōscientiam meā. Qui vo me libenter audire: ꝛ fideliter qḋ ei predictum est implere voluerit: habebit p̄mium eternum. qui autem contempserit: timeat ne eternum necesse sit sine vllo fine sustinere supplicium.

¶ Explicit sermo sancti Augustini de ebrietate.

Incipit tractatus sancti augustini de vanitate huius seculi. R

IN hac vita positi fratres ita agite: vt cū hic migraueritis ꝛ caro vr̄a a vermibus ceperit deuorari in sepulcro: anima ornata bonis operibus cum sanctis omnibus letetur in celis. Retrahat vos a malis opib⁹ vel peccatis: interitus eorum quos premisistis. Attendite calamitates considerate diuitum sepulcra: vel eoruȝ qui ante pauca tp̄a vobiscum erant: quid sunt: vel quid fuerunt: vel quid eis diuitie et cupiditas seculi profuerint. Ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt: qui si modo loqui possent hec vobis dicerent. Ut quid infelices tm̄ pro seculi vanitate discurritis? Ut quid vos criminibus ꝛ vicijs repletis? Considerate ossa nostra ꝛ vel sic vobis horreat cupiditas ꝛ miseria vestra. Quod vos estis non fuim⁹: et qḋ nos sumus vos eritis. Itaq3 oēs frēs charissimi sollicita consideratione pensate. ꝛ hec cōsiderantes expauescite diē mortis ante oculos semper ponite ad emendationē q̄tū potestis festinate Nolite negligere ꝙ vos pius deus peccantes sustineat. quia q̄to diutius expectat vt emendetis: tanto grauius iudicabit si neglexeritis. Si forte putatis q2 finis mundi tardi⁹ veniat vel suū vnusquisq3 consideret finem. Ecce dum libēter ac iocūdissime moratur hō i mūdo: multaq3 in longa tp̄a disponit agenda: repente rapitur in morte: ꝛ ex īprouiso aufertur a corpore. Sed ille est btūs: q̄ semp illā habuerit an̄ oculos: ꝛ festinauerit in illa hora mortis parat⁹ inueniri. Qr si vultis scire charissimi q̄ magno metu magnisq3 doloribus aīa separatur a corpore: diligenter aduertite.

R Ueniūt eni angeli assumere eam vt ꝑducāt illam an̄ tribunal iudicis metuendi: ꝛ tūc illa memorās opa sua mala ꝛ ꝑuersa q̄ die noctuq3 gessit: contremiscit. ꝛ q̄rit ea fugere. īduciasq3 petere dicēs. Date mihi vel vni⁹ hore spacium. Tunc quasi loquentia simul opa eius dicent. Tu nos egisti: opa tua su-

mus: non te deseremus: sed tecum semper erimus tecumque pergemus ad iudicium. Hec quidem peccatoris anima agit: que cum horrendo timore separatur a corpore: et pergit plena peccatis et ingenti confusione. Iusti vero anima cum separatur a corpore: nō timet: nec expauescit. sed magis cum magno gaudio egredit: et cum exultatione pgit ad deum deducentibus se sanctis angelis. Illam horam fratres modo timete: vt non tunc timeatis. Illam nunc pcauete: vt tunc securi esse possitis. Mementote iugit quod i medio laqueorum diaboli ambulatis: et ideo semp parati estote vt quando domini pceptum fuerit missum: liberi ab omni labe peccati ad requiem transire possitis. Non arbitremini vos in hoc mundo diu mansuros. quia nimis prouenit vt post dominicum missū pceptū: nec vnius hore momentum concedat in hac vita cōsistē. Cauete igitur ne i exitu vrō tristiciam faciatis angel et gaudium inimicis. Scitote vō quod cum aia a corpe euellit: statim aut i paradiso p meritis bonis collocat: aut certe p pctis i iferni tartara precipitat. Eligite modo qō vultis: et hoc iā i vita vestra disponite. aut ppetualit gaudēcū sctis aut sine fine cruciari cū ipsis. Itaque fres saltem pene vos terreant: si premia non inuitant: et presens seculum si despicere non valetis: saltem cum iusticia possidete. Qui in adolescentia errauit saltem iam in senectute resipiscat: et mala que peccando commisit: penitēdo iā expurget. Ecce paulatim deficit mūdus. et cuncta que videntur velocit tanquam nebula: aut tanquam vesptina vmbra trāseuntūt. M Ecce quod oli prenunciabatur: presenti iam tempore perspicue cernitur. Subtrahuntur vt ipsi videtis omnia bona: et crescunt qti die mala. Nolite ergo fres iam mūdū diligere: quem tanta cernitis cum velocitate trāsire. Nolite i eius amore anchoram cordis iam figere: quem sic ad finem conspicitis declinare: prebētē cū aplo clamet. quod amicitia huius mūdi inimica sit deo. Si eni ipe mūdus nos diligeret: diligend vtique non esset: quanto magis nunc dū ipe nos odire pbat. qs tātis malis illedtur: a nobis omnino spernendus atque fugiendus est. Uitam ergo eternam ex omnibus precordijs vris amate: quam nunquam i secula finiatis. Illuc festinate vbi semper viuatis: et vbi iam mori nunquam timeatis. Si enim sic amatis istam vitam miseram fluidāque: vbi cum tanto labore viuitis: et vbi vix currēdo satagēdo: sudādo: suspirādo necessarijs corporis satisfacitis: quanto magis amare debitis etnam vitam: vbi nullum laborem sustiebitis: vbi sp sūma securitas summa felicitas: summa libertas: felix btitudo vbi etiā iplebit illud qō domin i euangelio dt. Erunt homines similes angelis. Et illud. Fulgebūt iusti sicut sol i regno patris mei. Qualis putatis tūc erit splēdor animarum qn solis claritatem habebit lux corporum? Ibi iam non erit vlla tristicia. null ibi labor: nullus dolor: nullus timor. nulla mors: sed perpetua semper sanitas perseuerat: nulla ibi cōsurgit malicia: nulla carnis miseria: nulla egritudo: nulla omnino necessitas. Non erit ibi fames non sitis: non frigus: non estus: non lassitudo ieiunij. nec vlla tentatio inimici. non peccandi voluntas nec delinqndi possibilitas: sed totum leticia totum exultatio possidebit: hominesque consociati angelis sine vlla carnis infirmitate vernabunt. Erit ibi iocunditas infinita. beatitudo sempiterna: quam qui semel adipiscitur semper tenet. Nichil hoc loco magnificentius: nichil gloriosius: nichil clarius: nichil pulcrius: nichil verius. nichil illa bonitate sincerius. nichil illa abundantia copiosius.
N Ibi iam non formidabitur fortissimus hostis: qui cupit iugit animas iugulare nec facies oino turbulēta tortoris. Non incutiet timorem barbarorū immanitas: nec vlla vlterius tiebit aduersitas. Nemo i illo loco glorioso idiget vestimēto: nō ē illuc frig. non estus. nec nulla aeris īeqlitas. Nullus ibi esurit null tristat. null ē ibi pegrinus sz omnes qui illuc venire meruerit

securi in propria patria viuent. Non vltra aduersabitur caro spiritui: sed cum angelis inenarrabilia sempiterna a christo premia tribuentur. ꝛ quod oculus nō vidit sicut dicit apostolus: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit: q̄ preparauit deus diligentibus se. Ecce qualē beatitudinem perditurus erit: qui modo se dum licet: emēdare noluerit. Idcirco nos fratres domino auxiliante dedignemur vltra seruire peccato: quibus tāta beatitudo preparatur in celo. Dum ergo tempus est: festinemus propitium nobis habē dominum: despiciamus que terrena sunt: vt adipiscamur celestia. cogitemus peregrinos nos esse in hoc seculo vt liberius festinemus ad celos. Velociter enim transeunt: ꝛ cito tanq̄ vmbra pereunt cuncta que hic videntur. Perpendamus charissimi fratres: quales erimus in die iudicii: dei ꝛ angelorum eius conspectui presentandi: quādo opera nostra erūt nobis ante oculos nostros ponēda. Qualis erit tunc ista confusio: cui contigerit pro peccatis suis in cōspectu dei omniumq; hominum ꝛ angelorum erubescē: qui hic nec vnum quidē homines se peccātē vult nunc inspicē? Quis pauor erit deū iratum vidē: quē placatum nō valz vniūsitas comphēdē. Illum ergo diez sp timeamus: quē modo puidē nullatenus possumus. Illum diē iugiter paueseamus: ꝛ vel sic actus nr̄os reuocemus.

Consideremus quis terror in die illo erit cum dominus de celis ad iudicandum seculum venerit. Qui metus erit deum vidē: ad cuius aduētum vniūsa elementa quatiuntur: ꝛ celum cum terra contremiscet: virtutesq; celorum commouebuntur

O Tūc nimirū pcinētibus angelorū tubis oēs gētes q̄cunq; sub celo fuerint. ꝛ ois hō tā viri q̄ femine: in eo sexu vnusquisq; quo natus fuerit in mūdo. boni ꝛ mali: sancti ꝛ pctōres: vel q̄cūq; ab initio nati ꝛ mortui fuerit: siue a bestiis deuorati: siue ab igne cōsumpti: siue etiā ab antiqs absorpti: oēs simul in momēto tpis: in ictu oculi resurgēt i ipsis sine dubio corpib⁹ atq; in ipa carne quā hic hūerūt. s. in viri pfectū. i mēsuram etatis plenitudinis xp̄i: i qua ꝛ ipse dn̄s resurrexit a mortuis. Et oēs añ iudiciū xp̄i venient: pariterq; eum electi ꝛ reprobi oculis suis videbunt: sicut ꝛ ipse dn̄s in euāgelio dicit. Tunc videbunt filium hominis veniētē in nubibus celi: cum virtute magna ꝛ maiestate: cōstipatū agminibus angelorum: ꝛ cōgregabunt añ eum omēs tribus terre: ꝛ separabit eos ab inuicē: sicut pastor segregat oues ab hedis: ꝛ statuet quidē iustos a dextris: impios autem a sinistris. Tunc dicet ad eos qui a dextris erunt. Venite benedicti pr̄is mei: possidete patum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim ꝛ dedistis michi manducare: sitiui ꝛ dedistis mihi potum: ꝛ cetera q̄ audistis in euangelio. Tunc omnibus aspicientibus ostēdit liuores fiturasq; clauorum in ipso sine dubio corpore: qđ pro nr̄is peccatis vulneratū ē: ꝛ ita pctōres cōpellans dicet. Ego te homo de terre limo manib⁹ meis formaui: ꝛ in paradisum meum quē non mērartis: collocaui. Sz tu me meaq; iussa contēnēs deceptorē sequi maluisti: vnā ꝛ iusta pena damnat⁹: inferni supplicii deputatus eras. Postea mistus tui: carnē assumpsi in terris: inter peccatores habitaui. contumelias ꝛ verbera pro te sustinui. Ut te eriperem: colaphos et sputa suscepi. Ut tibi dulcedinem paradisi redderē: acetuz cum felle bibi. Pro pter te vepribus coronatus: cruci affixus lancea vulneratus sum: propter te mortuus: in sepulcro positus sum. ad inferna descendi: vt te ad paradisum reducerē. Tartara adii vt i celo regnares. Agnosce ergo impietas humana que pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te suscepi. Ecce clauorum foramina: quibus affixus in cruce pependi. Suscepi dolores tuos: vt te saluarem. Suscepi penam vt tibi gloriam darem. Suscepi mortem vt tu haberes vitam immortalem. Cōditus iacui in sepulcro vt tu regnares in celo. Hec omnia pro vobis sustinui: ampliora horum quid vobis debui facere ꝛ non feci? Dicite michi nūc: vel ostēdite quid passi estis propter me domiatorem vestrum. vel quid boni egistis

pro vobis? Ego cum essem inuisibilis ꝛ
impassibilis: propter vos dignatus suȝ
sponte pati: propter vos incarnatus sū
cum essem diues: ꝓpter vos egenus fa
ctus sum. Sed vos humilitatem meaȝ:
ꝛ precepta mea semper renuentes: sedu
ctorē magis ꝗ̄ me secuti estis. Ecce mō
non potest iusticia mea aliud iudicare:
nisi quod merentur opera vestra. Ergo
quod ipsi elegistis: tenete. Contēpsistis
luceȝ possidete tenebras. Amastis mor
tem: ite in ꝑditionem. Secuti estis dya=
bolū: ite cū illo ī ignem eternuȝ. Quis
putas tunc erit meror? quis luctus? que
tristicia? ꝗ̄ angustia? cum hec fuerit ad=
uersus impios prolata sententia. Tunc
erit malis dura separatio a dulcedine
consortiȷ̄ sanctoꝝ. Et tūc impiȷ̄ traditi ī
potestatem demonuȝ: ibunt in ipsis cor=
poribꝰ suis cum dyabolo in supplicium
eternum: et permanebunt semper sine fi
ne ī luctu ꝛ gemitu. Procul quippe exu
lati a beata paradisi patria cruciabun=
tur in gehenna perpetua: nunꝗ̄ lucē vi=
suri: nunꝗ̄ refrigerium adepturi: sed ꝑ
milia milium annoꝝ̄ in inferno cruciā
di: nec inde in secula liberādi: vbi nec ꝗ
torquet aliquādo fatigatur: nec qui tor
quetur aliquādo moritur. Sic enīȝ ibi
ignis ꝯsumit: vt semper reseruet. sic tor=
menta aguntur: vt semper renouentur.
Iuxta qualitatē vero culpe: penā vnus=
quisꝗ sustinebit gehenne: ꝛ similis cul=
pe rei: suis similibus iunguntur cruciā
di. Nō ibi audietur aliud nisi fletus ꝛ plā
ctus: atqꝫ stridores dētium. non ibi erit
aliud consolamentū nisi flamme et ter=
rores penaꝝ. ℚ Ardebuntqꝫ mi
seri in igne eterno: semper in secula secu
loꝝ. Iusti aūt ibunt in vitam eternam: ī
ipsa sine dubio carne quam hic habue=
runt: ꝛ sociabuntur angelis sanctis in
gloria sempiterna. nunꝗ̄ iā vlteriꝰ mo=
rituri. nunꝗ̄ corruptionem visuri. sed sē
per leti ac dulcedine christi iugiter saciati
Fulgebunt sicut sol in gloria et clarita=
te quam preparauit deus diligentibꝰ se
Et erit tunc ꝗ̄to quis amplius alio hic
obediens deo fuit: tanto ampliorem il=
lic mercedem accipiet. Quantoqꝫ hic
amplius quis deum amauit: tanto pro
pius eum videbit. Benedicamꝰ igitur
dn̄m deum nostrum fratres: qui ad leti
ciam spiritualem congregauit nos. si=
mus in humilitate cordis semꝑ: ꝛ gau=
dium nostrum penes ipsuȝ sit. Non igi=
tur de prosperitate aliqua huius seculi
inflemur. sed nouerimꝰ felicitatem no=
stram nō esse: nisi cum ista transierint.
Modo gaudium nostruȝ fratres in spe
futura sit. totum desiderium vita eter=
na sit. oīa suspiria nostra xp̄o anhelent.
ille vnus pulcerrimus qui fedos dile=
xit vt pulcros faceret: desideretur: ad il
lum vnū curratur illi ingemiscatur: et
dicant semper magnificetur dominus ꝗ
volunt pacem serui eius. Amen.

¶ Explicit tractatus sancti Augustini
de vanitate huius seculi.

Liber augustini de obediētia ꝛ hūilitate

℟

Nichil sic deo
placet quemadmoduȝ obe
dientia Chan maledictus
fuit: ꝛ post mlt̄a secula ma
net quod dicitur Semen chanaan ꝛ nō
iuda: quia patri non est obsecutus. Ce=
terum Sem qui obsecutus est patri: be=
nedictionem habuit in omnia secula.
Hoc itaqꝫ dico non est filioꝝ iudica=
re de patribus. Nemo vadit ad magi=
strum: et docet magistrum suum. Veni=
sti ad me vt docerem te litteras si tibi
scripsero. et dixero tibi. scribe quomo=
do ego scribo: vtiqꝫ imitari debes queȝ
magistrum elegisti. Ab aliquo doctus
es: et vadis ad peritiorem magistrum.
Hoc totum quare dico? Ut obedienti=
am exhibeamus patribus nostris.
Qui patribus non obsequitur: deo non
obsequitur. Dicit enim dominus. Qui
vos contemnit me contemnit. Qui er=
go contemnit apostolos: contēnit xp̄m

Qui contēnit patres cōtemnit xp̄m qui in pr̄ibus est. Hoc dico: quia hec in nobis sūma ⁊ sola est virtus obedientie. Si ieiunaueris diebus ac noctibꝰ: orationēq; feceris. si in sacco fueris vel cinere: si nihil aliud feceris nisi quodcunq; preceptuꝫ est in lege. ⁊ tibi visus fueris quasi sapiēs. ⁊ obediēs pr̄i non fueris: oēs virtutes ꝑdidisti. Una obedientia plus valet q̄ oēs virtutes Ieiuniū vel continentia nisi te diligenter attēderis: supbiā tibi facit. Supbia aūt inimica ē deo. Nihil sic odio habet deus sicut superbiam. Quicūq; non obedit nō facit de sanctitate: sed de supbia. Idō enim nō obedit: q2 se meliorē putat illo cui non obedit. S Simpliciter dico vobis omnia peccata odio habet deꝰ: mendaciū. ꝑiuriū. furtū. ⁊c. in quibꝰ si q̄s dep̄hensus fuerit: nō pōt oculos leuare. sed sic eū habemꝰ q̄si execrabilem. Si quis superbꝰ est: multo peius facit q̄ adulterium: ⁊ tn̄ loquimur cū eo. Qui fornicator est pōt aliq̄d dicere. Uicit me caro mea: supauit me adolescentia mea. Non dico q̄ sibi hoc facere liceat. aut q̄ se excusare debeat. sicq̄dē et hec odio habet deꝰ: sed in cōparatione mali dico Quicūq; aliud pctm̄ fecerit. verbi grā. si furtū fecerit se excusare potest. Quid enim dicit? Propterea furtuꝫ feci quia algebā. q2 fame moriebar. quia egrotabam. Superbus q̄d dicere pōt? Idō supbia maius malum est. q2 excusationem nō hꝫ. Cetera vicia eis nocēt q̄ ea committunt. ceteruꝫ supbia plus oībus nocet. Hec ḡ dico: ne cogitetis pctm̄ nō eē supbiā. Quid eni dicit apls? Ne quis incidat in iudiciū diaboli. Uides ḡ quō quicūq; inflatur: in iudiciū diaboli incidit. Hoc ḡ dico s̄m qd̄ scriptuꝫ ē. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiā. vt oīa inquit pctā fugiamꝰ: maxime supbiā. Dico vobis: q̄d agat q̄ per supbiam sibi sapiens videt̄. Si quis ei de fratribus dederit cōsiliū: ⁊ dixerit ei frater. nō debes sic agere. nō eū dignatur audire: q2 se magis sapiētem putat q̄ illum qui dat consiliū. Et q̄d dicit in corde suo qui sibi videtur eē sapiētior. Ego igitur non habeo consilium? Nunq; tu es sapientior me? Licet non dicat. tn̄ ex eo q̄ contēnit consiliū fratris in corde hoc loq̄tur. Ergo hoc dico. Qui supbiam habet: sine causa habet alias virtutes: immo eas non habet sed videtur habere. Qui enim hoc habet quod deo contrariuꝫ est: quō pōt habere aliquid quod deo amicū sit? Supbia in monasterio fit. Si ieiunamꝰ erigimur. si orōnem facimus ꝑ peccatis in supbiā erigimur. Aliq̄s ieiunat pro pctīs suis: et pro pctīs suis penitētiā agens in superbiam extollitur. Ideo ieiunas. idō oras ideo p̄cepta facis: vt cōtra deū facias? Monachꝰ si supbus est: multū ei meliꝰ fuerat si vxorem duxisset. Ego simpliciter dico: ⁊ libera fronte hoc dico. quia quicunq; superbus est: melius esset ei (⁊ hoc ad cōparationem mali dico) vt oīa alia vicia haberet: ⁊ ex malis suis inclinaretur ad penitentiam: ⁊ nō oēs despiceret. T Si aūt post pctā ageret penitentiaꝫ. vtiq; dei miam mereretur. Qui autē supbus est. oīm malorum hꝫ principiū ⁊ non agit penitentiā q̄si iustꝰ sit. Propterea supbia cōtraria est deo: quia deo nō subijcitur. Sic enim se habet q̄si iustus. Superbus non agit penitentiam pro malis: ⁊ gloriatur q̄si ꝑ bonis. Hec quare dixerim. ⁊ vos ipsi intelligitis. et aliorū ruine vestra debent esse exēpla. Propterea venimꝰ in monasteriū. libertatem seculi perdidimus. vt seruitutē xp̄i accipiamus. Deinde ista de fratribꝰ loquor q̄ solent longius sedere a monasterio: non eis debet nasci superbia de exēplo. In cenobio vixisti placuit tibi vt maneres i decimo miliario: non propterea debes synaxim sanctoruꝫ fratrum cōtēnere. nec te ideo viliorē putes: si ad fratres veneris ad ciuitatem. Si necessitatem haberes ires et videres mulieres: et si necesse habuisses: ires in plateas. Iccirco non ires: ad synaxim sanctorum fratrum non vadis. O tu qui manes in secreto aut melior es a fratribus qui sunt in cenobijs. aut peior es. Si melior es veni vt eis exemplum vite tue tribuas.

Si autem deterior es. veni vt discas q non scis. Superbia nascitur quando ali quis dicit se secretum sedere. fratres nō dignatur videre et visitare et insuperbi am erigitur. Hoc propterea loquor pre sente sancto fratre qui facit opere: vt hoc quod ego loquor hunc sciatis op⁹ facere. Denique multi sancti patres qui vere patres sunt. qui regunt animas sā ctorum: quando aliquos viderint iu uenes ire ad secreta ⁊ ad cenobium nō venire ⁊ in superbia esse vadunt ⁊ vim eis faciunt. ⁊ adducent eos non vt no ceant. sed vt tollatur eis superbia. Nec hoc propterea dico vt illi qui ma nent in secretis: ⁊ veniunt ad cenobiū et fratres visitant ab his qui sunt in ce nobijs arguantur quasi sint impatien tes: nec quasi humiles. Nemo dicat de vobis. Ecce ille qui in heremo sedet: quia non patitur venit. Propterea ve nit vt superbiam deponat: propterea venit vt te edificet et non destruat. Vi dete qualis vite: sic viuit in deserto: et tamen gloriam non habet eorum qui i deserto sunt. Deus itaque omnipotens omnia que locuti sumus: orationibus sanctorum nos quoque implere faciat. Nichil enim grande est dicere: sed fa cere: et si quid facere non possum ⁊ lo quor: ideo loquor: vt qui potest facere faciat. Qui habet aures audiendi au diat in christo iesu domino nostro: cui ē honor virtus ⁊ potestas in secula secu lorum. Amen.

¶ Explicit liber beati Augustini epi de obe dientia ⁊ humilitate.

Ex libro retractionū sancti Augustini i li brum de agone chri stiano. V

Liber de agōe xpiano ffib⁹ i elodo latio eruditis hūili sermone con scrīpt⁹ ē: fidei regulā cōti nēs ⁊ pcepta viuēdi. In q illō qd positū est. Nec eos audiam⁹ q carnis resurre ctionē futurā negāt: ⁊ cōmemorāt qd ait apls paul⁹: caro ⁊ sāguis regnū dei nō possidebunt. nō itelligētes quod ipe di cit apls: opʒ corruptibile hoc iduere i corruptionē: ⁊ mortale hoc induē imor talitatem. Cum enim hoc factum fue rit: iam non erit caro ⁊ sanguis: sed ce leste corpus Non sic accipiendum est q si carnis nō sit futura subā: sʒ carnis et sāguinis noīe ipām corruptionē carnis ⁊ sāguinis itelligēd⁹ ē apls nūcupasse: q vtique i regno nō erit illo: vbi caro in corruptibil' erit. Quāuis ⁊ alit' possit i telligi: vt carnē ⁊ sanguinē opa carnis ⁊ sanguinis dixisse accipiam⁹ apostolū ⁊ eos regnū dei nō possessuros qui ꝑse uerant' ista dilexerint.

Incipit liber scti au gustini epi de agone christiano. X

Corona victo rie non promittitur nisi cer tantibus. In diuinis autē scripturis assidue īuenim⁹ pmitti nobis coronam si vicerimus. Sed ne longum sit multa commemora re apud aplm paulum manifestissime legit'. Opus pfeci: cursū cōsūmaui: fidē seruaui iam superest mihi corona iusticie. Debem⁹ ḡ cognoscē qui sit ille aduersa rius: quem si vicerimus coronabimur. Ipse ē enī quē dñs nr̄ pō vicit: vt etiā nos i illo pmanētes vicam⁹ p ipsū. Et dei qdē virt⁹ ⁊ sapia ⁊ vbū p qd facta sūt oīa: q fili⁹ dei vnic⁹ ē: sup oēm creaturā sp icōmutabil' manet. Et qm sub illo ē creatura etiā q nō peccauit: q̄to magis sub illo ē omnis creatura peccatrix? Er go quoniam sub illo sunt omnes sancti

angeli multo magis sub illo sunt omēs preuaricatores angeli: quorum dyabolus princeps est. Sed quia naturam nostram deceperat: dignatus est vnigenitus dei filius ipsam naturam nostram suscipere: vt de ipsa dyabolus vinceretur: ⁊ quem semper ipse sub se habet etiam sub nobis eum esse faceret: ipsum significat dicens. Princeps huius mundi missus est foras Non quia extra mundum missus est: quomodoquidam heretici putant: sed foras ab animis eorum: qui coherent verbo dei. ⁊ non diligunt mundum cuius ille princeps ē: quia dominatur eis q̄ diligunt temporalia bona: que hoc visibili mundo continentur nō quia ipse dominus est huius mundi: sʒ princeps cupiditatum earum q̄bus cōcupiscitur omne quod transit vt ei subiacent: q̄ negligunt eternum deuʒ: ⁊ diligūt instabilia ⁊ mutabilia. y

Radix enim est omnium maloꝝ cupiditas. Quā quidā appetētes a fide errauerunt: ⁊ inseruerunt se doloribus multis. Per hāc cupiditatem regnat in homine dyabolus ⁊ cor eius tenet. Tales sunt omnes qui diligunt istum mundū. Mittitur autem dyabolus foras: quando ex toto corde huic mundo renunciatur. Sic enim renunciatur diabolo qui princeps est huius mundi: cum renunciatur corruptelis et pompis et āgelis eius. Ideoq; ipse dominus triumphantem naturam hominis portans: scitote inquit quia ego vici mundum. Multi autem dicūt quomodo possumus vincere diabolum quem non videmus? Sed habemus magistruʒ qui nobis demonstrare dignatus est: quomodo a nobis inuisibiles hostes vincantur. De illo enim dixit apostolus. Exuens se carnem principatus et potestates expoliauit fiducialiter eos triumphans ī semetipso. Ibi ergo vincuntur inimice nobis inuisibiles potestates: vbi vincūtur inuisibiles cupiditates. Et ideo q2 in nobis ipsis vincimus temporalium rerum cupiditates: necesse est vt in nobis ipsis vincamus et illum: qui per ipsas cupiditates regnat in homīe. Quādo enim dictum est diabolo. terram mā ducabis. dictum est peccatori: terra es ⁊ in t'ram ibis. Datus est ergo in cibum dyabolo peccator. Non simus terra: si nolumus manducari a serpente. Sicut enim quod manducamus in nostrū corpus conuertimus: vt cibus ipse secundum corpus hoc efficiatur quod nos sumus: sic malis moribus per nequiciam ⁊ superbiaʒ ⁊ impietatem hoc efficitur quisq; quod dyabolus id est similis ei9: subijcitur ei: sicut subiectū est nobis corpus nostrū. Et hoc est quod dicitur mā ducari a serpente. Quisquis itaq; timet illum ignem qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius: det operam triunphare de illo in semetipso. 3

Eos enim qui foris nos oppugnant: intus vicimus vincendo concupiscentias: per quas nobis dominantur. Et quos inuenerint sui similes secum ad penas trahunt. Sic et apostolus dicit q in semetipso pugnet aduersus potestates exteriores. Ait enim. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem sed aduersus principes ⁊ potestates huius mundi: rectores harum tenebraruʒ aduersus spiritualia nequicie in celestibus. Celum enim dicitur ⁊ iste aer vbi venti ⁊ nubes ⁊ procelle ⁊ turbines sūt sicut etiā scriptura dicit in multis locis Et intonuit de celo dn̄s ⁊ aues celi ⁊ volatilia celi: cū manifestum sit aues in aere volare. Et nos in consuetudine hunc aerē celū appellamus. Nam cum de sereno vel nubilo querimus: aliquādo dicimus: q̄lis est aer: aliqn̄: quale est celū. Hoc dixi ne q̄s existimet ibi h̄itare mala demonia: vbi solem ⁊ lunam ⁊ stellas deus ordinauit: que mala demonia ideo apl'us appellat spiritualia. quia etiam mali angeli in scripturis sp̄us appellantur. Ideo autem rectores haꝝ tenebraꝝ eos dicit: quoniam peccatores homines tenebras appellat quibus isti dn̄antur. Ideo ⁊ alio loco dicit. Fuistis enim aliquando tenebre nūc autem lux in domino: quia ex peccatoribus iustificati erāt Non ergo arbitremur in summo celo habitare diabolum cum angelis suis

vñ lapsum esse credimus. Sic eñi erra uerunt manichei q̃ dicũt añ mundi con stitutionẽ fuisse gentẽ tenebrarum. que cõtra deum rebellauit: in quo bello cre dunt miseri omĩpotentẽ deũ: nõ sibi ali- ter potuisse succurrere: nisi partem su- am cõtra eã gentẽ mitteret. Cuius gen tis principes (sicut illi dicũt) deuorauc- runt partẽ dei: ꝛ ipati sunt vt posset mũ dus de illis fabricari. Sic dicunt deum peruenisse ad victoriam cũ magnis ca- lamitatibus et cruciatibus et miseriis mẽbrorũ suorũ. q̃ membra dicũt esse cõ- mixta tenebrosis viscerib⁹ principum il lorũ. vt eos tẽparent: ꝛ a furore cõpesce- rent. Et nõ intelligũt tã sacrilegam esse suã sectaꝫ. vt credant omĩpotentẽ deum nõ per creaturã quã fecerit: sed ꝑ ipsaꝫ naturã suã bellasse cũ tenebris: quod ne phas est credere. Neqꜫ hoc solũ sed etiã illos qui victi sũt: factos esse meliores qꜫ furor eorum cõpressus est. dei autem naturã q̃ vicit: factam esse miserrimam

A Dicũt eñi eã per ipsam cõmixtio nẽ: ꝑdidisse intellectũ ꝛ btitudinem suã et magnis erroꝛib⁹ ꝛ cladibus esse im- plicatã. Quã si aliqñ vel totaꝫ purgari dicerẽt: magnã tñ impietatẽ ꝯ oĩpoten- tem deum affirmarẽt: cui⁹ parteꝫ crede rent tanto tꝑe in erroꝛib⁹ et penis esse iactatã sine aliquo pctĩ crimine. Nunc ỽo infelices audẽt adhuc dicere: nec to tam posse purgari: et ipsam partẽ que purgari non potuerit ꝓficere advincu- lum: vt inde inuoluat: ꝛ illigetur mali- cie sepulchrũ ꝛ sic ibi ſꝑ sit pars ipa dei misera que nihil peccauit: ꝛ affligitur ĩ eternũ carcere tenebraruum. Hoc illi dicunt vt simplices aĩas fallant. Sed q̃s tam simplex est vt ista non sentiat es se sacrilega. quib⁹ affirmãt omnipoten- tẽ deũ necessitate oppressum esse. vt ꝑtẽ suã bonã ꝛ innocentẽ tantis cladibus obruendam: ꝛ tanta immũdicia inqui- nandã daret: ꝛ non eã liberare posset. ꝛ qđ liberare non poterat eternis vincul' colligaret? Quis ꝗ ista non execretur? Quis non intelligat impia esse ꝛ nefã- da? Sed illi qñ capiũt hoĩes: nõ ista pri us dicunt. q̃ si dicerẽt: riderent aut fu- gerent ab hoĩbus. Sed eligunt capitu- la de scripturis: q̃ simplices hoĩes non intelligunt. ꝛ per illa decipiũt aĩas im- peritas: querendo vñ sit malũ: sicut in isto capitulo faciunt: quo ab aplõ di- ctum est: rectores haꝝ tenebrarũ: ꝛ spi- ritualia nequicie in celestibus. Que- runt eñi deceptores illi: ꝛ interrogant hoĩem scripturas diuinas non intelli- gentẽ: vñ sint in celo rectores tenebraꝝ: vt cum respondere non potuerit: tradu cat ab eis per curiositatẽ: qꜫ omĩs ani- ma indocta curiosa est. Qui aũt fidem catholicã bñ didicit: ꝛ bonis moribus ꝛ vera pietate munit⁹ est. Quis eorum heresim nesciat. respondet illis tamen. Nec eñi decipi potest. qꜫ iã nouit quid ꝑtineat ad xp̃ianam fidẽ. q̃ catholica di cit: ꝑ orbem terrarum sparsam. ꝛ con- tra omnes impios ꝛ peccatores negli- gẽtes aũt suos dño gubernãte securaꝫ.

B Q̃ m̃ ꝗ dicebam⁹ aplñ pau lum dixisse. habere nos colluctationem aduersus rectores harum tenebrarum ꝛ spũalia nequicie in celestibus: ꝛ ꝓba uimus etiam istuꝫ aerẽ ẽe proximum celũ vocari. opꝫ credere adũsum diabo lum ꝛ angelos eius nos dimicare: qui gaudẽt ꝑturbationibus nostris. Nam ipse apl̃s alio loco diabolũ pĩcipẽ po- testatis aeris hui⁹ appellat. Quanuis ille locus: vbi ait. spiritalia nequicie in celestibus possit ꝛ alit̃ intelligi. vt non ipsos preuaricatores ãgelos in celesti- bus diceret esse. ſꝫ nos potius de quib⁹ alio loco dicit. conuersatio nostra in ce lis est: vt nos in celestibus constituti. i. in spũalibus preceptis dei ambulãtes. dimicemus aduersus spũalia nequicie que nos inde conantur abstrahẽ. Ma- gis ergo illud querendum est: quomo- do aduersus eos quos non videm⁹ pu gnare possimus et vincere: ne putent stulti aduersus aerem debere nos cer- tare. Docꝫ itaqꜫ aplus ipẽ dicẽs. Non sic pugno quasi aerem cedẽs. ſꝫ castigo corpus meum ꝛ in ſuitutẽ redigo: ne forte aliis predicans ipse reprobus in- ueniar. Itẽꝫ dicit. Imitatores mei esto te: sicut et ego christi. Quare intelligẽ-

D ¶ Cumque aduersus eorum dogma veritas innotesceret qui volebant et poterant sese inde vel eripiebant vel subducebant: et paci atque vnitati ecclesie cum suis quibus poterant coherebant. Unde illi sui erroris congregationem minui videntes: atque augmentis ecclesie inuidentes: accensi exardescebant ira grauissima et intolerabiles persecutiones vnitati ecclesie compacti faciebant. Ipsisque sacerdotibus catholicis et ministris aggregationes diurnas atque nocturnas direptionesque rerum omnium vi inferebant. Nam et multos dei seruos cedibus debilitauerunt: aliquibus etiam calcem cum aceto in oculos miserunt: aliosque occiderunt. Unde etiam suis ijdem donatiste rebaptizatores in odium veniebant. Proficiente deo doctrina diuina sub sancto et cum sancto augustino in monasterio deo seruientes: ecclesie hipponensi clerici ordinari ceperunt: ac deinde innotescente et clarescente de die in diem ecclesie catho

lice predicationis veritate: sanctorum que seruorum dei proposito continentia et paupertate profunda: ex monasterio quod per illum venerabilem virum et esse et crescere ceperat: magno deside rio poscere atque accipere episcopos et clericos pax ecclesie atque vnitas et cepit primo et postea consecuta est. Nam fer me decem quos ipse noui sanctos ac venerabiles viros continentes et doctissimos beatus augustinus diuersis eccle siis nonnullis quoque eminentioribus ro gatus dedit. Similiterque et ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes domini ecclesiis propagatis: et monasteria instituerunt: et studio crescentes edifica tionis verbi dei ceteris ecclesiis promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium prestiterunt. Unde per multos et in multis salubris fidei spei et charitatis ecclesie innotescente doctrina: non solum per omnes africanas partes: verum etiam in transmarinis et per libros editos atque in grecum sermonem translatos ab illo vno homine: et per illum multis fauente deo multa innotescere meruerunt Atque hinc vt scriptum est peccator videns irascebatur: dentibus suis frendebat et tabescebat: serui autem xpi vt dictum est cum his qui oderunt pacem erant pacifici: et cum loquerentur debellabantur gratis ab eis. Aliquoties vero etiam vias arma tas iidem circuncelliones contra famulum dei augustinum obsederunt: dum forte iret ro gatus ad visitandas instruendasque et exhortandas catholicas plebes: quod ip se frequentissime faciebat. ¶ Et aliquando contigit vt illi succenturiati hac tenus perderent captionem. Euenit quidem dei prouidentia sed ductoris hominis errore: vt per aliam viam cum suis comitibus sacerdos quo tendebat veniret: atque per hunc quem postea cognouit errorem: manus impias euasisset: et cum in omnibus liberatori dei gratias egisset illi omnino suo more nec laicis nec clericis pepercerunt: sicut publica testantur gesta. Interea silendum non est quod ad laudem dei per illius tam egregii in ecclesia viri studium domusque dei zelum ad uersus predictos rebaptizatores donatistas gestum et pefectum est. Cum forte vnus ex his quos de suo monasterio et cle ro episcopum ecclesie propagauerat: ad suam curam pertinentem calamensis ecclesie diocesim visitaret: et que didicerat pro pace ecclesie contra illam heresim predicaret: factum est vt in medio itinere eorum insidias incurrisset: et per vasum cum omnibus illi comitantibus: sublatis animalibus et rebus: iniuriis et cede grauissima cum affecissent. De qua rene pacis ecclesie amplius impediretur profectus: defensor ecclesie inter leges non siluit. ¶ Et preceptus est crispinus qui iisdem donatistis in calamensi ciuitate et regione episco pus fuit: predicatus scilicet et multi temporis et edoctus ad multam teneri auariciam publicis legibus prestatus contra hereticos constitutam. Qui resultans legibus cum presentatus apud proconsulem se negaret hereticum obruta est necessitas: vt illis recedente ecclesie defensore a catholico episcopo resisteretur: et conuinceretur quod esse se fu isse negauerat: quoniam si ab eodem dissimularetur forte catholicus episco pus ab ignorantibus crederetur: illo se quod erat negante: atque ita ex hac desidia infirmis scandalum nasceretur Et memorabili augustino antistite om nimodis instante ad controuersiam am bo ipsi calamenses episcopi venerunt et de ipsa diuersa commmunione tertio conflictu secum egerunt: magna popu lorum christianorum multitudine cause exitum: et apud carthaginem et per totam africam expectante. atque ille cri spinus proconsulari et libellari senten tia est pronunciatus hereticus. Pro quo illo apud cognitorem catholicus epi scopus intercessit: et ne auaricia mul ta exigeretur ei est beneficium impetra tum. ¶ Unde cum ingratus ad piissimum principem prouocasset: ab imperatore relatio ni deditum est responsum solutum: et confe

quenter p̄ceptum. nullo prorsus loco hereticos donatistas esse debere: et eos ad vim legum oim contra hereticos latarum vbiq̄ teneri debere. Ex quo et iudex propter officium et idem crispinus q̄ minime fuerat exactus: precepti sunt duas auri libras fisci iuribus inferre. Sed ꝓtinus opera data est per catholicos ep̄os: precipue per sancte memorie augustinum vt illa omniū condēnatio principis dimitteretur indulgentia. Et dn̄o adiuuante perfectum est. Qua diligentia et sancto studio multum creuit sancta ecclesia. Et his omnibus pro pace ecclesie gestis. augustino dn̄s et hic palmam dedit: et apud se iusticie coronam reseruauit: ac magis magisq̄ iuuāte xp̄o de die i diē augebatur: et multiplicabatur pacis vnitas et ecclesie dei confraternitas. Et id maxime factum est post collationē q̄ ab vniuersis ep̄is catholicis apud carthaginē cū eisdem donatistarum ep̄is postmodū facta est: adiuuante gloriosissimo et religiosissimo imperatore honorio: propter quod perficiendū etiā a suo latere tribunū et notariū marcellinū africā iudicem miserat. In qua controuersia illi omnib⁹ modis cōfutati: atq̄ de errore a catholicis conuicti: sententia cognitoris notati sunt. et post eoꝝ appellationē piissimi regis responso: iuste inter hereticos cōdemnati sunt. Ex qua ratiōe notati sūt solito amplius eoꝝ ep̄i: qui cū suis clericis et plebibus non communicauerūt Et pacem tenentes catholicam: multas eorum persecutiones vsq̄ ad mēbroꝝ amputationē et internecionē. Et totum illud bonum vt dixi per sctm̄ illū hoiē consentientibus nr̄is ep̄is et parit̄ satagentibus et ceptum et p̄fectū est. Porro autem post illā q̄ cum donatistis facta est collationem: non defuerunt qui dicerent permissos non fuisse eosdem ep̄os apud potestatem q̄ causā audiuit dicere om̄ia ꝓ suis partibus: q̄m catholice communionis cognitor sue fauebat ecclesie: licet hoc deficientes et victi ad excusationem iactarent. qm̄quidem et ante controuersiā ijdē heretici catholice communionis eūdem esse nouerant: et dum ab eodē conuenirent publicis gestis: q̄ ad collationem occurrerent et se esse facturos professi sunt. Poterant vtiq̄ suspectū eum habētes: recusare cōgressum. Tū omipotentis dei prestitit auxilium: vt postea in cesariensi mauritanie ciuitate constitutus venerabilis memorie augustinus: quo eum venire cum alijs ep̄is sedis apostolice littere compulerunt: ob terminandas videlicet alias ecclie necessitates. ¶ Hac ergo occasione ꝓuenit vt emeritū eiusdem loci donatistarū ep̄m: quem sue secte precipuū in illa collatiōe habuerūt defensorem videret: et cū eodem publice in ecclesia populo astante diuerse cōmunionis ex hoc ipso disputaret: et prouocaret gestis ecclesiasticis: vt q̄d forte sicut dicebant prosequi potuit in collatione: sed permissus non fuerat: in p̄senti sine alicuius potestatis prohibitione aut potentia securus dicere minime dubitaret: et in sua ciuitate suis omnibus presentibus ciuibus fiducialiter ꝓprias defendere cōmunionē non denegasset. Ille nec hac hortatione nec suoꝝ parentum et ciuium instanti petitione id facere voluit: qui ei pollicebantur se ad ei⁹ redituros cōionem. etiam cū discrimine patrimonioꝝ: salutisq̄ sue temporalis: si modo catholicam superaret assertionem. At ille amplius dicere illis gestis nihil voluit: nec valuit nisi tantum: iam illa inquit gesta continentur apud carthaginē inter ep̄os confecta vtrum vicerimus an victi fuerimus. Et dum a notario alio loco vt responderet ammoneretur et reticeret. ei⁹ cunctis manifestata diffidentia ecclie dei augmenta ac firmamenta prouenerunt. Quisq̄s ḡ diligentiam et operam beatissime memorie augustini ꝓ ecclesie dei statu cognoscere plenius voluerit: etiam illa percurrat gesta: et inueniet que vel qualia protulerit quibus illū doctum eloquētem et predicatum hominem prouocaret. hortatusq̄ fuerit vt pro sue defēsione partis quod vellet ediceret. illumq̄ victum cognoscet. Scio ego non solum

ipse possidonius presul qui vitam hanc conscripsi. verū etiā alij fratres ⁊ cōserui qui nobiscū tunc intra hipponēn. ecclesiam: cū eodem sancto viro viuebant nobis pariter ad mēsam constitutis eū dixisse. Aduertistis hodie i eccl̃a meuȝ sermonē eiusq̃ initiū ⁊ finē cōtra meam consuetudinē ꝓcessisse: qm̄ non eam rē terminatam explicuerī quā ꝓposueraȝ sed pendētē reliquerim. Cui respondimus. Ita nos in tp̄e miratos fuisse scimus ⁊ recognoscimus. At ille. Credo ait ꝙ forte aliquem errantē in ppl̃o dominus per nr̃am obliuionē ⁊ errorē doceri ⁊ curari voluerit. In cuius manus sunt et nos et sermones nostri. ¶

Nam cum proposite questionis latebras ptractarē: in aliū sermonis excursum perreri. atq̃ ita non conclusa vel explicata questione disputationem terminaui magis aduersum manicheorū errorem. Unde nichil dicere decreuerā disputans ꝙ de his q̄ asserere ꝓposuerā: Et post hec nisi fallar: ecce alia die vel post biduū venit quidā firmus nomine negociator: et intra monasterium sedente sancto augustino coram nobis ad pedes eius genibus ꝓuolutus sese iactauit lachrymas fundens: et rogās vt pro eius delictis sacerdos cum suis dn̄m deprecaretur. confidens ꝙ manicheorum sectā secutus fuisset: ⁊ inea ꝙ plurimis annis vixisset: ⁊ propterea pecuniam multā ipsis manicheis vel eis quos dicunt electos incassuȝ erogasset ac se in ecclesia per dei misericordiam fuisse eius tractatibus nuper correptū atq̃ catholicum factum. Quod et ipse venerabilis Augustinus ⁊ nos qui tūc aderamus ab eodem diligenter inquirentes: ex qua re potissimum in illo tractatu sibi fuerit satisfactum: et referente eo nobisq̃ omnibus sermonis serieȝ recognoscentibus: profundum consiliū dei pro salute animarum ammirantes et stupentes glorificauimus sctm̄ eius nomē ⁊ bn̄diximus. q̄ cū voluerit: ⁊ vn̄ voluerit: ⁊ quō voluerit: ⁊ ꝑ scientes et per nescientes aīarum operatur salutem. Ex eo ille hō proposito seruorū dei adherens negociatoris dimisit actionem et proficiens in ecclesie mēbris: in alia regione ad presbyteriū quoq̃ dei volūtate petitus ⁊ coactus accessit officiuȝ tenens atq̃ custodiens propositi sanctitatem. Et forte adhuc vsq̃ nunc in reb⁹ humanis viuit trans mare cōstitutus. Apud carthaginē quoq̃ deū ꝑ quēdā domus regie ꝓcuratorē noīe vrsū fidei catholice hoīem ad quosdā manicheorum quos electos vel electas dicunt blasphemis operibus presentes peruenirentur: atq̃ ad ecclesiaȝ ab eodē deducerentur et perducerētur ab epīs ad tabulas audiri sunt. Inter quos etiam sancte memorie augustinus fuit. qui pre ceteris illam execrabilem sectam nouerat: ⁊ eorū prodēs eiusmodi dānabiles blasphemias: ex locis librorū quos illi accipiunt manichei: vsq̃ ad confessionem earūdē blasphemiarum eos ꝑduxit: ⁊ q̄ inter se illi suo more malo indigna ⁊ turpia facere consueuerunt a feminarū illarū velut electarū ꝓditione illis ecclesiasticis gestis declaratum ē. Atq̃ ita pastor diligentia dn̄ico gregi et augmētū accessit. et aduersus fures atq̃ latrones defensio competens ꝓcurata est. Cū quodā etiā felice de numero eorū quos electos dicunt iidem manichei: quiq̃ hipponē venerat eundē seminaturus errorem: publice in hipponēn. ecclesia notarijs excipientib⁹ disputauit beatus Augustinus populo astāte. Et post scdam vel tertiam collationem ille manicheus frustrata vanitate et errore illius secte ad nostram conuersus est fidem atq̃ ecclesiam: sicut eadeȝ relecta docere poterit scriptura. ¶

Preterea cum quodam etiam pascentio comite domus regie arriano: q̄ per auctoritatem sue persone fisci vehementissimus exactor fidem catholicam attrociter ac iugiter oppugnabat: ⁊ ꝙ plurimos sacerdotes dei simpliciori fide viuentes: dicacitate ac potestate exagitabat: et perturbabat presentibus honoratis et nobilibus viris apud

carthaginem ab illo prouocatus cōram contulit. Sed idem hereticus tabulas atqꝫ stilum: quod magister noster ꝛ ante congressum et in congressu instantissime fieri volebat: ne adessent omnimodo recusauit. Et dum idpernegasset: dicens ꝙ legum metu publicarum periclitari tabulis scriptis nollet: inter positis stilo et tabulis Augustinus episcopus cum suis qui aderant consacerdotibus vt absqꝫ vlla scriptura priuatim disputarēt collationem suscepit: predicens quod post modum contigit ꝙ post solutum conuentum esse cuiqꝫ posset liberum arbitrium forte dicere. nullo scripture documēto de dixisse quod forte non dixerit: vel non dixisse quod dixerit. Beatus Augustinus miscuit cum eodem sermonem: atqꝫ asseruit quid crederet: et ab illo quid teneret audiuit et vera ratione atqꝫ auctoritate scripturarum probata docuit: ꝛ ostēdit nostre fidei firmamenta. Illius autem asserta nulla veritate: nulla scripturarum sāctarum auctoritate suffulta docuit et frustrauit. Et vt a se inuicem partes digresse sūt: ille magis magisqꝫ iratus et furens mendacia multa pro fide sua falsa iactabat: victum esse a seipso proclamans: multorū ore laudatum augustinum. Que cum illum venerabilem virum minime laterent: coactus est ad ipsum scribere pascentium propter illius metum omissis nominibus conferentium: et in eis litteris quicquid īter partes dictum vel gestum fuerat fideliter intimauit: ad ea si negarentur probanda magnam testium habens copiam clarissimos scilicet atqꝫ honorabiles qui tunc aderant viros. Atqꝫ ille ad duo sibi directa scripta: vnum vix reddidit rescriptum. in quo magis iniuriam facere: ꝙ sue secte rationem valuit declarare. Quod a volentibus et a valentibus legere comprobatur. Cum ipsorum quoqꝫ arrianorum episcopo quodam maximo cum gothis ad africam veniente apud hipponem ꝙ pluribus volentibus atqꝫ petentibus et preclaris interpositis viris contulit: ꝛ quit singule asseruerint partes scriptum est. Que si studiosi diligenter legere voluerint proculdubio indagabunt ꝛ quid callida ꝛ irrationabilis heresis ad seducendum ꝛ decipiēdum profiteatur: ꝛ quid ecclesia catholica de diuina teneat ꝛ predicet trinitate. R Sed ille hereticus de hyppone rediens carthaginem de sua multa ī collatione loquacitate victorem se de ipsa collatione recessisse iactauit et mentitus est. Que vtiqꝫ non facile a diuine legis ignaris examinari ꝛ diiudicari possent a venerabili viro augustino sequenti tempore stilo: ꝛ illius totius collatiōis de singulis obiectis ꝛ responsis facta est recapitulatio. Et ꝙ nichil ille obiectis referre potuerit: nichilominus demōstratum est additis supplementis que in tēpore collationis augusto cuncta inferri et scribi minime potuerunt. Id enim egerat nequicia hominis: vt sua nouissima prosecutione multum longessima totum quod remenserat diei spacium occuparet. Aduēsus pelagianistas quoqꝫ nouos nostrorum temporum hereticos ꝛ disputatores callidos arte magis subtili noxia scribentes: ꝛ vbicunqꝫ poterant publice et per domos loquentes: per ānos ferme decem laborauit: librorum multa condens ꝛ edens et in ecclesiis populis ex eodem errore freqūtissime disputans. Et quoniam iidem peruersi sedi apostolice persuam ambitionem eandem perfidiam persuadere conabantur: instantissime etiam consiliis africanis sanctorum episcoporum gestum est: vt sancto pape vrbis rome: et prius venerabili inocentio: ꝛ postea sancto zosimo eius successori persuaderetur: ꝙ illa secta catholica fide ꝛ abominanda ꝛ damnanda fuisset. At illi tāte sedis antistites suis diuersis temporibus eosdem notātes: atqꝫ a membris ecclesie pcidentes: datis litteris africanas occidētis ꝛ oriētis ecclīas: eos anathematizādos ꝛ deuitātos ab oībus ca

tholicis censuerunt. Et hoc tale de il=
lis ecclesie dei catholice prolatum iudi
cium: etiam piissimus imperator hono
rius audiens ac sequens: suis eos legi
bus damnatos inter hereticos habe=
ri debere constituit. Unde nonnulli ex
eis ad sancte matris ecclesie gremium
unde resilierant redierunt: ⁊ adhuc alij
redeunt innotescente et preualescente
aduersus illum detestabilem errorem
recte fidei veritate. Et erat ille memo=
rabilis vir Augustinus precipuum do
minici corporis membrum: circa vniuer=
salis ecclesie vtilitatem sollicitus sem=
per ac peruigil. Et illi diuinitus dona=
tum est: vt de suorum laborum fructu
etiam in hac vita gaudere prouenisset:
prius quidem in hipponensi ecclesia et
regione cui maxime presidebat vnitate
ac pace perfecta. deinde in alijs africe
partibus siue per seipsum siue per ali=
os et quos ipse dederat sacerdotes pul
lulasse: ⁊ multiplicatam fuisse domini
ecclesiam peruidens: illosqꝫ manichеos
donatistas: pelagianistas: ⁊ paganos
magna parte defecisse et ecclesie dei so=
ciatos esse congaudens. L

Profectibus quoqꝫ ⁊ studijs fauens e=
rat: ⁊ exultans bonorum omnium: indi
sciplinationē pie ac sancte tolerans fra
trum: ingemiscensqꝫ de iniquitatibus
malorum: siue eorum qui intra ecclesi=
am: siue eorum qui extra ecclesiam sūt
constituti: dominicis: vt dixi: lucris sem
per gaudens: ⁊ damnis merens. Tāta
autem ab eodem dictata et edita sunt:
tantaqꝫ in ecclesia disputata excepta at
qꝫ emendata: vel aduersus diuersos he
reticos conscripta: vel ex canonicis li=
bris exposita: ad edificationem sancto
rum ecclesie filiorum: vt ea omnia vix
quisqꝫ studiosorum nosse ⁊ perlegere suf
ficiat. Uerumtñ ne veritatis auidissi=
mos in aliq̄ fraudare videamur statu
deo p̄stante in huius opusculi fine etiā
eorūdem librorꝫ tractatuū ⁊ eplarꝫ indi
culū ad iungere. Quo lecto qui magis
dei veritatem q̄ temporales amant di
uitias sibi quisqꝫ quod voluerit ad le=
gēdum ⁊ cognoscendum eligat: ⁊ id ad

scribendum: vel de bibliotheca hipponē
sis ecclie petat vbi emendatoria exem=
plaria forte potuerit inuenire: vel vnde
valuerit inquirat: ⁊ inuenta describat ⁊
habeat: ⁊ petenti ad describendum sine
inuidia etiam ipse tribuat. Scdm apli
quoqꝫ sētētiā dicentis. Audet quisq̄ ve
strum aduersus alium negociū hñs iu
dicari ab iniquis ⁊ nō apud sctōs. An
nescitis qꝛ sancti mundū iudicabūt. Et
si in vobis iudicatᷣ mund⁹: idigni estis
iudiciorum minorꝫ. Nescitis qꝛ angelos
iudicabimus. Nedum secularia? Secu
laria igitur iudicia si habueritis inter
vos: eos qui contemptibiles sunt in ec=
clesia hos collocate ad iudicandū. Ad
reuerentiam vobis loquor. Sic nō est i
ter vos quisqꝫ sapiēs qui possit intᷣ fra=
trem suū diiudicare: sꝫ frater cū frē iu=
dicio contendit: et hoc apud infideles.
Interpellatus ergo beatus augustin⁹
a xp̄ianis vel a cuiuscūqꝫ secte homini
bus: causas audiebat diligenter ac pie
Cuiusdam vero sententiā ante oculos
habens dicentis se male inter cognitos
q̄ inter amicos causas audire: eo qꝫ de
incognitis pro quo arbitrata equitate
iudicaretur amicū possꝫ acquirere. De
amicis vero vnum esset contra quē sen
tencia proferretur perditurus. Et eas
aliqñ vsqꝫ ad horam refectionis: aliqñ
autem tota die ieiunans: sempꝫ tñ nosce
bat ⁊ dirimebat: intendens in eis chri=
stianorum momenta animorum q̄tum
quisqꝫ vel in fide bonisqꝫ operibus profi
ceret: vel ab his deficeret. Atqꝫ compꝫ=
tis rerum oportunitatibus diuine le=
gis veritate partes docebat: eamqꝫ il=
lis inculcabat: et eos quo adipiscerent=
tur vitam eternam edocebat ⁊ ammone=
bat: nichil aliud querens ab his quib⁹
ob hoc narrabat nisi tantum obedientiā
⁊ deuotionem xp̄ianam: q̄ ⁊ deo debetᷣ
⁊ hominibus: peccātes corā omnibus
arguens: vt ceteri timorem haberent. Et
faciebat hoc tanq̄ speculator a domino
constitutus domui israel: predicās ver
bum atqꝫ instans oportune: importune
arguens: hortans: increpans: in oī lon=
ganimitate ⁊ doctrina: pcipueqꝫ operā

dans istruere eos qui essēt idonei ꝛ alios docere. Rogatus quoqꝫ nonnullis in eorum tpalibus causis eplas ad diūsos dabat. Sꝫ hāc suā a melioribꝰ rebus occupationē tanꝙ angariā deputabat: suauē sempꝫ hñs de his que dei sunt vel allocutionem vl' collationem fraterne ac domestice familiaritatis. Nouimus quoqꝫ euꝫ a suis charissimis lr̃arum īcessum apud seculi ptātes postulatum non dedisse dicentē: cuiusdam sapientis seruādā esse sniam: de quo scriptum essꝫ ꝙ multa sue fame contēplatione amicis non pstitisset. Et illud nichilominus suum addēs quoniam plerumqꝫ ptās ꝙ pstat pmit. Cum vo incedēdū esse rogatus videbat: tam id honeste ac tpate agebat: vt non solū onerosus ac molestus non videtur verꝫ etiaꝫ mirabilis extitissꝫ. Nā dum exorta necessitate suo more apud quēdam africe vicariū noie macedonium: pro supplice lr̃is intueni ssꝫ atqꝫ ille paruissꝫ: hoc mō rescriptū misit. Miro modo afficior sapiētia tua: ꝛ illis ꝙ edidisti ꝛ in his ꝙ intueniēs pro reis mitere non grauaris. Nam ꝛ illa tātum habēt acuminis scie ꝛ sctitatis vt nichil supra sit: ꝛ hec tantum vecundie vt nisi faciam qꝺ mandas culpam penes me remanē nō in negocio eē dñe iudicē: dñe merito venerabilis ꝛ suscipiēde paꝛ. Non enim instas quod pleriqꝫ hoies istiꝰ loci vi faciunt: vt quodcunqꝫ sollicitꝰ petitor voluerit extorqās: ꝫ qꝺ tibi a iudice tot curis obstricto petibile visuꝫ fuerit: ammones ꝛ rogas subsuiente vere cundia: ꝙ maxima difficiliuꝫ inť bonos efficatia est. Proinde statim commendatis effectū desiderij tribui. Nam sperāndi viam ante patefecerā. Sctōrū cōsilia sacerdotū ꝑ diūsas prouincias celebrata cum potuit frequētauit: non in eis ꝙ sua sunt: ꝫ ꝙ iesu christi querēs: vt vel fides scte ecclesie catholice inuiolata maneret: vel nōnulli sacerdotes ꝛ clerici siue ꝑ fas siue per nefas excommunicati vl' absoluerenť vl' abijcerenť. In ordinandis vero sacerdotibus ꝛ clericis consensum maiorem christianorum ꝛ consuetudinem ecclesie sequendam esse arbritrabatur. Vestes eius ꝛ calciamenta et lectualia ex moderato et competenti habitu erant: nec nitida nimiū nec abiecta plurimum: quia his plerūqꝫ vel iactare se insolenter homines solent: vel abijcere: ex vtroqꝫ non que iesu christi sed que sua sunt ijdem querentes. At iste beatus vt dixi medium tenebat: neqꝫ in dexteram neqꝫ in sinistraꝫ declinans. Mensa vsus est frugali ꝛ ꝑca: que quidem inter olera ꝛ legumina etiam carnes aliquando propter hospites vel quosqꝫ infirmiores continebat. Semper autem vinū habebat: quia nouerat ꝛ docebat vt apostolꝰ dicit ꝙ omnis creatura dei bona sit: ꝛ nichil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum dei ꝛ orationem. Et vt idem sctūs augustinus in suis confessionum libris posuit dicens. Non ego immundiciem obsonij timeo: sed immundiciam cupiditatis. Scio enī noe omne genus carnis quod cibo essꝫ vsui manducare permissum: heliam cibo carnis refectum iohannem mirabili abstinentia preditū animalibus hoc est locustis in escaꝫ cedentibus non fuisse pollutum. Scio et esau lenticule concupiscentia deceptum ꝛ dauid propter aque desiderium a seip reprehensum: ꝛ regem nostrum non de carne sed de pane eē temptatum. Ideo ꝙ ꝛ populus in heremo non quia carnes desiderauit: sed quia esce desiderio contra deum murmurauit. meruit improbari. De vino autem sumendo apl'i extat snia ad thimotheū scribētis ac dicētis. Noli vsqꝫ adhuc aquam bibere: ꝫ vino modico vtere propť stomachum ꝛ freqntes tuas infirmitates. Coclearibus tm̄ argenteis vtēs cetera vasa quibus mēse inferebanť cibi: vl' testea vl' lignea vl' marmorea erant: non tamē necessitatis inopia: ꝫ proposito voluntatis. Sꝫ ꝛ hospitalitatē sꝑ exhibuit. Et in ipa mensa magis lectionē vl' disputationē ꝙ epulationē potationēqꝫ diligebat: ꝛ contra pestilētiam humane cōsuetudinis in ea ita

De alimentia

scriptum habebat. Quisquis amat di=
ctis absentum rodere vitam. Hanc mē=
sam indignam nouerit esse sibi. Et ideo
oēm cōuiuā a supfluis ꝛ noxijs fabulis
et detractionibus sese abstinere debere
ammonebat. Nam ꝛ quosdam suos fa
miliarissimos coepos illius scripture
oblitos: ꝛ cōtra eā loquentes tam aspe
re aliqn̄ reprehendit commotus vt di=
ceret: aut delendos esse illos de mensa
versus: aut se de media refectione ad su
um cubiculum surrecturum. Qđ ego ꝛ
alij qui illi mense interfuim⁹ experti su
mus. Pauperꝝ vero semꝑ memor erat:
eisq; inde erogabat vn̄ et sibi suisq; oi=
bus secū habitātibus erogabat. hoc ē
vel ex redditib⁹ possessionū ecclie. vel
etiā ex oblationibus fideliū. Et dū for
te vt assolet de possessionibus ipis inui
dia clericis fieret: alloquebat plebem
dei: malle se ex collationibus plebis dei
viuere q̄ illaꝝ possessionū curā vel gu=
bernationē pati: et paratum se esse illis
cedere: vt eo modo oēs dei serui et mi=
nistri viuerēt: quo in veteri testamento
legunt altari deseruientes de eodem cō
participari. ¶ Sꝫ nūq̄ id laici
suscipere voluerūt. Dom⁹ ecclesie curā
omnemq; substātiā ad vices valentiori
bus clericis delegabat et credebat: nun
q̄ clauē: nunq̄ anulū in manu habens:
sed ab eisdē domus prepositis cuncta ꝛ
accepta ꝛ erogata notabantur. Que
anno completo eidem recitabātur: quo
sciretur quantum acceptum quātumq;
dispēsatū fuisset: vel quicqđ indispensa
tum vel dispēsandē remāsisset: ꝛ in mul=
tis titulis: magis illi⁹ prepositi domus
fidē sequēs q̄ ꝓbatū manifestatumq;
cognoscēs. Domum ꝟo vel agrū seu vil
lā nūq̄ emere voluit. Uerum si forte ec=
clesie a quoq̄ sponte tale aliquid vl' do
naretur vel titulo legati dimitteret nō
respuebat sed suscipi iubebat. Nam ꝛ
aliquas eum hereditates recusasse no=
uimus: non qꝛ paupib⁹ inutiles esse pos
sent: sed qm̄ iustū ꝛ equū esse videbat: vt
a mortuoꝝ vel filijs vel parētibus: vel
affinibus magis possiderent: quibus
ab eis deficientes dimittere noluerunt

Quidā etiā ex honoratis hypponēsiū
apud carthaginē viuens ecclie hippo=
nensi possessionē donare voluit: ꝛ confe
ctas tabulas sibi vsufructu retento vl=
tro eidem sancte memorie augustino
misit. ¶ Cuius ille obla=
tionem libenter accepit: congratulans
ei q̄ eterne sue memor esset salutis.
Uerum post aliquot annos nobis for=
te cum eodem cōminus constitutis ec=
ce ille donator lrās ꝑ filium suum mit=
tēs rogauit vt ille donationum tabule
suo filio redderent: paupibus vero ero
gādos dixerit solidos centum. Quo il
le sctūs cognito: ingemuit hoiem vel fin
xisse donationē: vel eum de bono opere
penituisse: et quanta potuit deo sugge=
rēte cordi eius: condolēti animo ex ea=
dē refragatiōe dixit ī illius. s. icrepatio
nē ꝛ correctionē. Et tabulas quas ille
sponte misat: nec desideratas nec ex=
actas: confestim reddidit: pecuniamq;
illam respuit. atq; rescriptis eundem si
cut opꝫuit ꝛ arguit ꝛ corripuit: admo=
nēs vt de sua simulatione vel iiquitate
cum penitētie humilitate deo satisface=
ret: ne cum tam graui delicto de seculo
exiret. Frequētius ꝟo dicebat magis
securius ac tutius eccliam legata a ꝺe
functis dimissa debere suscipere q̄ he=
reditates forte sollicitas ꝛ dānosas: ipa
q; legata magis offenderam esse q̄ exi
gēda. Commēdata ꝟo q̄q; ipse non su=
scipiebat sꝫ volētes suscipe clericos nō
prohibebat. In his quoq; q̄ ecclia ha=
bebat ꝛ possidebat itentus amore vel ī
plicatus cupiditate non erat sꝫ maiori
bus magis ꝛ spūalibus suspensus ꝛ in=
herēs rebus: vix aliqn̄ seipsum ad ista
tꝑalia ab eternoꝝ cogitatiōe relaxabat
ꝛ deponebat. Quibusq; illis dispositis
ꝛ ordinatis tanq̄ a rebus mordacibus
etiā modestis: animi recursū ad iterio=
ra mentis ꝛ superiora faciebat: quo vl'
de inueniendis rebus cogitaret: vel de
iam iuentis aliqđ dictaret: aut certe ex
iā dictatꝫ atq; trāscriptis aliqđ emēda
ret. ¶ Et id agebat ī die labo
rās ꝛ ī nocte lucubrās. Et erat tāq̄ illa
religiosissima maria: typū gestās sup=

ne ecclesie: de qua scriptuȝ est: q sederet ad pedes dñi: atq intenta verbum eius audiret: de qua soror conquesta q ab eadē circa multum ministeriū occupata non adiuuaretur audiuit. Martha martha sollicita es: elegit optimā partē maria q̄ non auferetur ab ea. Nā fabricaꝝ nouarum nunq̄ studiū habuit: deuitans in eis implicationem sui animi: quē semꝑ liberum habere volebat ab omni molestia tꝑali. Non tñ illa volētes ꝛ edificantes ꝓhibebat nisi tñ immoderatos. Interea dum ecclesie pecunia deficeret: hoc ipsum populo xp̄iano denūciabat. non se habere qȝ indigentibus erogaret. Nam ꝛ de vasis dñicis propter captiuos ꝛ q̄plurimos indigētes frangi ꝛ conflari iubebat ꝛ indigentibus dispēsari. Quod non commemorassem nisi contra carnalē sensum quorundam fieri peruiderē. Et hoc ipsum etiam venerabilis memorie ambrosi⁹ in talibus necessitatibus indubitanter esse faciēdum ꝛ dixit ꝛ scripsit: sed ꝛ inde de neglecto a fidelib⁹ gazophilatio ꝛ secretario vnde altari necessaria inferuntur: aliquādo in ecclesia loquēs admonebat: quod etiam beatissimum ambrosium se presente in ecclesia tractauisse nobis aliquando retulerat. Cum ipso semper clerici: vna etiam domo ac mensa: sumptibusq communibus alebantur ꝛ vestiebantur. Et ne quisq̄ facile iuratione etiam ad periurium decidisset: ꝛ in ecclesia populo p̄dicabat et suos instituerat ne quis iuraret: nec ad modicum quidem. Quod si ꝓlapsus fuisset vnam de statutis perdebat portionem. Numerus enim erat suis secum commorantibus ꝛ conuiuantibus poculorum p̄fixus. S Indisciplinationes quoq ꝛ trāsgressiones suorum a regula recta ꝛ honestate et arguebat ꝛ tolerabat: quantum decebat ꝛ oportebat. In talibus p̄cipue docens ne cuiusq̄ cor declinaretur in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Et dum quisq offerret munus suum ad altare: ꝛ illic recordatus fuisset q frater suus haberet aliquid aduersus illum: relinquendum esse munus ante altare: atq eundem fratrem esse reconciliandum: et tunc veniendum ꝛ munus ad altare offerendum. Si vero ipse aduersus fratrem suum aliquid haberet: corripere eum debere in parte: ꝛ si eum audisset lucratus esset suum fratrem. Si minus adhibendum esse vnum aut duos: q si ꝛ ipsos contemneret: ecclesiam adhibendam. Si vero et huic non obediret esset illi vt ethnicus et publicanus. Et illud addens: vt fratri peccanti et veniam petenti: non tantum septies sed septuagesies septies delictum relaxetur: sicut quisq a domino quotidie sibi postulat relaxari. Femina autem intra domum eius nulla penitus vnq̄ conuersata est: nulla mansit: nec quidem germana soror: que vidua deo seruiens multo tempore vsq in diem obitus sui p̄posita ancillarum dei vixit. Sed neq patrui sui filie: et fratris sui filie que pariter deo seruiebant: quas personas sanctorum episcoporuȝ concilia in exceptis posuerunt.

¶ Dicebat vero quia et si de sorore ꝛ neptibus secum commorantibus nulla nasci possit mala suspitio: tamen quoniam ille persone sine aliis necessariis secumq manentibus feminis esse non possent: ꝛ q ad eas etiam alie foris intraret: de his posse offendiculum aut scandalum infirmioribus nasci: ꝛ illos qui cum episcopo vl' quolibet clerico forte manerent: ex illis omnibus feminarum personis posse vna commorantibus aut aduenientibus tentationibus humanis posse perire: aut certe malis hominum suspitionibus pessime diffamari. Ob hoc ergo dicebat nunq̄ debere feminas cum seruis dei etiam castissimis in vna manere domo: ne vt dictum est aliquod scandalum vel offendiculum hoc tali exemplo poneretur infirmioribus.
Et si forte ab aliquibus feminis vt videretur vel salutaretur rogabatur: nū q̄ sine clericis testib⁹ ad eum intrabāt: vel solus cum solis vnq̄ est locutus:

nisi secretorum aliquid interesset. In visitationibus vero modum tenebat ab apostolo diffinitū: vt non nisi pupillos et viduas in tribulationibus constitutas visitaret. Et si forte ab egrotantibus ob ob hoc peterēt vt pro eis in presenti deum rogaret: eisq; manus imponeret sine mora pergebat. Feminarum autem monasteria nō nisi vrgētibus necessitatibus visitabat. Seruandū quoq; in vita et moribus hois dei referebat qd in institutis scte memorie ambrosij compererat: vt vxorem cuiq; nunq̄ posceret neq; militare volentē ad hoc cōmendaret: neq; in sua patria petitū iret ad conuiuiū. De singulis rebus prestās cās. s. nedū inter se coniugati easu iurgarent: et cum maledicerent pq̄ cōiūcti essēt Sed plane ad hoc sibi iam illis consentientibus petitum interesse debere affirmabat sacerdotē: vt vel eorum iam pacta et placita firmarēt: vel benedicerētur. Et ne militie cōmendatus suam culpā male agens suffragatori tribueret.

a Et ne per frequentiā in patrie cōuiuijs cōstitutus tēpantie amitteretur modus. Indicauerat quoq; nobis se predicti et beate memorie viri in vltimo vite constituti audisse sapientissimum et pijssimū respōsum: et multum laudabat ac predicabat. Nam cū ille venerabilis vltima iaceret egritudine: et a fidelibus honoratis lecto eius astantibus et videntibus eum de seculo migraturū ad deū. et ob hoc merentibus tanti ac talis antistitis ecclesiam posse priuari verbi et sacramenti dei dispēsatione: cum lachrymis rogarēt vt sibi a dn̄o vite posceret commeatū: eum illis dixisse. Non sic vixi vt me pudeat inter vos viuere: sed nec mori timeo quia bonum dn̄m habemus. Et in his noster augustinus senex elimata ac librata admirabāt et laudabat verba. Idō enim eū dixisse intelligendū est. nec mori timeo quia bonū dn̄m habemus: ne crederetur presidens de suis purgatissimis moribus presumpsisse. Hoc sic vixi vt me pudeat inter vos viuere. Hoc enim dixerat ad illud quod homines de homine nosse poterant. Nam sciens examen equitatis diuine: de bono domino se dicit magis q̄ de meritis suis confidere. Cui etiam in oratione quotidiana dn̄ica dicebat. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. X

Cuiusdam quoq; coepi et familiarissimi sui amici in extremis vite de talibus frequētissimū referebat dictū: ad quē cum visitandum iam morti appropinquātē ventitasset: et ille manus gestu se de seculo exiturū significaret atq; a se illi esset responsum adhuc eum ecclesie necessarium viuere posse: illum ne putaretur huius vite teneri cupiditate respondisse ei. Si nūq̄ bene. Si aliquando quare non modo? Et talem sententiam mirabatur et laudabat hominem protulisse: deum quidem timentem: veruntamen in villa natum et nutritum: sed non multa lectionis eruditum scientia. Illud etiam cuiusdam egrotantis dictum afferebat episcopi. de quo sanctus in epistola sua quā de mortalitate scripsit martyr. Ciprianus ita retulit dicens. Cum quidā de collegis et consacerdotibus nostris infirmitate defessus et de appropinquāte morte sollicitus: commeatum sibi p̄caretur: astitit deprecanti: et iam pene morienti iuuenis honore et maiestate venerabilis: statura celsus et clarus aspectu. et quē astantē sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri: nisi quod talem videre iam poterat de seculo recessurus. Atq; ille non sine quadam animi et vocis indignatione infremuit et dixit. Pati timetis. Exire non vultis quid faciam vobis? Ante proximum vero diem infirmitatis obitus sui a se dictatos et editos recēsuit libros: siue eos quos primo tempore conuersionis sue adhuc laicus: siue quos presbyter: siue quos ep̄s dictauerat: et quecunq; in his recognouit aliter q̄ sese haberet ecclesiastica regula a se fuisse dictata et scripta cum adhuc ecclesiasticū vsum minus sciret. minusq; intelligeret: a semetipso et reprehensa et correpta sunt. y

Unde etiam duo conscripsit volumina quorum est titulus de recensione librorum

illius insidias nō fugisset:nisi se alijs q-
bus necessarius erat seruare voluisset.
Propē quod ait. Cōpellor aūt ex duo-
bus desiderium habēs dissolui ⁊ eē cuȝ
xp̄o. multo eni magis optimū. manere
aūt in carne necessariuȝ propē vos. Hic
fortasse quis dicat ideo debere dei mi-
nistros fugere talibus imminētibꝰ ma
lis:vt se pro vtilitate ecclesie tempori-
bus tranquillioribus seruēt. Recte hoc
fit a quibusdam : qñ sunt alij per quos
suppleatur ecclesiasticum ministerium:
ne ab oībꝰ deseratur. Qd̄ fecisse anasta
sium supra diximus. Nā q̄tum necessa
rium fuerit ecclīe q̄tumq̄ profuerit qd̄
ille vir mansit in carne catholica fides
nouit : q̄ aduersus arrianos hereticos
ore illius ⁊ amore defensa ē. Sȝ quādo
ē commune piculū magisq̄ timēdum ē
ne quisq̄ id facere credatur nō consulē
di volūtate:sed timore moriēdi:magis-
q̄ fugiendi obsit exemplo q̄ viuendi p
sit officio:nulla ratione faciendum est.
Deniq̄ sanctus dauid ne sese committe
ret periculis preliorum:⁊ fortassis exti
gueretur:sicut ibi scriptum est. lucerna
israel. a suis hoc petentibus sumpsit:nō
ipse hoc presumpsit. Alioquin multos
imitatores fecisset ignauie:qui euȝ cre-
derent hoc fecisse:non cōsideratiōe vti
litatis alioꝝ:sȝ sue pturbatiōe formidi-
nis. I Occurrit etiam alia q̄stio
quā cōtēnere non debemꝰ. Si enim hec
vtilitas negligenda non ē vt aliquid mi
nistri ppterea fugiant iminēte aliq̄ va
stitate vt seruent̄ q̄ ministrent eis quos
post illā cladē residuos poterit inueni-
re. qd̄ fiet vbi vident̄ oēs interituri nisi
aliqui fugiāt? Si eni hactenꝰ seuiat illa
pnicies vt solos ministros ecclesie psequā
tur. qd̄ dicemꝰ? An relinquēda est a mi-
nistris fugientibꝰ ecclīa:ne a morienti-
bus miserabiliꝰ relinquat̄? Sed si laici
non q̄runt̄ ad mortē psūt occultare quo
quo mō ep̄os ⁊ clericos suos:sicē ille ad
iuuerit i cuiꝰ ptāte sūt oīa. q̄ pōt ⁊ nō fu
giētes p mirabilē conseruare potentiā.
Sed ideo querimꝰ qd̄ nos facere debea
mus:ne in oībꝰ expectando diuina mi-
racula temptare dn̄m iudicemur. Non

q̄dem talis est; ista tempestas: quando
laicorū ⁊ clericorū est cōmune piculū si
cut in naui vna commune periculum ē
mercatorū atq̄ nautarū. Uerū absit vt
tanto periclitanda sit hec nauis nostra.
vt debeant eaȝ naute: ⁊ maxime guber-
nator piclitantē deserere. etiam si in sca
pham transiliendo vel etiam natando
possint effugere. Quibus eni metuimus
ne nr̄a desertione peant:ne temporalem
mortem q̄ qñq̄ vētura est : sed eternam
que pōt si non caueatur venire: ⁊ pōt si
caueatur etiam non venire metuimus.
In cōmuni autē periculo vite huiꝰ cur
existimemus vbicūq̄ fuerit hostilis in-
cursus oēs clericos ⁊ non etiaȝ omnes
laicos esse morituros : vt simul finiant
hanc vitam quibꝰ sūt clerici necessarij?
Aut cur non speremꝰ sicut aliq̄s laicos
sic etiam clericos remāsuros:a qbꝰ eis
necessariū ministeriū valeat exhiberi?
Quāq̄ o si inter dei ministros ide sit di
sceptatio qui eoꝝ maneāt ne fuga om-
nium:⁊ qui eorum fugiāt ne morte om
nium deserantur ecclīe. K Tale
quippe certamē erit iter eos vbi vtriq̄
ferueant charitate:⁊ vtriq̄ placeāt cha
ritati. Que disceptatio si aliter non po
tuerit terminari:q̄tū mihi videt̄: q̄ ma
neant ⁊ qui fugiant sorte eligendi sunt.
Qui enim dixerint se potius fugere de
bere:aut timidi videbunt̄:q: imminēs
malū sustinere noluerūt. aut arrogan-
tes:q: se magis q̄ seruandi essent neces-
sarios ecclīe iudicarunt. Deinde fortas
sis hi qui meliores sunt eligāt pro fr̄ibꝰ
aīas ponere:⁊ hi seruabuntur fugiēdo
quorum est minus vtilis vita:quia mi-
nor consulendi ⁊ gubernandi peritia.
Qui tñ piū sapiūt cōtradicēt eis quos
vident ⁊ viuere potius oportere ⁊ ma-
gis mori velle q̄ fugere. Ideo sic scri-
ptum est. Contradictiōes sedat sortitio
⁊ inter potentes diffinit. Melius enim
deus in hmōi ambagibus q̄ homines
iudicat:siue dignetur ad passionis fru-
ctum vocare meliores ⁊ parcere infir-
mis. siue istos facere ad mala perferen
da fortiores:⁊ huic vite subtrahere q̄rū
nō potest ecclesie tantuȝ q̄tū illoꝝ vita

prodesse. Res fiet quidem minus vsita ta: si fiet ista sortitio. Sed si facta fuerit quis eã reprehendere audebit? Quis non eam nisi imperitus aut inuidus cõgrua predicatione laudabit? Quod si non placet facere: cuius facti nõ occurrit exemplũ: nullius fuga faciat: vt ecclesie ministerium maxime in tantis periculis necessarium ac debitum desit. Nemo excipiet psonã suã: vt si aliqua gratia videtur excellere: ideo se dicat vita et ob hoc fuga esse digniorem. Quisquis enim hoc putat nimiũ sibi placet. Quisquis aũt etiam hoc dicit: oibus displicet. Sunt sane qui arbitrantur epos et clericos non fugientes in talibus periculis sꝫ manẽtes facere: vt plebes decipiantur: cũ ideo non fugiunt: quia manere suos ꝑpositos cernũt. Sꝫ facile est hanc reprehensionẽ vel inuidiam deuitare: alloquendo easdem plebes atq; dicendo Non vos decipiat ꝙ de loco isto non fugimus. Non enĩ propter nos: sed propter vos hic potiꝰ manemus ne vobis non ministremus quicquid saluti vestre que ĩ xpo est nouimꝰ necessariũ. Si ergo fugere volueritis: et nos ab istis quibus tenemur vinculis solutis. Qd tũc puto esse dicendũ: qñ vere videtur vtile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito si vel omnes vel aliqui dixerint in illius potestate sumus cuius irãm nullus quocunq; vadit euadet: et cuius miãm vbicunq; sit potest inuenire: q nusq̃ vult ire siue certis necessitatibus impeditus: siue laborare nolens ad incerta suffugia: et non ad finienda sed ad mutanda pericula. procul dubio isti deserendi nõ sunt a ministerio xpiano. Si autem hoc audito abire maluerint: nec illis manendum ẽ qui propter illos manebant. Quia ibi iam non sunt propter quos manere adhuc debeant. Quicunq; igitur isto mõ fugit vt eccl'ie necessarium ministeriũ illo fugiente non desit: facit qd dñs precepit siue permisit. Qui autẽ sic fugit: vt gregi xpi ea quibus spiritualiter viuit alimenta subtrahantur. mercennarius ille est qui videt lupum venientem et fugit: qm non est ei cura de ouibꝰ. Hec tibi qz me cõsuluisti frater dilectissime qua existimaui veritate et certa charitate rescripsi: sed ne meliorem si inueneris sequaris sententiã: non pscripsi. Meliꝰ tñ qd in his periculis faciamus inuenire non possumus: ꝙ orationes ad dominum deum nostrũ: vt misereatur nostri. Quod ipsum. vt. s. ecclesias non desererent: dei bono nonnulli prudentes et sancti viri: et velle et facere meruerunt: et inter dentes obtrectantium a sui proposit intẽtione minime defecerũt

Sane ille sanctus in vita sua plixa pro vtilitate ac felicitate sancte ecclesie catholice diuinitus cõdonata: vixit annis septuagintasex. in clericatu autem vel episcopatu annis ferme quadraginta. Dicere autem nobis inter familiaria colloquia consueuerat: post perceptum baptismum etiã laudatos christianos et sacerdotes absq; digna et competenti penitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipse fecit vltima qua defunctus est egritudine. Nã sibi iusserat psalmos dauidicos qui sunt paucissimi de penitentia scribi: ipsosq; quaterniones iacens in lecto contra parietem positos diebus sue infirmitatis intuebatur: et legebat: et iugiter ac vbertim flebat. Et ne intentio eius a quoq̃ impediretur cauebat. Ante dies ferme decem ꝙ exiret de corpore nobis postulauit presentibus ne quis ad eum ingrederetur: nisi his tñ horis quibꝰ me dici ad inspiciẽdum intrarent: vel cũ ei inferretur refectio. Et ita obseruatum et factum est et omni illo tpe orõni vacabat. Verbum dei vsq; ad ipsã suã extremã egritudinem impermisse alacriter et fortiter sana mente: sanoq; consilio in ecclesia ꝑdicauit. Membris omibus sui corporis incolumis integro aspectu atq; auditu: et vt scriptũ est nobis astantibus et videntibus ac cum eo pariter orantibus: obdormiuit in pace patribus suis enutritus in bona senectute: et nobis coram positis ꝓ eius cõmendanda corporis depositione: sacrificium deo oblatum est: et sepultꝰ ẽ. Te-

stamētum autem nullum fecit: quia vn de faceret pauper christi nō habuit. Ec clesie bibliothecam: omnes codices di ligent posteris custodiēdos sp iubebat Si quid vero ecclia vel sūptib⁹ vl in or namētis habuit fideli p̄sbitero qui sub eodem domus ecclie curam gerebat di misit. Nec suos consanguineos vl in p posito vel extra constitutos in sua vita ꝛ morte vulgi more tractauit. Quibus dum adhuc superesset id si opus fuit qd et ceteris erogauit non vt diuitias ha berent: sz vt aut nō aut minus egerent. Clerum sufficientissimum ꝛ mōasteria virorum ac feminarum continentium cum suis prepositis plene ecclesie dimi sit: vna cum bibliothecis libros ꝛ tra ctatus vel suos vel aliorum sanctorum habentibus: in quibus dono dei qualis quantusqꝫ in ecclesia fuerit noscitur ꝛ i his semper viuere a fidelibus inuenit. Iuxta quod etiam secularium quidam poetarum suis iubens quo sibi tumu lum mortuo in aggere publico colloca rent pro epigrammate finxit dicens. Uiuere post obitum vatē vis nosse via tor. Quod legis ecce loquor vox tua nē pe mea est. Et in suis quidem scriptis ille deo acceptus ꝛ charus sacerdos q̄ tum lucente veritate videre cōceditur recte ac sane fidei spei charitatis catho lice ecclesie vixisse manifestatur. Qd agnoscunt qui eundem de diuinis scri bentem legentes proficiunt.

Sed ego arbitror plus ex eo proficere potuisse: qui eum et loquē tem in ecclesia presentem audire ꝛ vide re potuerunt: ꝛ eius presertim inter ho mines conuersationem non ignoraue runt. Erat enim nō solum eruditus scri ba in regno celorum de thesauro suo p ferens noua ꝛ vetera: ꝛ vnus negocia torum qui inuentam preciosam marga ritam que habebat venditis compara uit: verumetiā ex his ad quos scriptū est: sic loquimini et sic facite: ꝛ de qui bus saluator dicit. Qui fecerit et docu erit sic homines: hic magnus vocabi tur in regno celorum. Peto autem im pēdio vestram charitatem qui hec scri pta legitis: vt mecum omnipotēti deo gratias agatis: dominumqꝫ benedica tis qui tribuit michi itellectum: vt hec in noticiam ꝛ presentium ꝛ absentium: presentis temporis ꝛ futuri hominum: et vellem deferre ꝛ valuissem: ꝛ mecū ac pro me oretis: vt illius quondam vi ri cum quo annis ferme quadraginta dic dono absqꝫ amara vlla dissentione familiariter ac dulciter vixi: ꝛ in hoc se culo emulator ꝛ imitator existam: ꝛ in futuro omnipotentis dei promissis cū eodem perfruar. Amen.

¶ Aurelij Augustini hipponensis ep̄i ac doctoris ecclie sanctissimi pariter ꝛ p spicacissimi: plurimorum opusculorum necnon vite eius a Possidonio conscri pte: impēsis Joannis parui bibliopole parisien. in vico sancti iacobi sub lilio aureo Ab Joanne Barbier accura tissime impressorum Finis Anno a na tiuitate saluatoris nr̄i. M.ccccc.xiij. ad xij. Kal. octobris.

-4-3-4-